UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library



Th. 3094.

J. VI

5.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vgl. 2432.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIONVM SACRARVM LIBRI VIII.

QVIBVS AD OMNEM VItæ humanæ vsum familiaresq; congressus, sacra, iucunda & vtili selectissimarum historiarum varietate Lector piè instruitur.

Singulorum verò librorum argumenta versa pagina indicabit.

Collegij Societatis Jesu Paderborna

Opera D. Tilmanni Bredenbachij S. Th. Doct. Ecclesiæ D. Gereon. Colon. Canonici.

ECCLES. IX.

Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.

COLONIAE

Apud Maternum Cholinum.

M. D. LXXXIIII.

Cum Gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Octo subsequentium librorum huius operis argumenta.

LIB. I.

De varijs illustribus historijs & miraculis, quæ sparsim ab historiographis alijsq; authenticis authoribus referuntur, de Ven. Sacramento SS. Eucharistiæ.

LIB. II.

Historicæ narrationes de immaculata Dei genitrice, eiusque mirificis operationibus.

LIB. III.

Insignes & iucundæ historiæ de mirabilibus quibusdam, quæ circa venerandas Christi Seruatoris, Deiparæ virginis. SS. Apostolorum aliorumq; Sanctorum imagines antiquitùs cõtigisse, probatissimi authores referunt, & nostro seculo contigerunt.

LIB. IIII.

De mirificis operationib. quorundam illustrium Sanctorum.

LIB. V.

De sacrosanctis Ecclesijs, & immunitate, potestate ac dignitate Ecclesiastica, & quæ circa rerum sacrarum, & sacerdotum violatores memorabilia contigerunt.

LIB. VI.

De virtute liberalitatis, hospitalitatis & beneficentiæ in pauperes, & quomodo Deus etiam in hac vita sæpenumerò maximis præmijs & beneficijs affecerit illos, qui his virtutibus præcelluerunt.

LIB. VII.

De veteribus & neotericis hæreticis, & quæ circa illos miranda contigerunt.

LIB. VIII.

De iucundis & terribilibus quorundam visionibus.

Eorundem autem librorum Capitum Indicẽ in calce Operis offendes.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, D. IOANNEM VVILHELmum, Ducem Iuliæ, Cliuiæ & Montium, Administratorem Episcopatus Monasterienſis: Comitem Marchiæ & Rauenſpurgi, Dominum in Rauenſtein, &c. Principem ſuum clementiſsimum, Tilmanni Bredenbachij in Collationes ſuas ſacras

PRAEFATIO.



NTer honeſtas humanæ vitæ oblectationes, Illuſtriſſime Princeps, non minima videtur illa cenſenda, quæ ex bonorum hominum conuictu, ſocietate, mutuiſq; congreſſibus, colloquijs, & eruditis ſermonibus percipitur. Vnde & aliꝰ ſalem, aliꝰ condimentū vitæ, amicitiam dixerūt quam qui ex vita hac ſuſtulerit, ſolem è mundo tollere non abſurdè antiquitus dictum legimus. Et quamuis varia ſint veræ & ſolidæ amicitiæ officia, non minima tamen eius pars in iucundis & frugiferis amicorum ſermocinationibus conſtituta videtur: Sicut autem inter bonos tantum & virtutū amantes ſacrum hoc amicitiæ nomen ſuæ appellationis dignitatem meretur, ita bonorum virorū ea plerunque eſt indoles & natura, vt prudenti delectu eos ſibi in ſuā aſciſcant conſuetudinē, quos noriſt ſpiritu et animorū propenſione ſibi q̄ ſimillimos.

Atque vt ad te Illustriss. Princeps sermonem instituens, à principibus viris exempla desumamus, referunt Historici, clarissimum Principem & Imperatorem Carolum Magnum doctorum virorum congressu & consuetudine, rerumq; mirabiliũ cõmemoratiõe mirificè delectatã: habuit enim inter cæteros Imperial. aulæ suæ viros doctissimos Alcuinum, hominem variæ eruditionis, & inprimis Ecclesiasticarum rerum peritissimum, sicuti præclara eius monimenta testantur. Aliarum præterea artium liberalium doctores plurimum veneratus, magnis eos extulit honoribus: Rhetoricæ insuper ac Dialecticæ, atque Astronomiæ plurimum temporis & laboris impendit. Discebat & artem computandi, & intentione sagaci syderum cursum curiosissimè rimabatur. In cibo & potu temperans, sed in potu præcipuè. Inter cœnandum autem admodum frequenter lectorem audiebat. Legebantur ei historiæ, & antiquorum res præclaræ. Inprimis verò delectabatur libris D. Augustini, præsertim de ciuitate Dei. Circa pauperes sustentandos & gratuitam liberalitatem studiosissimus. Religionis verò diuinæ plurima illi cura fuit, psallendi, legendiq; officia in Ecclesia discreuit, ipse se choris psallentium immiscens, submisè & in commune concinens, digitoq; aut baculo porrecto, quemadmodum illos legere voluisset, insinuans. Coram se vbicunque esset, diuinum peragi religiosè curauit officium. Sermones Patrum, Homilias sanctorum, eorundemq; vitas,

Alber. Crãtzius lib 2. Saxo. ca. 7.

Vide Crantzium li. 1. cap. 18. Metrop. lib 2. c. 9. Saxon.

vitas & martyrologia diligenter inquiri, & cõscribi, eaq; in Ecclesiis maioribus & conuentualibus iussit per singulos dies recitari. Omitto reliquas (ne sim prolixior) tanti Principis virtutes, quas hystoriographi præclarè commemorant.

Ptolomæus quoque Philadelphus Ægypti rex, vt scribit Iosephus ab Eleazaro principe sacerdotum gentis Iudææ petiit veteris testamenti volumina, vt ea in Bibliothecam suam reponeret, simulq; ab vnaquaque tribu Iudaica eligi, & ad se mitti viros optimos sex, qui per ætatem legum essent periti, possentq; interpetationem earum prudenter exponere. Nam opinor, inquit Ptolomæus, his perfectis maximam nobis gloriam præparari. Transmisitq; simul cum litteris suis viros doctissimos, Andræam & Aristæam, qui & munera regia Templo ac rebus diuinis consecrata offerrent, & viros illos (qui erãt simul septuaginta duo) colloquijs ac dissertationibus suis amanter exciperent, & honorificè ad Regem perducerent. Quos cum Rex Ptolomæus magnificentissimè suscepisset, totidem, quot erãt interpretes, nempè Septuaginta duobus diebus, peracta legis Iudaicæ interpretatione, mensæ & conuiuio suo adhibuit, & singulis singulas quæstiones admodum pias & fructuosas, de cognitione Dei, & regni administratione proposuit, conuiuio illo non minus epulis & liberalitate regia, quam sanctissimis collationibus instructissimo ad XII. dies durante. Cuiusmodi autem illæ

Ioseph. li. 12 c. 2. Antiq. Iudaic.

& quàm sanctæ et frugiferæ fuerint quæstiones, & quæ in conuiuio illo præparata sint, quisquis singula velit cognoscere, inquit Iosephus, legat volumina Aristææ, quæ propter hoc conscripsit, & intelliget. Dicebat autem Rex Ptolomeus, maxima sibi bona per præsentiam, & responsa illorum collata esse: nam profuisse sibi quod didicisset ab illis, quemadmodum deberet regnare, tandemq; benigne eos dimittens, regia munificentia mirifice cohonestauit. De Alphonso rege commemorant historici, doctorum virorum sermones magis ipsi placuisse, quam peritissimorum Musicorum harmoniam. Alexander Seuerus Imp. auctore Lampridio, cùm inter suos conuiuaretur, Vlpianum & doctos homines assumebat, vt haberet literata colloquia, quibus se recreari dicebat & pasci, cumq; priuatim cœnaret, habebat librum in mensa & legebat.

Cato apud Ciceronem de senectute, dicebat se epulari consueuisse cum sodalibus omninò modicè. Neq; enim, inquit, ipsorum conuiuiorum delectationem corporis, voluptatibus magis quã cœtu amicorum & sermonibus metiebat subiũgitq; accubationem epularem rectiùs à Latinis conuiuium nuncupatum, quia vitæ coniunctionẽ habeat, quàm symposium à Græcis, qui quod in eo genere minimum est, id maximè probare videantur. Iulius Cæsar, vt est apud Lucanum poetam grauissimum, cùm à Ptolomæo rege Aegypti conuiuio exciperetur, Achoreum sacerdotem compellans ait:

O sa-

O sacris deuote senex, quodq; arguit ætas,
Non neglecte Deis Phariæ primordia gentis,
Terrarumq; situs vulgiq; edissere mores,
Et ritus formasq; Deûm, quodcunq; vetustis
Insculptum est adytis profer, noscique volentes
Prode Deos, &c.

Et post pauca:

Media inter prælia semper
Stellarum cœliq; plagis superisq; vacaui.
Sed cum tanta meo viuat sub pectore virtus,
Tãtus amor veri, nihil est quod noscere malim,
Quàm fluuij causas per secula tanta latentis,
Ignotumq; caput spes sit mihi certa videndi
Niliacos fontes, &c.

Desiderabat Cæsar etiam media inter prælia, vt ait, de rebus cœlestibus, de moribus gentium, de mysteriis sacrorum Ægyptiorum, ac demum de Nili fontibus, & eiusdem annuæ inundationis causis, cum Sacerdote Achoreo inter conuiuandum sermocinari: semperq; hoc magnis & excellentibus Principibus vsurpatum legimus, vt in rebus præclaris et indagatione dignis, nunc legendo, nunc cum viris eruditis colloquẽdo, quando per otium licebat, seſe & occuparent simul & oblectarent. Alexander Magnus, vt refert Clemens Alexandrinus, decem sapientibus Iudæorum, decem quæstiones proposuit. Strom. li. 6

Præclara voluntas & laudabile studium, sed in Ethnicis Principibus & philosophis multò fuisset laudabilius, si vt rectiùs à plerisque

Christianis Principibus factitatum) ingeniy vim & acumen ita ad cognitionem rerum abditarum conuertissent, vt ex cognitione creaturarum, ad cognitionem, amorem & glorificationem, vt ait Apostolus, veri Dei progressi essent. Hic enim debet esse scopus, hic finis actionum et studiorum nostrorum: Nam qui solum vana, variáq; curiositate inducti, de omnibus quæ fiunt sub sole, vt loquitur Salomon, inuestigant, quemadmodum multos gentilium olim fecisse, atque etiamnum hodie plerosq; Christianæ fidei mysteriis imbutos facere comperimus, his vniuersus ipsorum labor & spinosa fatigatio, cedit in illã occupationem pessimam, de qua ibidem subiungit Ecclesiastes: Quid enim peius, quid indignius, hominem nobilissima rationis dote diuinitùs præditum eam ipsam suæ rationis & mentis lucem ac dignitatem vniuersam in rerum caducarum naturis & causis cognoscendis, aliysq; argutiys, & vt Psalmista loquitur, vanitatibus et insaniys falsis pertractandis, penitùs impendere totamq; ætatem in huiusmodi perquestigandis insumere, nec vnquam vel rarissimè in eam considerationem assurgere, vt cognoscat, cuius rei causa, & ad quid ipse homo sit conditus? Deus de terra creauit hominem, inquit Sapiens, & secundum imaginem suam fecit illum: & post pauca: Posuit, inquit, oculum ipsorum super corda illorũ, ostendere illis magnalia operũ suorũ, vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarret operum

Rom. 1.

Eccles. 1.

Psalm. 39.

Eccles. 17.

rum eius, &c. Imaginem Dei mirabiliter gerit homo in tribus potentijs animæ memoria, intellectu & voluntate, vt assidue meminerit, intelligat, & diligat Deum. Hæc imago etiamsi non tota extinguatur, attamen veluti nubibus quibusdam totis obumbratur & obscuratur in homine, quoties eius actio & consideratio peregrinatur à sublimib. ac diuinis, et deflectitur ad ista inferiora & visibilia, siue intuenda ad notitiam, siue appetenda ad vsum, siue pro officio disponenda vel actitanda. Si tamen ita versatur in his vt per hæc illa requirat, haud procul exulat. Sic agere & occupari est repatriare, inquit mellifluus Bernardus. Diximus obiter de imagine Dei in homine, qui etiam ad similitudinem Dei factus est vt sicut Deus est ipsa charitas, bonitas, benignitas iustitia, &c. ita & homo sit benignus, iustus, mitis & misericors. Hæc est dignitas, hic honor, hæc excellentia hominis, quem præscuit & prædestinauit Deus conformem fieri imaginis filij sui, inquit Apostolus. Cuius imaginis in nobis conseruandæ & iugiter portandæ alibi nos admonet idem Apostolus. Igitur, inquit, sicut portauimus imaginem terreni (Adam) portemus & imaginem cœlestis. Posuit quoque Deus oculum illorum super corda ipsorum, ait sapiens, ostendere illis magnalia operum suorum, &c. hoc est, Deus idcirco talem hominem condidit, vt esset qui opera eius intelligeret, qui prouidentiam disponendi, qui rationem faciendi, sapientiam gubernandi, cle-

mentiam benefaciendi, & sensu admirari, & voce enarrare, atque collaudare posset, totusq; Deum factorem suum coleret. Et sicut mundus factus est propter hominem, vt seruiret homini, ita homo factus est propter Deum, vt seruiret Deo, illum agnosceret, agnitum amaret & coleret, ideoq; amaret & coleret, vt beatam immortalitatem pro mercede laboris percipiens, summo & immortali Deo in perpetuum felicissimè frueretur. Hæc est conditi hominis ratio, propter hoc & ipse conditor hominis factus est homo, quod qui vel nescit, vel non agnoscit, si ipse homo sit, nescitur, imò & perdit quod viuit, vt inquit D. Augustinus, qui Deum non agnoscit, qui Deum non diligit. Quando igitur hæc est conditi hominis ratio, vt ex consideratione mirabilium in creaturis, accendatur in admirationem, laudem & amorem creatoris multaq; non prioribus tantùm temporibus, verum etiam nostro hoc seculo admiranda contigisse, atque etiamnum diuinitùs contingere intelligerem; quæ licet sempiterna memoria digna, partim neglectu & incuria hominum, vix à paucis dignè considerantur: partim obliuione & silentio sic obscurantur, & protinùs euanescunt, vt nec facta esse putentur, imò ne vestigium quidem sui vel apud paucos relinquant: ea propter crebrò desideraui, aliquem ex eruditis nostri seculi Scriptoribus Orthodoxis exoriri, qui hunc laborem asserendæ veritatis, & diui-

Aug. ca. 4. Enchirid.

na

ne gloriæ illustrandæ causa subire sustineret, vt hæc si non omnium maxima, magna tamen & mirifica opera DEI sancta industria & fide collecta conscriberet. Spem aliquam huiusmodi operis conficiendi, præbuit iampridem Reuerendissimus Dominus Vuilhelmus Lindanus, de vera pietate & Catholica religione optimè meritus in libro suo de fugiendis Idolis. Deus Optimus Maximus sanctissimos eius conatus confirmet.

Certè prioribus seculis non defuerunt viri fide, doctrina & sanctimonia præcellentes, qui diuino spiritu & Antistitum Ecclesiæ hortatibus, Principumque fauoribus excitati, non solùm admirandas sanctissimorum Martyrum, aliorumq; virorum excellentium historias, dicta præclara gestaq; mirifica, verum etiam alia DEI magnalia, quauis occasione memorabili patrata, fideliter conscripserunt. Inter quos haud infimam laudem meruerunt antiquissimi scriptores, Simeon Metaphrastes, Seuerus Sulpitius, Ioannes Moschus Euiratus in suo prato spirituali, Ioannes Cassianus in Collationibus Patrum. D. Gregorius Magnus in Dialogis (qui etiam in Græcum idioma translati sunt) D. Gregorius Turonen. D. Anselmus, ac deinde paulò recentiores Petrus Damianus, Petrus Cluniacens. Cæsarius Heisterbachcensis, Thomas Cantipratensis, qui sicu-

sicuti vitae integritate, & doctrina suis seculis spectatissimi extiterunt ita singuli rerum suitēporis memorabilium studiosissimi fuerunt inquisitores quas & omni fide & industria ad posteritatem transmiserunt ad diuinae gloriae & publicae vtilitatis incrementum. Nec vllus fere ex veteribus Ecclesiae patribus existit, qui nō sui seculi memorabilia data occasione diligenter commemoret. D. Cyprianus in libro de Cœna Domini, admiranda quædam refert de SS. Eucharistia, D. Ambrosius de Sanctis Gerualio & Protasio, &c. D. Augustinus sagacissimus fuit horum inquisitor vt videre est in libr. de cura pro mortuis gerenda, & lib. 22. cap. 8. de Ciuitate Dei: denique in sermonibus nuper opera D. Ioannis Vlimmery in lucem editis in quibus operosissimè describit illustria quædam suae aetatis miracula. Cumq; plurima, inquit, antiquis similia diuinarum signa virtutum etiam his temporibus frequentari viderem, volui conscriptis libellis ea recitari in populo, ne multorū notitiae deperirent. Vnde cum Innocentia religiosissima fœmina de primarijs ciuitatis Carthaginensis, à cancro nullis medicamentis sanabili diuinitùs curata esset illaq; factum memorabile silentio premeret hoc cum audissem, inquit D. Augustinus, & vehementer stomacharer in illa ciuitate atque in illa persona, non vtique obscura factum tam ingens miraculum sic latere, hinc eam & admonendam & pene obiurgandam putaui. Quae cum mihi responderet

ret non se indetacuisse quæsiui ab eis, quas fortè tunc matronas amicissimas secum habebat, vtrum hoc antea scissent. Respondérunt se omninò nescisse. Ecce, inquam, quomodo non taces, vt nec istæ audiant, quæ tibi tanta familiaritate iunguntur? Et quia breuiter ab ea quæsieram, feci vt illis audientibus multum q3 mirantibus & glorificantibus Deum, totum ex ordine, quemadmodum fuerit, indicaret.

Ex quibus euidentissimum est, in bonitatis & gloriæ diuinæ iniuriam vergere, si admiranda Dei opera ingrato silentio neglecta, vel obscurentur, vel penitùs obliterentur: homines verò pios, cognitione & commemoratione eorundem, ad diuini nominis glorificationem vehementer excitari: sic Nicephorus Callistus, cum de Anatolio in virginem Deiparam blasphemo, eiusq3 funesto interitu memorabilem historiam recensuisset, signanter adiunxit, eodem tempore multos qui hoc audissent miraculum, laudes Deo decantasse, ac matrem Domini celebrasse, quæ ita semper Christianum populum tueatur, quæq3 nouo quodam modo affectionem erga nos suam (quanuis præter naturam eius sit, vt quenquam puniat) vi quadam adacta ostenderet vt scilicet religio nobis firma & stabilis esset. Pari modo cùm Theodosij Imp. temporibus disputatio ingens apud Constantinopolim exurgeret de resurrectione mortuorum, diuina dispensatione res admiranda contigit: resuscitati enim sunt è somno septem dormientes, qui 372. annos dormierant,

Niceph. li. 18. cap. 33. hist. Eccle.

Niceph. li. 14. cap. 45.

mierant. Qua quidem re comperta, vniuersa illa quæstio de resurrectione sopita est. Satis enim constabat, inquit Niceph. illum qui vt pueri illi tot annos veluti noctem vnam nullo corporis detrimento quiescentes superarint, effecerit, eosque vna cum animabus excitarit, eundem quoque potestatis suæ abundantia omnes homines cum suis, non alienis corporibus in momento vno veluti ex somno tempore suo excitaturum esse.

Videmus igitur eiusmodi admiranda Dei opera, esse quasdam illustres diuinæ virtutis & gloriæ patefactiones sanæq; doctrinæ testimonia siue obsignationes, quibus non solum increduli ad Christianam fidem amplectendam commoueantur, verum etiam credentes in possessione Catholicæ veritatis aduersus prophanos, impios & hæreticos magis magisque corroborentur, quorum pleraque nostris quoq; temporibus magno quorundam fructu acciderunt (vt videre est libro septimo huius operis) nec infructuosè legi & referri consueuerunt in colloquijs & congressibus humanis. Quid alijs vsu obueniat, meum non est anxiè explorare, memini autem (vt hoc sine cuiusquam inuidia commemorem) me ante annos quatuordecim quandam historiam ex Diuo Augustino de virtute sacrificij corporis & sanguinis Domini contrà infestationes malignorum spirituum inter prandendum retulisse, quam cùm vir quidam ob

politi-

politicarum disciplinarum peritiam celeberrimus, sed multò tempore inter hæreticos & Catholicos fluctuans, (cuius confirmandi gratia studiosè à nobis referebatur) audiret, locumque sibi in ipsò Diuo Augustino demonstrari postularet, postridiè à nobis demõstratum, mox in pugillaribus suis notauit, cum sequentibus quibusdam mirabilibus istic à D. Augustino copiosè conscriptis: atque ita deinceps in religione Catholica confirmatum, ex quodam eius domestico intelleximus, vt ex vacillanti & nutabundo, constantissimus euaserit, vitamque non solum in Orthodoxa fide, sed etiam præcipua pietate ac timore Dei transegerit, sanctóque fine consummauerit. Vnde & permotus sum, vt historiam illam propter euidentem sui fructum dignam existimauerim, quæ primo Collationum nostrarum loco constitueretur.

Non dissimile est quod de seipso refert Diuus Augustinus, quòd priusquam plenè ad vitæ Christianæ sanctimoniam amplectendam conuerteretur, Simplicianum virum sanctum de Victorini Rhetoris conuersione præclara narrantem audiens, mirè exarserit ad imitandum. Nec multò post subiungit pleniorem sui conuersionem ex sermonibus Potitiani cuiusdam ciuis sui & militis, quæ historia, & si prolixior, tamen quia

quia admodum insignis est, & lectu iucunda, hic nobis obiter est commemoranda. Quodam, inquit, die venit ad me et Alipium, Potitianus quidam ciuis noster, inquantum Afer, præclare in palatio militans, nescio quid à nobis volebat. Et consedimus vt colloqueremur, & forte supra mensam lusoriam quæ ante nos erat, attẽdit codicem, tulit, aperuit, inuenit Apostolum Paulum inopinatè sanè: putauerat enim aliquid de libris, quorum professio me conterrebat. Tum verò arridens, meq; intuens, gratulatoriè miratus est, quòd eas & solas præ oculis meis lite ras repentè comperisset. Christianus quippe & fidelis erat, & sæpe tibi Deo nostro prosternebatur in Ecclesia crebris & diuturnis orationibus. Cui ego cùm indicassem illis me scripturis curam maximam impendere, ortus est sermo, ipso narrante de Antonio Ægyptio monacho, cuius nomen excellenter clarebat apud seruos tuos, nos autem vsque in illam horam latebat. Quod vbi ille comperit, immoratus est in eo sermone, insinuans tantum virum ignorantibus, et admirans eandem nostram ignorantiam. Stupebamus autem audientes tam recẽti memoria, & prope nostris temporibus, testatissima mirabilia tua in fide recta & Catholica Ecclesia. Omnes mirabamur, & nos, quia tam magna erant, & ille, quia inaudita nobis erant. Inde Sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ, & vbera deserta eremi, quorum nos nihil sciebamus. Et erat monaste-

Potitiani ciuis atque militis aulici pietas.

Potitiani narratio.

Monasteria tempore D. Augustini.

rium

rium Mediolani plenum bonis fratribus, extrà vrbis mœnia sub Ambrosio nutritore, et non noueramus. Pertendebat ille et loquebatur adhuc, & nos intenti tacebamus. Vnde incidit vt diceret, nescio quando se & tres alios contubernales suos, nimirum apud Treuiros, cùm Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, vt fortè combinati spaciabantur, vnum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum pariterque digressos: sed illos vagabundos irruisse in casam, vbi habitabant quidam serui tui, spiritu pauperes, qualium est regnum cœlorum, & inuenisse ibi codicem in quo scripta erat vita Antonij. Quam legere cœpit vnus eorum, & mirari & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia seculari, seruire tibi. Erat autem ex eis quos dicunt Agentes in rebus. Tunc subitò repletus amore sancto, & sobrio pudore, iratus ita sibi, coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic quæso te, omnibus istis laboribus nostris, quo ambimus peruenire? quid quærimus? cuius rei causa militamus? Maiórne esse poterit spes nostra in palatio, quàm vt amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile plenum q; periculis? Et per quod pericula peruenitur ad grandius periculum? Et quamdiu istud erit? Amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turgidus parturitione nouæ vitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, &

Treuiri.

Codex vitę D. Antonij

intus vbi tu videbas, & exuebatur mundo mẽs eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, & discreuit, decreuitq; meliora iamq; tuus, ait amico suo: Ego iã abrupi me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui, & hoc ex hac hora, in hoc loco aggredior. Te si piget imitari, noli aduersari. Respondit ille, adhærere se socio tantae mercedis, tantaeq; militiæ. Et ambo iam tui aedificabant turrim sumptu idoneo, relinquendi omnia & sequendi te. Tum Potitianus, & qui cũ eo per alias horti partes deambulabant, quaerentes eos, deuenerunt in eundem locum, et inuenientes admonuerunt vt redirent, quoniam declinasset dies. At illi narrato placito & proposito suo, quóq; modo talis voluntas orta in eis esset atque firmata, petierunt, ne sibi molesti essent, si ad iungi recusarent. Isti autem nihilo mutati à pristinis, fleuerunt se tamen, vt dicebat, atque illis piè congratulati sunt, & commendauerunt se orationibus eorum, & trahentes cor in terram, abierunt in palatium, illi autem affigentes cor cœlo, manserunt in casa. Et ambo habebant spõsas. Quae posteaquam hoc audierunt, dicauerũt etiam ipsae virginitatem tibi.

Haec & multò plura ibi de seipso D. Augustinus subnectit q; deinde cap. 7. & 8. quomodò absoluta hac Potitiani narratione prioris vitae vanitates abrumpere gestiens, iam & ipse turgidus parturitione nouæ vitae, ad Alipium suum exclamauerit, Quid patimur? Quid est hoc

quod

quod audisti? Surgunt indocti & rapiunt cœlum, & nos cum doctrinis nostris sine corde: ecce vbi volutamur in carne & sanguine? An quia praecesserunt pudet sequi, & non pudet nec saltem sequi? &c. Ecce quantum vnius hominis Potitiani non Episcopi, non sacerdotis, non anachoretæ, sed ciuis, sed aulici imò & militis in palatio militantis, pia & salubris sermocinatio: non in Ecclesia aut loco religioso. sed ad mensam lusoriam sanctissimo exemplo prolata, quantum, inquam boni operata est? quàm vberem produxit fructum, qualem & quantum nobis lucrifecit Augustinum? O quantum sanctissimi profectus, quantum felicissimae ædificationis, quantum solidae & castæ oblectationis persentiscerent mentes fidelium, quantum verae Euangelicae sanctitatis accederet populo Christiano si votis obtineri posset, vt si non semper, neque passim apud omnes saltem quàm frequentissime de huiusmodi rebus sermones instituerentur, quae & mentes sermocinantium honesta voluptate demulcerent, & pia vtilitate ad virtutes accenderent. Huius laudatissimae & fructuosissimae virtutis studiosissima cultrix fuisse videtur Serenissima Domina Princeps Parmensis, quæ obijt Anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, mense Iulio, post cuius obitum in eius conclaui inter alia quae tenebat sacratissima, inuentum est quoddam scriptum, ipsius manu exaratum, quo sibijpsi insig-

nem sanctæ vitæ normã præscripserat quod inter alia multa Christiana Principe dignissima, sic habet: In mensa memor temperantiæ, studio mortificandi, alicuius rei mihi abstinentiam indicam, ad quam maximè sensero gulæ appetentiam prouocari: Curabo insuper vt industriè & suauiter impediantur sermones atque colloquia de obtrectationibus, amoribus, rebusq; pernicioſis.

Piorum hominum est impedire sermones infrugiferos.

Huc pertinet quod refert Aristæas in historia sua de LXX. interpretibus, Iudæis præceptum fuisse vt ante cibum precarentur, & in mensa nihil fabularentur, quod Dei memoriam obliteraret. Quamobrem etiam per Moysem præcepit Deus populo Israelitico, vt in fimbrijs vestium suarum signa quædam euidentia haberent, quæ assiduam Dei memoriam illis ob oculos repræsentarent: insuper & in portis ac ianuis diuina præcepta mandabantur affigi, vt de his iugiter cogitarent & sermocinarentur. Cùm autem multò excellentius apparuerit gratia & humanitas Saluatoris nostri Dei erga populum Christianum, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, iustè & piè viuamus in hoc seculo, æquissimum vtique est, vt omnis nostra ratio, vt eleganter ait D. Paulinus, in præceptis & laudibus Altissimi occupetur, illi omne quod loquimur, omne quod viuimus, cum perpetua gratiarum actione dependatur, cuius opere & munere loquimur, & viuimus.

Num. 15. Deut. 6.

Tit. 2. Epist. 2. ad Amandũ.

Vi-

Videant igitur quomodo de Republ. Christiana mereantur, quomodo diuinæ laudis incrementum, suamq; & aliorum sempiternam felicitatem promoueant, qui libros ineptissimis facetijs, spurcissimis fabulis, scurrilibus iocis & salibus refertos, imprudenter simul & impudenter euulgant, tot se peccatis inuoluentes, quot offendiculis castas aliorum mentes grauant & cõtaminant. Narratio enim fatui quasi sarcina in via, inquit Sapiens, & corrumpunt mores bonos colloquia praua inquit Apostolus. Omnis sermo malus, ait idem alibi, de ore vestro non procedat sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus, & nolite contristare spiritum sanctum Dei. Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, sed magis gratiarum actio. Colligit ex hoc loco Magnus Basilius omne verbum quamuis bonum, nisi tamen ad ædificationem sit, non ob id carere periculo, quod quis locutus sit bonum, sed ex eo quod non ad ædificationem fuerit, contristare spiritum sanctum.

Ecclef. 21. 1. Cor. 15. Eph. 4. & 5

Spiritus sãctus contristatur sermone non ad ædificationem prolato.

Cùm ergo tam exactam à Christianis hominibus philosophiam, morumq; & verborum circunspectionem & maturitatem requirat Apostolus, vt non solum ab obscœnis sermonibus abstineant, verum etiam ab ijs colloquijs, quæ facета & vrbana vocantur, quid dicendum de nostræ deploratissimæ ætatis hominibus, in quorum multos, proh dolor, congruit illud Psalmi-

Psal. 5. & 13 Rom. 3. stae: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum? Pestilentissimus fœtor est, qui exhalat è sepulchris sed longè pestilentior sermo istiusmodi hominum, qui sicut spurcis & virulentis linguis proximos quosque inficiunt, ita ipsi intus toti madent scelerum & impietatis spurcitie, quos Apostolus ad Romanos describens vocat susurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, superbos, elatos, inuentores malorum, insipientes, incomposítos, non intelligentes, quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Atque hic est ille pestilens fœtor, quo isti homines in sepulchro cordis sui madentes, laxatis linguae habenis, veluti patefacto sepulchro alios inficiunt & contaminant.

Rom. 1.

Quales prodierint picturae, quam contumelioſae facetiae quam scurriles ioci & plusquam pasquillicae licentiae, schediasmata hoc nostro seculo non solum in Magistratum & ordinem Ecclesiasticum, verumetiam in quoslibet cuiuslibet dignitatis, status & professionis homines, toto orbe notissimum est. Talibus non potest non euenire, & iam nunc magna ex parte permultis euenit, illud quod eiusmodi sepulchris patentibus minatur regius vates, dum mox subiungit:

Psalm 5. Iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Sicu-

Sicuti verò Deo, qui summum bonum est, qui est corona & gaudium electorum suorum, nihil melius excogitari potest, ita profectò nihil iucundius, nihil fructuosius, nihil amabilius sermonibus colloquiisq; diuinis. Gustarat hanc dulcedinem rex & Propheta Dauid, cùm pertæsus futilium inutiliumq; narrationum diceret: Psal.118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed nō vt lex tua. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. & alibi: Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari tuo, cuius vel sola memoria delectabatur, cùm diceret, Memor fui Dei, & delectatus sum.* Psalm.34.

Et quemadmodum summa et consummatissima hominis beatitudo consistit in visione & fruitione Dei, ita etiam dum in hac vita peregrinamur à Domino, tantum de hac beatitudine participare videmur, quantum de ea seriò meditamur, loquimur, & tractamus. Ad hanc quam iucundissimam beatissimamq; philosophiam nos assurgere voluit Apostolus dum ait: Philip.3. *Nostra autem conuersatio est in cœlis, & rursum:* Col.3. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sane sicuti illi, qui elongant se à rerum sacrarum & frugiferarum tractatione sensim longe fiunt à Sancto, vt argutè loquitur Diuus Augustinus: ita cum discipuli illi duo in castellum euntes, loquerentur de CHRISTO, mox sacris eorum sermonibus* Augustin. in Psalm. 55. Luc.24.

Proue. 8. *sese adiunxit ipse Christus, qui cùm sit sapientia patris, habitat in consilio, & eruditis interest cogitationibus. Sanctæ sermocinationi libenter sese admiscet ipse fons & origo omnis sapientiæ*
Sapien. 1. *& sanctitatis. Peruersæ verò cogitationes separant à Deo, & spiritus sanctus aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.*

Quando igitur, vt ad sermonis huius nostri principium reuertar, inter honestas vitæ humanæ oblectationes non minima videtur illa, quæ ex frugiferis collationibus eruditisq; sermonibus hauritur, operæprecium me facturum existimaui, si ea quæ in veterum Patrum monumentis insignia quæq; occurrerent, diligenter excerpta, in classes suas redigerem, vt sublato difficilioris inquisitionis labore, semper esset in promptu vbertas & copia selectissimarum historiarum, quæ cum voluptate simul & fructu, in congressibus & colloquijs vsurpari possent. Quibus ita selectis, atq; in classes digestis, coniunximus complura nostri seculi eiusdem argumenti memorabilia, partim ex varijs Orthodoxis eruditorum hominum scriptis desumpta, partim fide dignissimorum sermonibus ad nos perlata. Quæ quidem omnia ita digessimus, vt pleraque ex illis ad Orthodoxam fidem, religionem, amorem, cultum Dei ac diuinorum reuerentiam animis hominum instillandam: alia verò ad dilectionem erga proximum excitandam, magno adiumento esse possint. Priori membro omnes pene harum Collationum libri subseruiunt: posteriori liber

ber sextus, qui totus versatur in virtute liberalitatis, hospitalitatis et beneficētiæ in proximos: quos cum præcepto Christi diligere iubeamur, vtique diligendi sunt non verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. In his virtutibus vniuersa lex pendet & prophetæ, ad quas animis hominum instillandas, iam inde ab exordio nascentis Ecclesiæ omnium Orthodoxorum Ecclesiæ Doctorum et Scriptorū labores & studia, ora & manus, linguæ & calami in hunc vsque diem desudant. Quando autem ad veræ religionis conseruationem, fraternæq; charitatis ædificationem docendo ac disputando à multis tam multum sudatum & apud multos tam parum profectum, vt multos multorum laborum sudorumq; propemodum pœnitere possit: altera via nobis ingrediendum existimauimus, nempè vt non iam tritā illam semitam dogmatum, sed operum, non verborum sed factorum, nō sublimium sermonum, sed mirabilium operationum ingressi, consequamur iam à diuina bonitate, non vocem cōtentiosæ disputationis, sed mirificæ vocem virtutis & cīi Apost. sermo noster nō subsistat in persuasoriis & elaboratis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Neq; enim inter varias ac præcellentes dotes, quibus Christus Dominus sponsam suam Ecclesiam cohonestare dignatus est, minima est gratia virtutum, mirabiliumq; operationum. Et qui tantoperè dilexit Ecclesiam, vt seipsum totum illi impenderet, quidni etiam cum seipso omnia illi donauerit? Et

quidem, vt inquit Apostolus, posuit Deus in Ecclesia sua primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, &c. Dimicatum hactenùs est omni genere armaturæ, pugnatum scriptis Apostolicis, Prophetarum vaticinijs, Doctorum Ecclesiæ grauissimis testimonijs, sed nec omissum plane quartum armorum genus, nimirum potentia miraculorum. Vniuersam quidem aciem infringere conati sunt hæretici, peruertendo scripturas, corrumpendo Prophetas, violando doctores: sed qui legem posuit aquis, ne transeant fines suos, idem & quartum hoc armorum genus sic proprium Ecclesiæ suæ dicauit, vt hactenùs ne claudum quidem equum sanauerit vllus hæreticus. Olim subornatum cœcum, qui videntibus oculis, tota mente caligabat, Cirola Arrianorum Episcopus, se curatum gloriabatur, sed frustra: neque enim ille ex cœco videntem, sed ex vidente cœcum reddidit, quem postea dolum & crimen suum agnoscentem, Eugenius Catholicus Episcopus, incolumem restituit. Lutherus excitare voluit submersum in Albi Vilhelmum Nesenum, sed frustrà. Voluit eijcere dæmonem, sed frustrà. Caluinus Bruleum quendam Ostunensem, mortuum se simulantem, cum viueret, callidè voluit videri vitæ restituere, vt gloriari posset de virtute miraculorum, sed frustrà. Detecta est enim illius peruersitas, et impegit in illud Tertulliani: Hæretici, inquit, in peruersum Apostolos

Greg. Turonen. li. 2. c. historię Frãcorum.

Vvilh. Lindanus dial. 3. ca. 1. Dubitantij.

postolos æmulantur. Illi enim ex mortuis viuos, isti ex viuis mortuos faciunt. Cum igitur omnia Ecclesiæ Catholicæ armamenta, & peruertendo, & peruerse vsurpando, semper adsera-pere conati sint hæretici, in quarto hoc genere armorum semper turpissimè defecerunt, sicuti nos septimo Collationum libro plenissimè demonstrauimus. Ostende mihi, inquit diuus Iacobus Apostolus, fidem tuam sine operibus & ego tibi ostendam ex operibus fidem meam. Ostentant illi & iactant nouam & prodigiosam fidem, sine vllis veræ fidei prodigijs: nos ex illustribus diuinæ potentiæ miraculis munitam ostendimus ipsis fidei nostræ solam solidamq; virtutem & veritatem. Quorum miraculorum virtus & maiestas tanti ponderis fuit apud diuum Augustinum, vt vnam censuerit ex præcipuis, quæ ipsum in Ecclesiæ Catholicæ gremio iustissimè retinebant. Quæ cum ita sint nec in sermone 1 Corin. 4. solo sit regnum Dei sed in virtute, idcirco dum has Collationes meditaremur, ea potissimùm ex authenticis historiographis, Patrum monumentis, nostriq; sæculi mirabilibus decerpenda duximus, ex quibus diuinæ potentiæ in tuenda Ecclesia sua, ac populo suo erudiendo virtus & sapientia illustrius reluceret. In octauo verò libro iucundas quasdam & terribiles tam prioris ætatis quàm nostræ, visiones recensemus, quibus auditis, homines nõ omninò deploratæ peruersitatis, ad diuinarum rerum amorem & reuerentiã quin-

Tertull. de præscript. hæreticor.

Iacob. 2.

quinque prioribus libris inducti, & sexto libro ad proximorum dilectionem, opumq; terrenarum contemptum instituti, ac demum septimo, ad malorum (inter quæ pessima est hæresis) horrorem excitati, totam mentis suæ lucem, cunctasq; vitæ rationes eò iugiter dirigant, vt sempiterna malorum supplicia euadentes, beatissimā immortalitatem cum felicissimis cœlestium agminum turmis summo & ineffabili suo bono cōsequantur. In nostros autem priuatos vsus hæc collectanea primum destinabamus: cæterum, quia videbam viris quibusdam doctissimis, sic ea probari, vt affirmarent (quando nil eius generis alius nemo hactenùs ediderit) cum voluptate & fructu multorum posse publicari, eaq; Illustriss. Celsit. Tuæ inprimis absme deberi, tantorum virorum iudicio procliuius assensi, quòd iamdudum desideraverim aliquam idoneam occasionem, qua & meæ propensissimæ voluntatis obsequia erga patriae meæ Embricæ Principem ac Dominum clementissimum euidentiùs contestarer simulq; meos conciues, m. T. Illust. Celsit. subditos vniuersos excitarem ad gratias agendas bonitati & clementiæ diuinae, quòd hoc turbulentissimo seculo, Deus Opt. Max te talem ac tantum Principem, tam Orthodoxis, augustis, veræq; heroicis, sanctae laudatissimæq; memoriae Maioribus nobilissimè procreatum, nobis pro immensa sua misericordia largiri dignatus sit. Quo tam diuino & inæstimabili Dei beneficio effectum est, vt cum tot olim florentissi-

ma

maregna, tot Principatus & prouincias quondam nobilissimas, nunc abominandis hæresibus planè peruersas, & ab vnitate Catholicæ Ecclesiæ (in qua sola salus) infeliciter auulsas, bellis et seditionibus exhaustas, tartareoq; hosti in prædam datas, dolenter conspiciamus: nostra Cliuia cum reliquis vniuersis T. Ill. C. ditionibus, Tua Sereniss. Princeps laudatissimorumq; Parentum & Maiorum pietate & prudentia inter circumstrepentes bellorum hæresumq; tumultus, inuicta & immobilis hucusque persistat & perseueret. Non defuerunt quidem neque desunt homines mente corrupti, reprobi circa fidem, molientes altare cõtra altare, suasq; volentes erigere confusissimas synagogas, in quibus nec caput nec pedes, nulla solidi veriq; corporis compages aut proportio, nulla legitimæ Ecclesiæ facies aut forma, & vt facete dicit Tertullianus sicut faciunt vespæ fauos, ita Ecclesias suas colligunt Marcionitæ, & cæteri hæretici, quae si vel permittendo, vel conniuendo sinantur coalescere, mox tota vesania & rabie sua eò contendũt, vt excussa ex animis hominum omni religione ac timore Dei, spreto tam ciuili quàm Ecclesiastico magistratu, eiecto Clero, euersis Ecclesiis, dissipato & pessundato omni ordine & politia, ea rerum facies & perturbatio exoriatur, quam proh dolor infinitimas quasdam prouincias inuexerunt. Vbi proculcata omni vetere disciplina, eiecto q; rege, ipsi pro sua libidine dominantur in plebe, & grassantur in populares et

Eccle-

Ecclesiasticas facultates, peiorá, est omnium rerum confusio, quàm apud Israelem, quando non erat illis neque Rex, neq; Propheta, sed quisq; quod sibi bonum videbatur, faciebat. Verùm huiusmodi plusquàm Cyclopicis factiosissimorũ hominum conatibus diuina fauẽte gratia, Tui Illustrissimi D. Parentis & Tua, Clementissime Princeps vestriq; prudentissimi Concilij prouida moderatione & sancta constantia, hactenus it a restitum est, vt Catholicæ Ecclesiæ auita maiestas inconcusso vertice etiamnum emineat, in sempiternam Vestræ huius sanctæ constantiæ laudem & gloriam immortalem. Et quoniam diuino inprimis munere nobis per Tuam Illust Cels. hoc tam rarum & inæstimabile bonũ contingit, adeò vt regina Saba, sicuti olim ad regem Salomõnem, ita non minus hoc tempore ad
2. Paral. 9. Tuam Ill. Cels. lætabunda pronuntiare possit: Quia diligit Deus Israel, idcirco posuit te Regem supra eum: ea propter nostra omniumq; subditorum Tuorum erga Deum Opt. Max. gratitudo, atq; erga Tuam Ill. Cels. Tuumq; Ill. D. Parentem, totumq; vestrum laudatissimum Cõcilium, pietas & obsequium vicissim exposcit, vt indefessi assiduas diuinæ bonitati gratiarum actiones referamus, eandemq; ardentissimis precibus incessanter flagitemus, vt sub vestro Clementissimo principatu nos omnes porrò in sancta & auita religione, stabiliq; pace & tranquillitate feliciter tueri & conseruare pergat. Haec est ratio, hic scopus nostræ huius nuncupationis.

Hunc

Hunc affectum, hanc voluntatem, hoc studium (quod iam in multorum Tuæ Ill. Cel. subditorum animis flagrare non ambigo) si magis magisq; flagrare fecerimus, abūde magnum nostrarum vigiliarum laborumq; fructum nos consecutos existimabimus. Deus Opt. Max. Tuam Ill. Cel. quàm diutissimè felicem, florentem & incolumem conseruet. Datum Coloniæ Agripp. 9. Febr. Anno, &c. LXXXIIII.

IN

In commendationem Sacrarum Collationum Reuerendi, & longè doctiſsimi D. Tilmanni Bredenbachij, S. Theologię Doctoris, inſignis Colonienſis Eccleſię apud D. Gereonem Canonici, Carmen Encomiaſticum, Authore Ioanne à Bruhezen, Eccleſię Metrop. Traiectenſ. Decano.

ARma canant alij, partos per ſæua triumphos
Prælia, cum domitis oppida capta viris,
Hos iuuet ingenti metaq́; carente labore
Myſtica ſcripturae voluere ſeuſa ſacræ,
Diſtineant quoſdam nodoſa volumina legum
Et quidquid gemini ſanctio iuris habet,
Nec ſua percupidis medicinæ induſtria deſit
Nuper vt exortis ſit noua cura malis,
Diuerſos variis ſtudijs diuerſa fatigent,
Nomen vt ipſorum ſæcula ſera ſciant.
Doctrina præſtans hos Bredenbachius omnes
Materiae ſuperat nobilitate ſuæ,
In lucem emittens variarum inſignia rerum
Exempla æternis omnia digna notis,
Quae ſparſim ex alijs magno collecta labore
Syluа vt plena roſis exhibet iſtud opus,
Quare non potuit tractari dignior iſto
Tempore, pluſve piae in ſe vtilitatis habens,
Dum reprobis aſper, laetis pia pectora mulcens,
Ad cœlum rectam monſtrat vtrisq́; viam.
Quæq́; tot inficiunt animas letaliter, vno
Haereſis hoc perimit dira venena libro,

Hunc

Hunc auidis igitur lætus complectere palmis,
Et merito tantum lector amore virum,
Quem nec cura vigil, sudor nec terruit vllus,
Quo tam præclarum te penes esset opus,
Ex quo non solum virtutum exempla paratum
Viuendi rectè subsidiumq; petes,
Ast etiam nostri aduersum fera toxica secli
Desumes animæ pharmaca tuta tuae,
Antiqui technas colubri procul effuge Lector,
Tempora & authori longa precare Vale.

In libros sacrarum Collationum celeberrimi Doct. Til. Bredenbachij, fautoris & Domini meritiss. Iordanus Louffius Buranus, I.C.

Splendida corporibus præbebant fercula mẽsae,
Ast animo solidas vix dedit vlla dapes,
Donec inexhausto verae pietatis amore,
Proderet ambrosias hasce Bredenbachius,
Qui veluti varios per prata virentia flores,
Sedula apis libans dulcia mella facit:
Sic monumenta pijs cum priscis nupera lustrãs
Contulit in classes optima quæq; suas,
Qualia praesertim doctis (quib. ista parantur)
Moribus & placidis grata futura putat,
Cernitur hic summũ sua per miracula sacrum,
Nec non diuorum nomina culta piè,
Præmia munificos maneãt quæ schismata pœnæ
Omnia sanctorum vindice tuta Deo.
Plurima sincerae praecepta salubria vitae,
Panditur, & priscae religionis honos,
Hic probitas, zelus, sancti sine crimine mores,
Atq; refigendis non minus malis.

Hus

Huc exempla virum donantur luce priorum
Ceu speculum vitæ sanctaq; colloquia.
Sint igitur cordi monitus, documentaq; sana,
Turba licet contra deteriora probet,
Dumq; alij nugas studio sectantur inani,
Tu cole syderas quæ docuere vias,
Aspera nam præsens moneat nisi numinis ira,
Olim fata vides quam tibi dira paras:
Contrahe quod poteris conuiuia, parce Lyæo,
Sobria sufficiunt pabula Christicolis.
Impia nec maculet vestram detractio mensam,
Histrio lasciuus, fabula vana procul,
Sed magis horrescas infidæ dogmata sectæ,
Blandula quæ primo mox truculenta furit,
At penetrent animi melius quo cuncta recessus,
Ne sit opus præsens consuluisse graue.
In quo si fuerint quædam male grata palato,
Candidus hæc alijs posse placere putes.
Haud etenim damnas variæ conuiuia mensæ,
Paucula quod stomacho sint minus apta tuo,
Sed tener ex facili tacitus satiaberis esca:
Cætera cum firmis nec quoq; displiceant.
Haud secus huic placidus sermo, aut narratio grata,
Acrior hic valido disputat ingenio,
Nam variant genio licet hic si vera fatemur
Leuia sint mensæ dogmata rauca scholæ,
Sed procul hinc momi, nimium rigidiq; Catões,
Mens mihi sola satis, grata, serena pia,
Octo libros, totidem missus, bellaria (mixtæ
Scilicet historiæ) sunt sequutura. Vale.

Cata-

Catalogus Authorum, quibus in Collationibus sacris vsi sumus.

Ado Viennensis Episcopus
Adrianus I. Pont. Max.
Albertus Crantius
Alexander ab Alexandro
Aloisius Cuchius
Aloisius Lipomanus
Ambrosius
Amphilochius Iconij Episco.
Annales Colonienses
Annales Io. Zonaræ
Annales Niceti Choniatis
Athanasius
Augustinus.
Bartholomæus Fayus
Beda
Bernardus
Biblia sacra
Cæsarius Heisterbachcensis
Christianus Massæus
Clemens Romanus
Conradus Lycosthenes
Concilium Nicænum II.
Constantinus Cypri Episcop.
Constant. Porphyrogen. Imp.
Constantinus Magnus Imp.
Constantinus Manasses
Cyrillus Eremita
Cyprianus
Edmerus Anglus
Euagrius
Euodius Episc.
Euseb Cæsarienſis.
Eutropius
Eutychianus.
Felicianus Capitonus
Fridericus Imper.
Fulgosius
Genesis
Georgius Trapezuntius
Gerardus Candidus
Gregorius Magnus
Gregorius Turonensis
Guilhelmus Abbas in vita S. Bernardi
Hanardus Gamerius
Helmondus
Hermius Sozomenus
D. Hieronymus
Hieronymus Emserus.
Hieronymus Bolsecus
Historia Tripartita
Historia belli Liuonici
Hugo Etherianus
Iacobus de Vitriaco
Io. Cassianus
Io. Petrarcha Hierosolymita.
Io. Vasæus Brugensis
Io. Trithemius
Io. Moscus Euiratus
Io Damascenus.
Io. Molanus
Io. Maria Potitianus
Io. Mairius
Io. Garitius
Ioan. Chrysostomus
Io Nauclerus
Io. Zonaras
Io. Bodinus

Io. Brugmannus
Io Buſæus
Io. Dantius
Iulian. Pomerius Hiſpaniæ Diaconus
Iuſtinus Imperator
Laurentius Surius
Leo Imp.
Ludouicus Granatenſ.
Marſilius Ficinus
Marcus Marulus
Matthias Bredenbachius
Michael Glycas
Nicephorus Calliſtus
Nicephorus Gregoras
Nicolaus Baſelius
Optatus Mileuitanus
Paſchāſius Corbienſis
Paulus Diacon.
Paulus Oroſius
Petrus Damianus
Petrus Caniſius
Petrus Cluniacenſis Abbas
Petrus de Palude
Plinius
Procopius de bello Gotthor.
Rodericus Archiepiſ. Toleta.
Ruffinus
Rupertus Abbas Tuitienſ.
Sigebertus
Sigonius
Seuerus Sulpitius
Simeon Metaphraſtes
Socolonius
Theodoretus
Theodorus Greſemundus
Thomas à Cantiprato
Thomas Vvaldenſis
Thomas Morus
Victor de perſecutione Vvandalica
Vvilhelmus Lindanus.

Hæ Collationes Sacræ utiliter excudentur. Iacobus Comans ab Horſt, S. Th. Doctor, Cathed. Eccleſiæ Gandenſis Scholaſt.

LIBER PRIMVS
DE VARIIS ILLVSTRIBVS MIRACVLIS, QVAE SPARSIM AB HISTORIOGRAPHIS, ALIISQVE authēticis authoribus referuntur de Ven. Sacramento SS. Eucharistiæ.

Augustinus de ciuitate Dei ad Marcellinum lib. 22. cap. 8. de prædio ab infestatione malignorum spirituum liberato per oblationem sacrificij corporis CHRISTI.

CAP. PRIMVM.

VIR tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet enim in territorio Fussalensi fundum Zubedi appellatū, vbi cū afflictione animaliū & seruorū suorū domū suam spirituum malignorū vim noxiam perpeti comperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis CHristi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio: Deo protinus miserante cessauit. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, vbi sepultus Christus die tertio

resurrexit:eamq; suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse pateretur. At vbi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret cogitabat: quā diutius in cubiculo suo reuerentiæ causa habere nolebat. Forte tunc accidit, vt ego & collega tunc meus Episcopus Synicensis Ecclesiæ Maximinus in proximo essemus:vt veniremus rogauit, & venimus. Cumque nobis omnia retulisset, etiam hoc petiuit, vt infoderetur alicubi,atque ibi orationum locus fieret:vbi etiam Christiani possent ad celebranda, quæ Dei sunt, congregari. Non restitimus: factum est. Erat ibi paralyticus rusticanus,qui hoc audito, petiuit à parentibus suis, vt illum ad eum locum sanctum non cunctanter afferrent, quò cùm fuisset allatus,orauit, atque inde continuò pedibus suis saluus abscessit.

Albertus Crantzius lib.1.cap.9. Eccles. hist. de VVedekindo Saxoniæ Duce qui sub sacrificio Missæ vidit speciem elegantis pueruli in Eucharistia:quo miraculo commotus Christianam religionem amplectitur, Mindensis Episcopatus primaiaciens fundamēta.

CAP. II.

INcesit cupido Principi Saxonum VVedekindo, lustrare regis Caroli Magni castra: quod etsi palam iam reconciliato liceret, libuit

buit tamen ignoto habitu liberius omnia scrutari. Vicina erat Paschalis solennitas, & rex cũ vniuerso milite pro Christiana pietate se tum sacris imminentibus apparabat, commemoratione Dominicæ passionis, & expiatione criminum in purgatione conscientiæ. VVedekindus mendici habitu per fluuium in naucula illabitur: & quo minus noscer etur, mẽdicus cum mendicis ad stipem sedebat. Ingens quippe paupeꝝ regionis multitudo quotidie affectabatur. Rex illis largam stipem iussit erogari. VVedekindus, vbi ad eum peruentum est, dexteram & ipse protendit. Attendit, qui distribuit incuruum in manu digitum, qualem sciebat habere VVedekindum. Vultum eius diligentius intuetur: agnoscit arridens, qui largiebatur. Quid ita mẽdicus inter mẽdicos sederet, princeps ditissimus, percontatur. Ille nihil ad hæc, sed ad regem se iubet introduci. Erat tum sanctissimus Paschæ dies. Rex hilariter excepit venientem, percontatus quid sibi vellet indignus principe habitus. Ille sub hæc: Volui serenissime Rex, hoc habitu incognitus (vt sperabam) lustrare secreta gestorũ, quæ cognitus non tam fidenter aspicerem, curiositas induxit, vt latibulum quærerem, qui inter tuos nunc in gratiã susceptus, propalam poteram percontari quæ vellem. Quid igitur, inquit Rex, vidisti, quod te vidisse delectat? Ille, vt erat adhuc rerũ Christianarum rudis subintulit: Vidi, quod mirabar, ante biduum te vultu dimisso tristem, in-

certus quid cõtigiſſet, quod tantum regem cõtriſtaret. Commemoratio fuit Dominicæ paſſionis, quæ die Paraſceues regium vultum obſcuraſſet. Rurſum, inquit, vidi hodierna die te primùm ſollicitum, & ad rem attentiſsimum: Poſteà verò menſam adieras templo mediam, ita hilari mihi conſpectus es vultu, vt repentinæ in te mutationis me caperet miraculũ. Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati ſacerdotis ſinguli pulchellum puerum in os ſuſciperent, quem quibuſdam ludibundum arridere, vltrò properare: alijs verò abhorrẽtem auertiſſe vultum, & tamẽ in ora demiſſum, nec redeuntem aſpexi. Hoc quid ſit, necdum accipio. Tum Rex: Benè, inquit, profeciſti, plus tibi aliquid, quàm cunctis ſacerdotibus, & omnibus nobis oſtenſum eſt. Inde mutata veſte, manu ſecum abſtractum, docuit grande pietatis myſterium in altaris ſacramento. Qua re cognita, exhilaratum ducem oraſſe, vt proprium illi ſacerdotem permitteret, qui diuinæ rei curam haberet, crebriuſque in conſpectu perageret altaris ſacratum miniſterium. Rex etiã Pontificem illi daturum promittit, modo illi habitationem Epiſcopo dignam prouideret. Ducem verò arcem ſuam ad VViſeram vtriuſq; capacem oſtendiſſe, deditq; in eiuſdem arcis non exiguo circo locum ædificandæ Eccleſiæ. Ferũt proinde nomen Eccleſiæ proueniſſe, quod meũ & tuum, quaſi communis duorum poſſeſsio, ſonat in lingua Saxonũ vernacula. Min Din. Erat vir

Appellatio Eccleſiæ Mindẽſis vnde habeat originẽ.

vir præcipua religione Herimbertus, qui cùm Carolum latere non posset, dignus est habitus, quem primum præficeret Ecclesiæ Mindensi Episcopum. Adiecit illi ministeriales non paucos, nec paruos: vt haberet Ecclesia defensores suos. Illi verò, quia ex imo gradu in nobilitatem excreuerat, vt partim Comites, partim Duces fierent, spreuisse matrem videntur. Ornata autem est Ecclesia iam tum ab initio multis sanctorum reliquijs, Feliciani, Fulginatis Episcopi & martyris, Theodori Episcopi, Carpophori, & Habundi martyrum. Profecit autē Ecclesia tam in spiritalibus, quàm temporalibus sub hoc Pontifice: agente nouitio feruore in populo recens conuerso. Instante nihilominus bono Pontifice, qui frugem diuini verbi curauit in populo multiplicari.

D. Gregorius Magnus hom. 37. in Euangelia & libr. 4. Dialogorum cap. 57. de quodam cuius vincula soluebantur in captiuitate, quotiens ab eius coniuge oblatæ fuissent hostiæ pro animæ eius absolutione.

CAP. III.

MVltos, vt arbitror vestrum, fratres charissimi, cōtigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando reuocare. Non longè à nostris fertur temporibus factum, quod quidam ab hostibus captus, longè

transductus est. Cumque diu teneretur in vinculis, eum vxor sua, cùm ex eadem captiuitate non reciperet, extinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius totiens vincula soluebantur in captiuitate, quotiens ab eius coniuge oblatæ fuissent hostiæ pro animæ eius absolutione. Non longo post tempore reuersus, admirans valdè suę indicauit vxori, quod diebus certis, hebdomadibus singulis, eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies, eius vxor atq; horas discutiens, tunc eum recognouit absolutũ, cùm pro eo sacrificium meminit oblatũ. Hinc ergò fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata à nobis hostia sacra, quantum in nobis soluere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero, potuit in altero soluere vincula corporis.

Venerab. Beda in historia Anglicana libr. 4. cap 22 refert exemplum memorabile per omnia simile superiori cuius etiam meminit D. Vvilhel. Lindanus lib. 4. Panopl. Euangel. ca 55.

CAP. IIII.

REfert Beda, qui ab eximia cùm fide tum probitate venerabilis cognomẽ inuenit, fratrem regis Merciorum Edifredi suorum magna cum strage fusum, inter quos & a-

do-

doleſcens nobilis Imma cecidiſſe ferebatur. Huic frater erat Germanus Iunna presbyter atque Abbas, à cuius præſtantia & Iunnaceſti oppidum nomen tenet, cui cùm de fratris internecione foret nunciatum, ille ad caſtra properans, cadauer ſepeliendum inquirit: quod vbi ſe inueniſſe crederet: (nam fraternus amor iudicij aciem nonnunquam obnubilat) domum aduehit, honorificè ſepeliens, atque pro abſolutione animæ eius ſæpius Miſſas facere curauit. Porrò ille cùm viueret, fraternæ pietatis atque ſupplicationis expers minimè exiſtit. Nam vinculis nullis, (quod vel hoſtes adeò demirabantur, vt literis ſolatorijs, quas dicunt præſtigiatores, aſſcriberent) aut ſtringi aut vinci potuit, idque maximè ſub horam tertiam, quando ex priſco illo Apoſtolorum ritu Miſſæ peragebantur. Quo miraculo hoſtes, quibus captiuus tenebatur, obſtupefacti, eum Lõdoniæ cuidam Freſoni vendiderunt, cui cùm idem quod illis acciderat, eueniret, ei facultatem ſe redimendi fecit. Ad fratrem igitur cùm redijſſet, expoſito quid incommodi, quidúe commodi per illud accidiſſet, deprehenſum eſt, illis maximè temporibus ſoluta illi fuiſſe hoſtium vincula, quibus pro eo fuerant Miſſarum celebrata ſolẽnia. Quo Chriſtianæ Miſſæ vſu teſtatur Beda, multos qui hoc ab illo ipſo Imma audierunt, qui ipſi retulêre, fide accenſos ad offerendas Domino pro ſuorum ereptione, qui de ſeculo migrarant, victimas ſacræ oblationis. Intellexerunt

enim,ait eodem cap.22.lib.4.quàm sacrificium salutare ad redemptionem valeret & animæ & corporis sempiternam,

Simeon Metaphrastes in vita S.Ioannis Elemosynarij Archiepiscopi Alexandrini,habetur apud Surium tom.1. de quodam cuius vincula soluebantur tempore,quo pro illo offerebatur sacrificium Missae.

CAP. V.

CVM lętalis morbus aliquando inuasisset ciuitatem, maximæ curæ erat Ioanni Patriarchæ Alexãdrino,accedere ad ægrotorum visitationẽ, & eorum,qui decedebãt,sepulturam. Sæpè autem etiam assidebat ijs,qui emittebant animam,& eorum oculos suis tegebat manibus. Iubebat synaxes quoque celebrare pro ijs,qui dormierant, asserens & affirmans defunctis multum prodesse, quæ pro eis fiunt, commemorationes,& sacra ministeria. Ad fidẽ autem faciendam eorum, quæ dicebantur,tale quid etiam narrabat,quod factum fuerat nõ ita multò ante. Dicebat enim, quod à Persis quidã abductus captiuus,in custodia, quæ appellatur Lethe, asseruabatur vinctus. Lex autem erat apud Persas, vt qui coniecti erant in eam custodiam,nunquam reuocarentur:& ea ratione cõsentaneũ est,eam fuisse vocatam Lethen, id est obliuionem. Illinc autem cùm quidam potuissent

sent aufugere, & in Cyprum venire, affirmarunt parentibus adolescentis, eum esse mortuum in custodia. Illi verò tres quotânis synaxes celebrabant, tanquam eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cùm filius illinc aufugiens, redit domum. Quem cùm parentes non tãquam, qui fugisset è custodia, sed tanquam qui surrexisset à mortuis, cum magno stupore aspexissent, & fuissent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant & dicebant, quæ anima, quæ talem vidisset, faceret & diceret: & quemadmodum ei tanquam iam mortuo fecerãt iusta, quæ fiunt mortuis, & cùm eum docuissent, quinam essent ij dies, nempè dies sanctorum Theophaniorum, & dies salutaris Paschæ, & dies sanctæ Pentecostes. Hæc cùm ille audiuisset, & in memoriam reuocasset, parẽtibus affirmabat, quod his ipsis diebus relaxabatur à vinculis aduentu cuiusdam, qui gestabat lampadem, & fruebatur omni securitate: diebus autem sequentibus tenebatur vinculis, sicut prius.

D. Gregorius Magnus lib. 4 Dialogorum cap. 57. De Baraca nauta per salutarem hostiam SS. Eucharistiæ à naufragio liberato.

CAP. VI.

AGAThus Panormitanus Episcopus, sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atque testantur, cùm beatæ me-

moriæ anteceſſoris mei tempore iuſſus eſſet vt Romam veniret, vim nimiæ tempeſtatis pertulit, ita vt ſe ex tanto vndarum periculo euadere poſſe diffideret. Nauta verò illius Baraca nomine, qui nunc eiuſdem Eccleſiæ clericatus officio fungitur, poſt nauem carabum regebat, ruptoque funecum eodem carabo quem regebat, inter vndarum cumulos repentè diſparuit. Nauis autem cui Epiſcopus præerat, tandem poſt multa pericula ad Vſticã inſulã fluctibus quaſſata peruenit. Cumq; die tertio Epiſcopus nautam qui ab eo abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehemẽter afflictus mortuum credidit, ſed per obſequium charitatis viuo vnũ quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti Deo pro abſolutione eius animæ offerre ſacrificium victimæ ſalutaris iubet. Quo oblato, reſtaurata naue perrexit ad Italiam. Cumque ad Romanum portum veniſſet, illic nautam reperit, quem mortuum putabat. Tũc inopinata exultatione gauiſus, & eum qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuiſſet, inquiſiuit. Qui videlicet indicauit, quoties in illius tempeſtatis fluctibus cum eodem quem regebat, fuiſſet carabo verſatus, qualiter cum illo vndis pleno natauerat: & quoties eo à ſuperiori parte deorſum verſo ipſe carinæ eius ſuperſederet, adiungẽs cum diebus ac noctibus hoc inceſſanter faceret, iãq; eius virtus funditus ex fame ſimul & labore cecidiſſet, quo eũ ordine diuina miſericordia ſer

uaue-

uauerit, indicauit. Etenim quod etiã nunc vsq; teſtatur dicens: Laborans in fluctibus atque deficiens, ſubitò mẽtis pondere ſum grauatus, ita vt neque vigilare me crederem, neque depreſſus ſummo eſſem: & ecce in eodem medio mari me poſito, quidam apparuit qui mihi panem ad refectionem detulit. Quem mox vt comedi, vires recepi, nec longè poſt nauis tranſiens affuit, quæ me ab illo vndarum periculo ſuſcepit atque ad terram deduxit. Quod ſcilicet Epiſcopus audiens requiſiuit diem, atque illum fuiſſe diẽ reperit, quo pro eo presbyter in Vſtica inſula Deo omnipotenti hoſtiam ſacræ oblationis immolauit.

D. Gregorius Magnus hom. 37. in Euangelia de Caſſio Narnienſi Epiſcopo, quotidianas Deo hoſtias offerente.

CAP. VII.

MVlti veſtrum fratres chariſsimi Caſsium Narnienſis vrbis Epiſcopum nouerunt: cui mos erat, quotidianas Deo hoſtias offerre, ita vt pene nullus dies vitæ eius abſcederet, quo non omnipotenti Deo hoſtiam placationis immolaret. Cui cum ſacrificio valdè etiam concordabat vita. Nam cuncta quę habebat in eleemoſynis tribuens, cùm ad horam offerendi ſacrificij veniſſet, velut totus in lachrymis defluens, ſemetipſum cum magna cordis

dis contritione mactabat. Cuius & vitam & exitum à quodam venerabilis vitæ Diacono, qui fuerat ab eo nutritus, referēte cognoui. Aiebat enim, quòd quadam nocte eius presbytero per visum dominus astitit, dicens: Vade, & dic Episcopo: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter: sed quia è vicino Apostolorum natalitius dies imminebat, tam propinqui exitus diem Episcopo nũciare pertimuit. Alia nocte dominus redijt, eiusque inobedientiam vehementer increpauit, atque eadem iussionis suę verba retexuit. Tunc presbyter surrexit vt pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicandæ reuelationis, & admonitionē quoque iterare iussionis obdurauit pergere, & quę viderat, manifestare neglexit. Sed quia magnã mansuetudinem contemptæ gratiæ, maior sequi solet ira vindictæ, visione tertia dominus apparēs, iam verbis addidit verbera: & tam districta cede mactatus est, vt in eo duritiam cordis emollirent vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verbere, prexit ad Episcopũ, eumque iam ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium consistentem repperit, secretum à circumstantibus petijt, seque eius pedibus statuit. Cumq; eum vbertim flentem Episcopus vix ad se leuare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit.

duit. Ille verò relaturus ordinem visionis, prius vestimento ex humeris deuoluto detexit plagas corporis, vt ita dicam, testes veritatis & culpæ, monstrauit quanta animaduersione districtionis membra illius accepta verbera, liuore inflicto sulcauerant. Quæ mox vt Episcopus vidit exhorruit, & quis sibi talia facere præsumpsisset, eum magnæ obstupefactionis vocibus inquisiuit. At ille respondit, hæc pro se ipso fuisse perpessum. Excreuit cum terrore admiratio sed nullas iam presbyter inquisitioni eius moras adijciens, secretum releuationis aperuit, eique iussionis dominicæ ea quæ audierat verba narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cessat manus tua, non cessat pes tuus, natali Apostolorum veniens ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis Episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostrauit, & qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extense orationis magnitudine, ad horam nonam vsque protelauit. Atque ex illo iam die magis magisque aucta sunt ei lucra pietatis. Factusq; est tam fortis in opere, quàm certus in munere, quippe qui eum cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione iam cœperat habere debitorem. Huic autem consuetudo fuerat, annis singulis natalitio Apostolorum die Romã venire. Iamque ex hac reuelatione suspectus, venire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore solicitus fuit, secundo quoque anno vel tertio in mortis

ſuæ expectatione ſuſpenſus, quarto quintoque & ſexto ſimiliter. Qui deſperare iam de veritate reuelationis poterat, ſi verbis fidem verbera non feciſſent. Cùm ecce annō ſeptimo vſque ad expectati natalis ſacras vigilias incolumis peruenit, ſed leuis hunc in vigilijs calor attigit, atque ipſo die natalitio filijs ſuis ſe expectantibus, miſſarum ſolennia implere ſe poſſe recuſauit. Illi verò qui de eius erant pariter egreſsione ſuſpecti, ſimul ad eum omnes venerunt, ſeſe vnanimiter aſtringentes, vt die eodē nequaquam acquieſcerent miſſarum ſolennia celebrari, niſi pro eis apud dominum idem antiſtes ſuus interceſſor accederet. Tunc ille compulſus, in epiſcopij oratorio miſſas fecit, & manu ſua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto miniſterio oblati ſacrificij peracto, ad lectulum redijt, ibique iacens, dum ſacerdotes ſuos ac miniſtros circumſtetiſſe cerneret, quaſi vale vltimum dicens, de ſeruando eos vinculo charitatis admonebat, & quanta debuiſſent concordia inter ſe vniri prædicabat. Cùm ſubitò inter ipſa ſanctæ exhortationis verba, voce terribili clamauit, dicens: Hora eſt. Moxque aſsiſtentibus ipſe ſuis manibus linteum dedit, quod ex more morientium, ſibi cōtra faciem tenderetur. Quo tenſo, ſpiritum emiſit: ſicque ſancta illa anima ad gaudia æterna perueniens, à carnis corruptione ſoluta eſt. Quem fratres chariſsimi, quem vir iſte in morte ſua imitatus eſt, niſi eum quem in vita ſua fuerat

erat cõtemplatus? Dicens enim, hora est, de corpore exijt: quia & IESVS peractis omnibus cùm dixisset, Consummatum est, inclinato capite tradidit spiritum. Quod ergo dominus ex potestate, hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidianæ hostiæ illa cum eleemosynis & lachrymis missa legatio, quantam cum rege veniente gratię pacem fecit. Sic de S. Laurẽtio, Iustiniano Patriarcha Veneto legimus, quod ex quo die factus est sacerdos, quotidie Missam celebrauerit, nisi valetudine impediretur. Dicebat enim, qui cùm posset domino suo frui, non frueretur, facilè se declarare, domini sui curam non habere. Idem feciſſe legimus S. Odilenem, teste Petro Damiano in vita eius.

Vide in vita eius cap. 9. Ianuarij die octauo.

D. Cyprianus in sermone de lapsis, de quibusdam indignè Eucharistiam sumentibus, & pœnis miraculosè illis inflictis.

CAP. VIII.

PRæsente ac teste me ipso, accipite quid euenerit. Parentes fortè fugientes, dum trepidi minus cõsulunt, sub nutricis alimento paruulã filiã reliquerunt, relictã nutrix detulit ad magistratus. Illic ei apud idolum quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per ætatem, panem mero mixtũ, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum

dum mater: sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, q̃ nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est, vt sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cùm sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu fluctuabunda iactari, velut tortore cogente: quibus poterat indicijs conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi verò solennibus adimpletis, calicem diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciẽ suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere. Os labijs obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamẽ diaconus, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguinem potus de pollutis visceribus erupit: tanta est potestas Domini, tanta maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotẽ Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantẽ, quæ ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem. At verò ea, quæ ætate prouecta, & in annis adultioribus constituta, sacrificantibus latenter obrepsit, nõ cibum sed gladium sibi sumens, & velut quædã venena læthalia intra fauces & pectus admittens angi & anima exæstuante cõcludi postmodum cœpit. Et pressuram non iam persecutionis,

nis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum dissimulatæ conscientiæ crimen, quæ fefellerat hominem, Deum sensit vltorem. Et cùm quædam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Et cùm alius, qui & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato partem cum cæteris ausus est latenter accipere, sanctũ Dei edere, & contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus inuenit, documento vnius ostensum est, Dominum recedere, cùm negatur: nec immerentibus ad salutẽ prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Quam multi quotidiè immundis spiritibus adimplentur, quàm multi vsque ad insaniam mentis excordes dementiæ furore quatiuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum, cùm per orbis multiformes ruinas tam delictorum pœna sit varia, quàm delinquentium multitudo numerosa. Vnusquisque consideret, non quid alius passus sit, sed quid pati & ipse mereatur. Nec euasisse se credat, si eum interim pœna distulerit, cùm timere plus debeat, quẽ sibi DEI iudicis censura seruauit: nec sibi quo minus agant pœnitenti, blandiantur, qui etsi nefandis sacrificijs manus non contaminauerunt, libellis tamen conscientiam polluerunt.

Ex vita S. Malachiæ per D Bernardum conscripta, de Clerico quodam qui nolens agnoscere veritatem corporis CHristi in S. Eucharistia, vindicta tandem diuina, iuxta imprecationem S. Malachiae correptus, agnouit errorem, Ecclesiæq; reconciliatus Catholicæ moritur.

CAP. IX.

FVit quidam clericus in Lesmor, probabilis, vt fertur vitæ, sed fidei non ita. Is sciolus in oculis suis, præsumpsit dicere, in Eucharistia esse tantummodo Sacramentũ, & non rem sacramenti, id est, solam sanctificationem, & non corporis veritatem. Super quo à Malachia secreto, & sæpè conuentus, sed incassum vocatus ad medium est; Seorsum tamen à laicis, vt si fieri posset, sanaretur, & non confunderetur. Itaque in conuentu clericorum data facultas homini est pro sua sententia respondendi. Cumque totis ingenij viribus, quo non mediocriter callebat, asserere & defendere conaretur errorem. Malachia contra disputante & conuincente, iudicio omnium superatus, de conuentu confusus quidem exijt, sed non correctus. Dicebat autem se nó ratione victum, sed Episcopi pressum authoritate: Et tu (inquit) O Malachia sine causa me hodiè confudisti, aduersus profectò veritatem locutus, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Malachias pro homine sic inurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timens peri-

Huiusmodi frigidis excusationibus etiam hodiè haretici veritate pressi, suos errores palliare conatur

periculum, Ecclesiam conuocat, errantem publicè arguit, publicè monet, vt resipiscat. Suadentibus hoc ipsum Episcopis, & vniuerso clero, cùm non acquiesceret, contumaci anathema dicunt, hæreticum protestantes. Nec sic euigilans. Omnes, inquit, fauetis homini potius, quàm veritati. Ego personam non accipio, vt deseram veritatem. Ad hoc verbum substomachans sanctus: Dominus, inquit, fateri te veritatem faciat, vel ex necessitate. Quo respondente, Amen, soluitur conuentus. Tali ille inustus cauterio, fugam meditatur, infamis atque inhonorus fore non sustinens. Et continuò sua tollens exibat, cùm ecce subita correptus infirmitate, sistit gradum, viribusque deficiens, eodem loco iactat, se super solum anhelus & fessus. Fortè incidens in id loci vagabundus insanus, offendit hominem: quidnam ibi agat, percontatur. Respondet graui se infirmitate teneri, & neque procedere, neque redire valentem. Et ille infirmitas ista haud alia, inquit, quàm ipsa mors est. Hoc autem non dixit à semetipso: sed pulchrè dominus per insanum corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit consilijs senatorum. Et addit, Reuertere domum: ego te iuuabo: Denique ipso duce, reuertitur in ciuitatem: redit ad cor, & ad misericordiam Domini. Eodem hora accitur Episcopus, agnoscitur veritas: abijcitur error, confessus reatum, absoluitur, petit viaticum, datur reconciliatio, & v-

Vide summã huius Sacramentarij pertinaciam.

Vindicta diuina in Sacramentariũ hæreticum.

Per hominẽ in sacrũ corripuit Deus Sacramẽtariũ, qui sanis consilijs parere noluit.

no penè momento perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis, sub omni celeritate completus est sermo Malachiæ & scripturæ pariter dicentis, quia vexatio dat intellectum auditui.

Ex libro 2. cap. 41. vitæ D. Gregorij Magni à Ioanne Diacono anno Domini 872. conscriptæ, quæ habetur in Laurentio Surio 12. Martij, de Eucharistia ob matronæ cuiusdam incredulitatem, in carnem mutata, recursuq; per orationes S. Gregorij in panem conuersa.

CAP. X.

MAtrona quædam beato Gregorio per stationes publicas Missarum solennia celebranti, solitas oblationes obtulerat. Cui post mysteria traditurus cùm diceret: Corpus Domini nostri IESV CHristi conseruet animam tuam: lasciua subrisit. Ille continuò dexteram ab eius ore conuertens, partem illam dominici corporis super altare deposuit. Expletis verò Missarum solennijs, Matronam coram populo inquisiuit, quamobrem corpus dominicum sumptura redire præsumpserit. At illa diu musitans, tandem prorupit. Quia panem, inquiens, quem proprijs manibus me feciſſe cognoueram, tu corpus dominicum perhibebas. Tunc Gregorius præ incredulitate mulieris cum tota plebe se in orationem prostrauit. Et post paululum surgens, particulam panis, quam super altare posuerat,

rat, carnem factam reperit. Quam coram cunctis incredulæ Matronæ demonstrans, ad credulitatis gratiam tam illam reuocare potuit, quàm totum populum confirmare curauit. Rursus itaque in orationem cum eisdem prostratus, carnis frustum in panis primordia reformauit.

Ex vita B. Anselmi Archiepiscopi Cantuarien sis per Edinerum Anglum eius conuictorem conscripta, habetur in Tomis Laurentij Surij Mense Aprili de quodam infirmo, qui audito sacrificio Missæ per D. Anselmum peracto, à diuturno languore sanatus est.

CAP. XI.

VNus ex principibus terræ illius, diuturna languoris molestia vexatus fuerat. Hic agnito Anselmum in Ecclesia beati Stephani Missam ex more celebraturum festinauit illò, arbitrans sibi ad recuperandam sanitatem vtile fore, si Missa tãti viri ac benedictione meruisset potiri. Fateor, vidimus hominem suorum manibus innixum, Ecclesiam introeuntem, mortuo quàm viuenti similiorem; Sedit, & finita Missa, egressus est. Nobis verò nec quis vel vnde aut cur aduenerit, scientibus atque curantibus, idem vir, euolutis paucis diebus, ad patrem venit: flexis genibus, ei pro adepta sanitate gratias agens. Ad quod cùm ille obstupesceret, indicauit ei ordinem gestæ rei, confirmans quod ab ea hora,

Nota vim Missæ audiendæ.

qua se Missæ illius præsentauit, omni doloris vexatione depulsa, sanitati restitutus sit. At ille nihil ad se hoc pertinere, sed ipsius fidei ac meritis beati martyris, ad quē diuertit, asscribendum asserens, quæ saluti animæ illius competerent, eum instruxit, & familiarem sibi effectum, correctiori vitæ, vt post multorum testimonio comperimus reddidit.

Ex vita S. Godefridi Episcopi Ambianensis, quæ habetur in Tomo Laurentij Surij 8. Nouembris, de quodam, qui prohibente Episcopo ausus fuit S. Eucharistiam percipere, ac de diuina eius vltione. Extat libr. 3. cap. 12. vitæ S. Godefridi.

CAP. XII.

ADuentante Quadragesimæ sacrosancto ieiunio plebs frequēs aduenit in ędem beati Firmini Episcopi & martyris eo die, quo cineres ex patrum pia traditione, quę hactenus obseruatur, fidelium capitibus imponuntur. Adfuit etiam beatus Godefridus, more suo nudis pedibus, & cilicio indutus: inter cætera sanctæ exhortationis verba omnibus interdixit esum carnium, donec dominicæ resurrectionis solennitas adesset. Sed id multi surda aure accepêre. Nam proximo die dominico carnibus abstinere noluerūt, dicētes Episcopū de suo corde fingere dura, proferre inaudita: se assueta nec velle, nec posse relinquere: par esse non solum vti cibis, sed etiam abuti, & suauibus ætatem ducere oblectamen-

mentis. Non id latuit Episcopum, sed tempus expectauit, quo posset oportunè mulctam irrogare. Ipso igitur Cœnæ Dominicæ die populo ad memorati martyris basilicam ad impetrandam peccatorum veniam confluente, eò venit sacerdotalibus vestimentis indutus: habet suo more concionem, inter alia commemorat Adami inobedientiam, quod dum ab esu pomi sibi temperare non vult, vniuersum genus humanum damnationi obnoxium reddiderit, & in multas coniecerit calamitates. Tum pergit exprobrare illis, quod nihil eius exemplo absterriti, noluerint obtemperare ipsi, imò CHristo per ipsum prohibenti, ne carnes ederent. An ignoratis, inquit, in Euangelio dixisse Dominum de me meique similibus: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit? Annunciaui ego vobis CHristi voluntatem & iustitiam: vos me finxisse friuola dicere non formidastis. Ergo vestra hac rebellione incidistis in pœnas contemptorum, & cum Adamo rei estis inobedientiæ. Certè meritas hodiè luetis pœnas: hæc Episcopo dicente, certatim omnes se humi prosternunt, pugnis pectora verberant, palàm fatentur culpam suam. Cum multis lachrymis petunt à Deo veniam, eamque per Episcopum impetrare admodum submissè contendunt. Ille verò ait ad eos: Dignos pœnitentiæ fructus facite, & Christum propitium vobis reddere conemini. Interim tam impuræ trâsgres- *Luc. 10.*

sionis hæc mulcta esto, vt à sacrosancta Eucharistia vsque ad secundam Paschatis feriam abstineatis, vt quod improba admisit temeritas, pia quandoque possit confessio abolere. Abeunt igitur cum multo rubore, & mœrore, atque inter se quiritantur, quod pro momentanea delectatione tam solenni die communione priuentur. Porrò Episcopus pastorali seueritate vtens, presbyteris omnibus præcepit, ne quem ex ijs, qui carnes comedissent, ad Eucharistiam sumẽdam admitterent. Volebat enim ea ratione eam insolentiam reprimere, & coërcere, ne similia quandoque attentarent. Sed ecce ipso Dominicæ resurrectionis sacro die fidelibus ad percipiendam Eucharistiam accedentibus quidam ex mundi huius sapientibus, vel potius insipientibus, cùm se reum sciret eius, quam diximus, transgressionis, nec tamen abstinere vellet à sacra communione, muliebrem habitum induit, sexumque fœmineum adeò mentitur, vt non aliud quàm fœmina videretur. Vult hominum oculos fallere, sed omnia videntis, DEI oculos fallere non potest. Vt post alijs insultare queat, quod Episcopo obtemperantes, in tanta hominum frequentia se passi sint tanquam Ethnicos arceri à communione: accedit ad altare, non dijudicans corpus Domini, nec metuens Apostoli sententiam, eum qui indignè illud manducet, iudicium sibi manducare. Per id tempus in Ecclesia, in qua isthoc accidit,

1. Cor. 11.

cidit, quæque in beati Remigij honorem conſtructa eſt, vir reuerendiſsimus Fulco ſacerdotio fungebatur. Is hominem non agnoſcens, admittit eum ad altare, porrigit ei Euchariſtiam: ſed ille diuina eum perſequente vindicta, corruit: acerrimis viſcerum doloribus cruciatur, ſpumaſque cruentas ab ore eijciens, quod indignus ſumpſerat, cum multo ſanguine, cunctis cernentibus, euomit. Accurrunt omnes, dolent vicem eius, (necdum enim aliud, quàm fœminam credebant) Fulco ſacerdos propè exanimis aduolat, ſciſcitatur vnde venerit, quæ ſit, qua cauſa tam horrendam patiatur calamitatem. Non enim fruſtrà id eſſe. Ille tandē collectis nonnihil viribus, fœmineo abiecto habitu declarat quis ſit. Nec enim dolor ſinebat eum diutius diſsimulare. Tum verò ait ad eum venerabilis presbyter Fulco: Qua tu mente aut fronte auſus es tam inauditum deſignare facinus, vt ſexu ementito, contra egregij Præſules Godefridi præceptum, tremendis te ingerere ſacramentis non dubitares? Non tu æternos gehennæ cruciatus, & flammas inextinguibiles formidare debuiſti? His atque alijs à ſacerdote dictis ille miſer ſummo pudore affectus: Heu me infœlicem, ait, qui diu inſtar equi & muli per illicita diffluens, quidquid animo collibutum eſſet, impudenter admiſi. Vnde tandem id cōſequutum eſt, quod Salomon ait: Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contem- *Prouerb. 18.*

nit. Itaque erecta ceruice spreta antistitis salutari prohibitione huc accessi. Sed tandem vexatione dãte intellectum auditui, re ipsa iam comperi facienda esse, quæ iubet Episcopus. Christus enim per eum locutus est. Hæc vt audiuit populus circumstans, valde horruit infandum scelus, laudauit Christi indicia abdita in lucem proferentis, Godefridum Episcopum mirè extulit, exactius deinde iussa eius se facturum affirmauit. Hæc quidem dicta sint in terrorem eorum, qui spiritualium patrum iussa contemnere non verentur.

Esaiæ 28.

Ex vita S. Gudvuali Archiepiscopi & Confessoris ante annos 500. conscripta, quæ habetur apud Laurẽtiũ Suriũ Tom. 3. 6. Iulij, quomodo S. Gudvualus assidue sacrificium Missæ obtulerit, et sacrificãti, angeli apparuerint. CAP. XIII.

SOlebat sanctus Gudvualus Missas assiduè celebrare: Quanta autem puritate se tanto ministerio præpararet, diuinitus reuelatum est. Ieiunijs, vigilijs, precibus præmissis, cùm sacro altari virginitatis byssо & charitatis purpura adstaret indutus, atque ad cœlestia suspensus, cœli aperti sunt, & visio mirabilis ei exhibita est. Descendunt ad eum sancti angeli, adstant consolationis gratia sacrificanti, tremendis intersunt mysterijs, vna cũ illo laudes depromunt Deo, cum ingenti reuerentia. Ille seu splendida lucis columna stat sancta sanctorum tractans, agnum Dei immo-

lans, iunguntur cœlestia terrenis, terrena cœlestibus, mortalibus immortales: pro tãta gratia, diuinitus mortalibus collata, immortales gratulantur.

Niceph. Callistus Ecclesiast. histor. lib. 17. cap. 25. de puero Iudæo, qui cum reliquias Eucharistiae percepisset, mirificè in igneo & candenti furno saluus conseruatus est.

CAP. XIIII.

ANthimo episcopali throno in vrbe Imperiali deiecto, & Mena pro ipso ab Agathone Papa electo atque consecrato, miraculum quoddam Constantinopoli, dignum quod memoretur accidit. Consuetudo à multo tempore Imperanti vrbi fuit, vt cùm plusculum de partibus immaculati diuinique corporis Domini, & Dei & seruatoris nostri IESV CHristi reliquum esset, sacerdotes pueros incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accerserent, qui ieiunij reliquias eas ederent. Quod quidem mihi quoque sæpenumero, quum puer admodum essem, & maximè prima ætate in sacris ædibus versari studio haberem, contigit. Tale quiddam sub Mena quoque Patriarcha euenit. Cum pueris ad id delectis, puer quoque viri religione Iudæi, vitro conficiendo vitam tolerantis aggregatus est. Puer is, vbi diutius vltra solitam horam moratus, domum venit, & causam tardioris reditus parentibus diligentius eum inquirẽtibus, quod scilicet cum ali-

Reliquiæ Eucharistiæ pueris, innocuis Cõstãtinopolẽ dari solitæ.

Puer Iudæus qui reliquias S. Eucharistiæ percepe-rat, mirificè in igneo et cãdẽti furno saluus conser-uatus.

alijs pueris in ęde sacra diuinas partes edisset, renunciauit. Pater re noua audita, furore percitus, fornacem vbi vitrum conformabat, succendit, & puerum arreptum, in eum prunis flamma suffocata candentem coniecit, ob factum tale iratus: quamuis filius sciens nihil admisisset. Porrò mater vbi puerum diutius non comparentem quæsiuisset, & non inuenisset, vrbē omnem circumijt, perquam acerbè plorans atque lugens: & die tertio ad officinam mariti consistens, ingenti planctu seipsam lanians, prolixiusq; ingemiscens, filium vocauit. Atque ille materna voce agnita, responsum è furno reddidit. Tum mater ostio furni fracto, cum miraculo maximo, in medijs prunis puerum stantē vidit, ita prorsus incolumem, vt ne capillum quidem flamma læserit. Et vbi causam incolumitatis quæsiuit, mulierem quandam illustrem, purpurea amictam stola, frequentius ad eum venisse, aquam sibi infudisse, & flammam ea appropinquantem extinxisse, Cibum etiam cùm esurijsset præbuisse, dixit. Hæc postquàm Iustinianus cognouit, puerum cum matre diuino regenerationis lauacro adhibuit, Deoque dicauit. Patrem autem, qui Christianorum sacra suscipere non sustinuit, veluti paricidam, in ficum arborem perinde atque in crucem egit.

Puer & mater eius Christianissimē suscipiunt.

Opta-

Optatus Mileuitanus Episcopus lib. 2 contra Donatistas, De S. Eucharistia à Donatistarum Episcopis canibus proiecta, & quomodo canes diuina vltione in rabiem acti, eosdem dominos suos laniauerunt, & de ampulla Chrismatis è fenestra proiecta, quæ ne frangeretur, angelica manu suscepta est.

CAP. XV.

INter alia nefanda Donatistarum flagitia, de subuersis altaribus, de stupratis castimonialibus, Eucharistiæ contumelia, &c. narrat D. Optatus Episcopus Mileuitanus libr. 2. de schismate Donatistarum, Vrbanum Formẽsem, & Felicem Idicrensem Donatistarum Episcopos sacrum chrisma impiè violasse in Mauritania: Et quod vobis, inquit, leue videtur, facinus immane cõmissum est, vt omnia sacrosancta supra memorati vestri Episcopi violarent. Iusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo diuini iudicij. Nam ijdẽ canes accensi rabie, ipsos dominos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos laniauerunt. Ampullam quoque chrismatis per fenestram, vt frangerent iactauerunt, & cum casu adiuuerat abiectio, nõ defuit manus angelica, quæ ampullam spiritali subuectione deduceret, proiecta casum sentire non potuit: Deo muniente illæsa inter saxa consedit.

A Canibus sunt discerpti qui Eucharistiam illis obiecerunt.

Ru-

Rupertus Tuitiensis Abbas, in libro de incendio oppidi Tuitiensis cap. 3. de sacro corporali, (cui in tremendis imperijs imponitur corpus Dominicum) flammis obiecto. in quod ignis vim suam exercere non potuit.

CAP. XVI.

DVM adhuc primas concessas sibi prędę partes festiuus ignis voraret, vlterius linguam prætędens cunctos luce maligna terreret, quidam de fratribus raptum è sacrario ferēs corporale Dominicum longo hastili supernè illigatum flammis obuius stetit, sperans quod tam sacræ supellectili cessurus foret ignis, omnisque potestas inimici: Cumque tali modo non cederet ignis, ille persistēs fide non ficta & temeritate non improbanda, ipsum hastile cum corporali medijs flammis fortiter intrusit, aliquandiu agitans quasi sæuientem confoderet ignem, donec vsque ad ipsum prorupit flamma rebellis, eumque penè afflauit. Tunc demùm absistēs, & hastile quod tenebat partim ambustum, corporale autem illæsum, mirum dictu, & incontaminatum ignibus abstrahens, quantocius absoluit, & conuolutum flammis, quo potuit altius iniecit, optans & sperans, quod ex immissione eius domino volente opprimeretur, & deficeret quasi strangulatus ignis. At ille videlicet magnus, & à Deo permissus ignis miro modo corporale integrum occulta & incognita vi de medio sui reiecit, & longius repulit in eam

villæ

villæ partem, quæ sibi concessa non fuerat, & vbi, sicut manifestum est, nociturus erat. Quē non delectet tantum vidisse vel videre miraculum. Deniq; Corporale iam dictum sic integrum & illęsum relatum est, vt tamē signum habeat non indecorum, videlicet lineam subrufam, cùm sit ipsum, vt prius erat, totum candidum. Hoc nimirum melius placet, quàm si nulla penitus incendij nota inesset, quia clarius ex hoc memoriale est, & inter omnem eiusmodi sacram supellectilē agnosci debet.

Rupertus Tuitiensis eodem libro cap. 4. de miraculosa Monasterij Tuitiensis ab eodem incendio protectione.

CAP. XVII.

CVM solutis habenis totum, vt iam supra dictum est, castellum intus & exterius possideret incendium, me procul sedente inter intactas ab igne domos, ita tamē vt spectare possem illud triste spectaculum, scilicet vndantia cacumina flammarum, stetit in editiore tecto, q̄ diceret, ardere ipsam sancti Vrbani basilicam, videlicet sitam ante valuas monasterij parochianam Ecclesiam. Actū putaui, & de liberatione ipsius monasterij penè desperaui, nisi quod in memetipso canebat spiritus meus, in ira misericordiæ memor eris. Deinde post moram non modicam cœpit illud quoque intra memetipsum canere interior homo: Benedico te pater Domini mei IESV CHristi, quia per filium tuum ignis extinctus *Abac. 3.*

ctus est à latere meo. Et ita factum erat. Venerunt quippè continuò, qui dicerent decidisse incendium, saluumque & incolume reliquisse cum claustro monasterium, tantum autem conlaterales domos siue officinas omnes cum arcis in fauillâ & cineres esse redactus. Quis hæc sperare poterat? Quis nisi Deus hoc facere potuisset, cuius auxilium multitudo populi vtriusque sexus ex vlteriore Rheni littore prospectans, suppliciter & deuotissimè inclamabat? Viderunt enim plerique illorum, & hoc publicè fatẽtur, quia viderunt virum speciosissimum super monasterij culmen læuo latere siue cubitu innixum, & subleuatum manu dextera impetum ignis abigẽtem, qui iam turrim campanariam introrsum corripuerat.

Rupertus Tuitiensis eodem in libro cap. 4. & 5. quomodo corpus CHristi vnà cum pixide lignea, in qua asseruabatur, incendio circumquaque sæuiente, intactum permanserit.

CAP. XVIII.

AVDITO hoc bono nuncio reuertebar post noctem tristem die reddito, & ecce Parochianus sacerdos Ecclesiæ, supra memoratæ nomine Stephanus diuulgabat, mihi maximè deuariare properans, dulce & iucundum miraculum, signum valde bonum, magnumque & euidens vigilantis circa nos diuinæ propiciationis iudicium. Pixidem ligneam, & in ea corpus Dominicum habuerat

secus

secus altare de more repositum, in fenestra siue absida introrsus in muro tegulis liguris compacta cum ostiolo & sera. Erant autem cùm iam dicta pixide & alia vascula ad sacrũ ministerium pertinentia, videlicet alia pixis hostias continens, non consecratas, ampulla quoque vinaria, & ipsa stannea, & vasculum thuris, & candelæ, & aliquid lini, quorum meminisse nos exigit causa tanti miraculi. Denique in illa fortitudine vehementis incẽdij, cùm non solùm ipsa basilica, verùm etiam totum castelli spacium quasi vnus esset caminus multò maior quàm ille Babylonius ignis, cuius flamma diffusa est supra fornacem quadraginta nouem cubitis, cum fragmenta quoque trabium ardẽtium decidentia, signa quoque metallica miro modo ardendo sponte cõcrepantia, & concrepando ardentia, de altitudine ardentis campanariæ turris excidissent non solùm fracta, verùm etiam penè liquefacta, & taliter prolapsa omni materia coangustatum intra muros basilicæ amplius sæuiret incendium, arsit simul & ipsa absida cum omnibus suprà dictis, quæ intus erant reposita, nimirum leuiter & citò pro magnitudine incendium sicut stipula, vel quasi exiguum fœni: sola autem pixis illa cum corpore Dominico incolumis & intacta permansit. Mox ergo vbi sacerdos iam dictus accessum habere potuit, dolens, vt fatebatur, quia cum turbaretur instante incendio, & aliqua exportaret,

vel exportari faceret, oblitus fuerat tollere corpus Dominicum, amouit quantotius congeriem lignorum, fauellarumque ardentium, & introspiciens, reperit hoc insigne miraculum. Protinus excipiens, & cunctis videntibus, qui aderant, illud fidei nostræ sacramentum demonstrans atque diuulgans, venit ad me gaudens, & suam oblitus negligentiam propter abundantiam lætitiæ, licèt non sine tristitiæ nebula, pro damno quod acciderat. Nox enim quædam adhuc toto illo die erat in cordibus nostris, & quasi graui somno pressi mentis nostræ oculi nondum valebant prospicere ortum solis, id est, claritatem diuinæ præsentiæ fulgentem circa nos, siue in medio nostrum tribus miraculis, isto prægrandi & cæteris duobus, quæ suprà narraui. Sequens erat dies Dominica, & ego circa horam fere tertiam perrexi, & multis sequentibus vel præsentibus locum intuitus sum, & opus virtutis consideraui admiratione dignum, cum quo & illud accedebat ad gaudium, quod altare considerabamus inuiolatum, cum cohærentes altari lapides magni, qui coram strati iacebant, fracti & in frusta diuisi essent magnis molibus fragmentorum, id est trabium ab incendio fractarum, & ardendo cadentium.

Eusebius Cæsarienſ. Eccleſ. hiſt. libr. 6. cap. 34.

De Serapione, qui non potuit mori niſi perceptа Euchariſtia.

CAP. XIX.

Dio-

Dionysius ad Fabianum scribens, intexuit quandam historiam, dignam memoria, dicens, Serapionem quédam fuisse apud Alexādriam. Vnum ex his qui lapsi sunt, eundemque sæpè deprecatum, vt susciperetur, nec tamen impetrasse. Oppressum deinde hunc ægritudine, ita vt triduo iam sine voce prorsus iaceret: paululum verò quarta die respirantem, vocasse ad se filiam suam, & dixisse: Quousque me detinetis? Quæso vos, citò aliquis presbyterum roget, vt possim aliquando dimitti. Et cùm hæc dixisset, rursum sine voce permansit. Abijt cursu puer ad presbyterum noctis tempore: infirmabatur presbyter, venire non potuit: tamen quia præceptum fuerat à me, vt lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maximè his, quos prius id rogasse constaret, parum Eucharistiæ puero, qui ad se venerat, dedit, quod infusum iussit seni pręberi. Regrediente adhuc puero, antequàm regrederetur domum, rursum Serapion respiciens: Redisti, inquit, fili? Et, licèt presbyter venire non potuit, tu tamen imple, quod tibi præceptum est, vt possim discedere. Cumque esset completa solennitas. velut catenis quibusdam, vinculisque diruptis, lętiorem iam spiritum reddit. Ex quo, inquit, cōstat certissimè, huius boni auxilio nullum debere fraudari.

D. Ambrosius in oratione funebri 1. de obitu Satyri fratris sui. Satyrus Ambrosij frater Eucharistiam collo appensam habens, in naufragio incolumis seruatur.

CAP. XX.

QVid igitur obseruantiam eius erga Dei cultum prædicem. Qui priusquàm perfectioribus esset initiatus mysterijs, in naufragio constitutus, cùm ea, qua veheretur, nauis scopuloso illisa vado, & vrgẽtibus hinc inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysterij exiret è vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium sacramentum popoſcit: non vt curiosos oculos insereret arcanis, sed vt fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit collo, atq; ita se deiecit in mare, non requirens de nauis compage resoluta tabulam, cui supernatans iuuaretur, quoniam fidei solius arma quæsierat. Itaque his se tectum atque munitum satis credens, alia auxilia non desiderauit. Simul fortitudinem eius spectare licet, qui fatiscente remigio non quasi naufragus tabulam sumpserit, sed quasi fortis ex seipso adminiculum suæ virtutis assumpserit. Nec deseruit spes, nec fefellit opinio. Denique primus seruatus ex vndis, & in portum terrenæ stationis euectus, præsulem suum, cui se crediderat recognouit, statimque vbi etiam cæteros seruulos suos, vel ipse liberauit, vel liberatos cõperit, neg-

negligens facultatem, nec amissa desiderans Dei Ecclesiam requisiuit, vt ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret, pronuncians, nullum referendæ gratiæ maius esse officium.

Ex vitis sanctorum Patrum, contigit autem circa annum Domini 392. & citatur à Ioanne Gaetio in consensu vniuersalis Ecclesiæ de veritate corporis Christi in Eucharistia Centenario 4. De Eucharistia in puerulum mutata, itemque in carnem sanguine cruentatam, propter quendam incredulum.

CAP. XXI.

DIxit Arsemias de quodam sene in Sciti, qui erat magnus in hac vita, simplex autem in fide, & errabat, quia idiota erat, & dicebat non esse naturaliter corpus Christi panem consecratum, quem sumimus, sed figuram eius. Hoc audientes duo senes, illum dicere hunc sermonem, & scientes quia magna esset vita eius & cõuersatio, cogitauerunt, quod innocenter & simpliciter hoc diceret, venerunt ad illum & dicunt ei: Audiuimus Abba sermonem cuiusdam infidelis, qui dicit: quia panis, quem in sacra communione sumimus, non est naturaliter corpus CHristi secundum veritatem, sed figura eius. Senex autem respondit eis. Ego sum, qui illud dixi. Illi autem rogabant eum, dicentes: Non sic credas Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradit. Nos

Lib. de prouidentia 2. contemplatione.

Huius miraculi meminit Guimundus libr. 3. de Eucharistia.

autem credimus, quia panis ipse corpus Christi est, calix ipse sanguis Christi secundum veritatem, & non secundum figuram: sed sicut in principio puluerem de terra accipiēs plasmauit hominem ad imaginem suam, & nemo potest dicere, quia non erat imago Dei, quamuis de terra & puluere sit: ita & panis, quem dixit, quia corpus meum est, credimus quia secundum veritatem corpus CHristi est. Senex autem ait eis: Nisi re ipsa cognouero, non mihi satisfacit ratio vestra. Illi verò ei dixerunt, Deprecemur Deum hebdomada hac de mysterio hoc, & credimus, quia Deus reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonem istum: & deprecabatur Deum dicens: Domine tu nosti, quia non ex malitia incredulus sum rei huius, sed quod per ignorantiam errem. Reuela ergo mihi Domine IESV CHriste quod verum est. Sed & illi abeuntes in cellas suas rogabant & ipsi Deum, dicentes: Domine IESV CHriste, reuela seni isti mysterium hoc, vt credat, & non perdat laborem suum. Exaudiuit Dominus vtrosque, & hebdomada completa, venerunt Dominico die in Ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedile stirpeum, quod in modum fascis erat ligatum, medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt intellectuales eorum oculi, & quando positi sunt panes in altari, videbatur tribus illis tantummodo tanquam puerulus iacens

cens super altare, & cùm extendisset presbyter manus, vt frangeret panem, descendit angelus de cœlo, habens cultrum in manu, & sacrificauit puerulum illum, sanguinem verò eius excipiebat calice. Cùm autem frangeret presbyter in parua frusta panem, etiam angelus incidebat membra illius pueri in modicas partes. Cùm verò accessisset senex vt acciperet sanctam communionem, data est ipsi soli caro sanguine cruentata. Quod cùm vidisset pertimuit, & clamauit dicens: Credo Domine, quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum est: & calix sanguis tuus est. Et statim facta est illa caro in manu eius panis secundum mysterium, & ore sumpsit illum agentes gratias Deo. Dixerunt autem ei senes illi, DEVS nouit humanam naturam, quod non potest vesci carnibus humanis, & propterea transformauit corpus suum in panem, & sanguinem in vinum.

Incredulo vertitur Eucharistia in carnē sanguine cruentatā.

Cur caro Christi in sacramento specie panis obtegatur.

D. Ioannes Chrysostomus lib: 6. de Sacerdotio. Quomodo tempore sacrificij Missæ locus altari vicinus Angelorum choris plenus sit, atq; huiusmodi angelorum multitudinem à quodam conspectam esse.

CAP. XXII.

CVM autem (Sacerdos) Spiritum sanctū inuocauerit, sacrificiumque horrore ac reuerentia plenissimum perfecerit, cōmuni omnium Domino manibus assiduè pertractato, quæro ex te, quoto illum in ordine

Missa sacrificium horrore & reuerētia plenissimū.

collocabimus? quantam autem ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? considera enim quales manus illa administrantes esse oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat, qua denique re non puriorem sanctioremque esse conueniat animam, quæ tantum illum, tanquam dignum spiritum receperit. Per id tempus & angeli sacerdoti assident, & cœlestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, angelorum choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto sacrificio, quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cùm diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum mysteria multa fuissent diuinitus detecta, sibi narrasse, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus derepente angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum altare ipsum circunda tium: denique sic capite inclinatorum, vt si qui milites præsente rege stantes videat.

D Ioannes Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio, quiex hac vita emigraturi pura conscientia Eucharistiam participant, ab angelis deducuntur, propter reuerentiam tanti sacramenti.

CAP. XXIII.

Alius

ALIVS quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus, qui id & vidisset ipse, & audijsset, quod qui de hac vita emigraturi sunt, si mysteriorum huiusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes, spiritum efflaturi, ab angelis illorum animas satellitum more stipantibus, propter assumptum illud sacrum, hinc recta in cœlum abducuntur.

Ex Hermio Sozomeno lib. 8 Ecclesiasticæ historiæ cap. 5. contigit autem circa annum Domini 412. De muliere quæ in sumenda Eucharistia virum fallere volens. panem vulgarem loco Eucharistiæ ex composito sumens, eundem in lapidem conuersum persensit.

CAP. XXIIII.

VIR quidam è Macedoniana hæresi vxorem eiusdem opinionis habebat. Hic cum Ioannem Chrysostomum, quomodo de Deo sentiendum esset docentem audisset, dogma illius laudabat, & vxorem quoque vt secum sentiret, hortabatur. Cùm verò illa magis nobilium mulierũ sermonibus, quàm illius consuetudini obtemperaret, & post frequentes admonitiones vir illius nihil effecisset: nisi inquit, in diuinis consors fueris, neque in vitæ communione post hac eris. Mulier hoc audito, & consensum pollicita, rem eam famulæ cuidam communicat, quam sibi fidam esse indicabat, illiusque opera ad fallendum

virum vtitur. Circa tempus autem mysteriorum (sciunt initiati quid sit, quod dico) illa quod accepit continens, quasi oratura procumbit: famula astans clanculum illi dat panem, quem secum in manu attulerat. Hic cum dentibus admoueretur, in lapidem congelascit. Mulier perterrefacta metuens ne quid sibi mali propter eam rem, quæ diuinitus acciderat, contingeret, ad Episcopum cursu contendit, ac seipsam prodens lapidem ostendit, adhuc morsi vestigia habentem, & materiam incognitam, coloremque admirabilem ostendentem, simulque veniam cum lachrymis petens, viro suo cõsensuram se pollicetur. Quod si hoc cuipiam incredibile videtur, lapis ille testis est, qui etiamnum inter clinodia Ecclesiæ Constantinopolitanæ asseruatur.

Ex vita S. Euthymij Abbatis authore Cyrillo Eremita, quæ habetur in Tomo Surij 20. Ianuarij. Contigit autem ante annum Domini 503. S. Euthymium sacrificantem lux immensa complectitur, cum astante sibi Domitiano & quomodo Euthymius angelos secum sacrificio ministrantes viderit.

CAP. XXV.

EX hominibus quidem excesit Theodosius, à Ruba verò ad Lauram redit magnus Euthymius, & aliquando quidem vno sabbatorum, ille quidem Deo ministrabat, & ei incruentum obtulit sacrificium. Domitianus autem astabat ad dexteram cum mystico

Missa incruẽ. sacrificiũ.

stico illo ventilabro, cùm iam esset ter sancti glorificatio. Terebonque Saracenus, & Chrysippi frater Gabrielius, alter quidem prope, alter verò stans intra aram, ô magnam Christe tuam in Enthymium gratiam, vident ignem veluti in quodam diffusum linteo desuper descendentem, quin etiam ipsum Enthymium & cum eo Domitianum intus complexum sic circa ipsos permansisse ab initio, ter sancti vsque ad completum ministerium. Terebon autem metu correptus & exterritus ab ara recessit: & non amplius audacter & temere ingressus est adita, sed in templi constitit vestibulo, cum magna in synaxim reuerentia, vt mihi posteà narrauit Cyriacus anachoreta, qui hæc audierat à Terebone & Gabrielio, qui viderant. Aiunt verò eum quoque aliquando dixisse quibusdam fratribus, qui cum eo seorsum versabantur, quod sæpè videret terribilem angelorum visionem vna secum Deo ministrantem, & sacra contrectantem, & quod in Dominici corporis sumptione aliquos quidem ex ijs qui accedebant videret illuminari: aliquos autem veluti obscurari, & morte affici, quicunque scilicet erant indigni ea luce.

Nota visione

S. Enthymius sæpè videt angelos secũ sacrificio ministrantes.

D. Gregorius Magnus libr. 3. Dialogorum ca. 3. Agapetus Pontifex Romanus mutũ & claudum peractis Missarum solennijs, à terra erigit eidemq́, post porrectum corpus Dominicum, vsum linguæ restituit.

CA-

CAP. XXVI.

POST non multum temporis exigente causa Gothorum vir quoque beatissimus Agapetus huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex: cui Deo dispensante deseruio, ad Iustinianum Principem accessit. Cui adhuc proficienti quadam die in Græciarum iam partibus, curandus oblatus est mutus & claudus: qui neque vlla verba edere, neque ex terra vnquam surgere valebat. Cumque hunc propinqui eius flentes obtulissent: vir Domini sollicitè requisiuit, an curationis illius haberent fidem. Cui dum in virtute Dei ex authoritate Petri fixam salutis illius spem habere se dicerent: protinus vir orationi incubuit, & Missarum solennia exorsus, sacrificium in conspectu Dei omnipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiens, claudi manum tenuit, atque assistente & aspiciente populo, eum mox à terra in proprijs gressibus erexit. Cumque ei Dominicum corpus in os mitteret: illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. Mirati omnes, flere præ gaudio cœperunt: eorumque mentes illicò metus & reuerentia inuasit.

Paschasius Corbiensis lib. de corpore & sanguine Domini in Eucharistia cap. 40 & sequentibus. Plegilus presbyter inter Missarum solennia videt Christum in forma pueri in Eucharistia.

CAP. XXVII.

Nemo

NEmo qui sanctorum vitas & exempla legerit potest ignorare, quod sæpè hæc mystica corporis & sanguinis sacramenta, aut propter dubios, aut certè propter ardentius amantes CHristum visibili specie in agni forma, aut in carnis & sanguinis colore monstrata sint, quatenus de se CHristus clementer adhuc non credentibus fidem faceret: ita vt dum oblata frangitur vel offertur hostia, videretur agnus in manibus, & cruor in calice, quasi ex immolatione profluere, vt quod latebat in mysterio, patesceret adhuc dubitantibus in miraculo. Fecit enim hoc pietas diuina quibusdam iam credentibus, & tamen adhuc dubitantibus, vt & ipsi quoque fiduciam de veritate perciperent, & alij de miraculo ad fidem solidarentur, & de CHristi gratia eandem fidem vbiuis participarent. Sed quia duri corde sumus, voluit diuina mansuetudo in quibusdam omnibus satisfacere, vt vlterius de his iam nemo dubitet. Quod autem dixi sæpè quibusque ardentius Christum amantibus hęc præmonstrata fuisse, vnum è pluribus pandam. Nam quidam presbyter fuit religiosus valdè Pegilus nomine, frequenter Missarum solennia celebrans ad corpus sancti Nini Episcopi & Confessoris, qui cùm digno moderamine sanctam CHristo propitio duceret vitam, cœpit omnipotentem Deum pijs pulsare precibus, vt sibi monstraret naturam corporis Christi atque sanguinis. Itaque non ex infidelitate,

Cur miracula circà S. Eucharistiam à Deo ostensa sint.

litate, vt assolet, sed ex pietate mentis ista petiuit: fuerat enim à puero diuinis legibus imbutus, & propter amorem superni regis olim patriæ fines, & dulcia liquerat arua, vt Christi mysteria exul sedulò disceret. Idcircò eius amore magis succensus, quotidie precioſa munera offerens, poscebat sibi præmonstrari, quæ foret species latitans sub forma panis & vini. Non quia de corpore CHRISTI dubius esset, sed quia vel sic CHRISTVM cernere vellet, quem nemo mortalium iam super astra leuatum in terris conspicere potest. Venerat ergo dies, & idem celebrans piè solennia Missarum more solito procubuit genibus. Te deprecor, inquit, omnipotens, pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam corporis CHristi, vt mihi liceat eum prospicere corporeo visu, & formam pueri, quem olim sinus matris tulit vagientem, nunc manibus contrectare. Qui dum talia precaretur, Angelus de cœlo veniens affatur: Surge, inquit, properè, & si CHRISTVM videre placet, adest præsens corporeo vestitus amictu, quẽ sacra puerpera gesit. Tum venerabilis presbyter pauidus, ab imo vultũ erigens, vidit sup aram patris filium puerum, quem Simeon infantem portare suis vlnis promeruerat. Cui angelus, inquit, quia CHRISTVM videre placuit, quem prius sub specie panis verbis mysticis sacrare solebas, nunc oculis in specie & manibus attrecta. Tum sacerdos cœlesti munere

fre-

fretus, quod dictu mirum est, vlnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium CHristi pectori iunxit. Deinde profusus in amplexum dat oscula Deo, & suis labijs pressit pia labia Christi. Quibus ita exactis preclara filij Dei membra restituit in verticem altaris, & repleuit cœlesti pabulo CHristi mensam. Tunc rursus humo prostratus, deprecatus est Deum, vt dignaretur ipse iterum verti in pristinam speciem. Qui expleta oratione surgens à terra, inuenit corpus CHristi in formam remeasse priorem, vti deprecatus fuerat. Et ô mira omnipotentis dispensatio, qui ob vnius desiderium ita se prębere dignatus est visibilem, non in figura agni, vt alijs quibusdam sub hoc mysterio, sed in forma pueri, quatenus vt veritas patesceret in ostenso, & sacerdotis desiderium impleretur ex miraculo, nostraque fides firmaretur ex relatu. Veruntamen non prius idem communicasse pueri corpus & sanguinem legimus, quàm rediret in prioris formæ speciem, ne absurdum videretur, quod præsumpserat, & fides vberius requiratur interius in eodem, quod exterius visu conspexerat.

Ex lib. 2. cap. 3. vitæ S. Bernardi per Abbatem Guilhelmum conscriptæ. Mulier dæmoniaca liberatur per D. Bernardum, qui sacram patenam, cui corpus Dominicum imposuerat, obsessæ capiti superimponens, per terribilẽ creatoris præsentiã dæmonẽ migrare compellit.

CA-

CAP. XXVIII.

INter eos qui vexabantur mulier grandæua, ciuis Mediolanenſis, & honorata quendam matrona vſque ad Eccleſiam beati Ambroſij poſt B. virum à multis tracta eſt. In cuius pectore pluribus annis diabolus ſederat, & iam ita ſuffocauerat eam, vt viſu & auditu & verbo priuata, frendens dentibus, & linguam in modum promuſcidis elephantinæ protendés, monſtrum non fœmina videretur. Sordida ei facies, vultus terribilis, flatus fœtidus, inhabitatoris ſathanæ colluuia teſtabantur. Hanc cùm aſpexiſſet vir Dei, nouit inhærentem ei, & inuiſcatum diabolum, nec facile egreſſum de domo, quam tanto poſſederat tempore. Conuerſus ad populum (cuius innumera aderat multitudo) orare iubet attentius, & clericis & monachis ſecum iuxta altare aſsiſtentibus, mulierem ibidem iubet conſtitui & teneri. Illa verò reluctans, & vi diabolica non naturali virtute recalcitrans, nõ ſine aliorum iniuria, ipſum Abbatem pede percuſsit. Quẽ diaboli auſum manſuetè ille contempſit, ad expulſionem non indignatione iræ, ſed pacifica & humili ſupplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hoſtiæ ſalutaris accedit. Quoties tamen eandem hoſtiam ſacram ſignat, toties ad mulierem quoque conuerſus, eodem ſigno crucis edito ſpiritum nequam athleta fortis impugnat. Nam vt ille malignus quoties aduerſus eum ſignum crucis

cis intenditur, percussum se indicans acrius sæuit, & recalcitrans contra stimulum quidnã toleret, prodit inuitus. Expleta autem oratione Dominica, efficatius hostem aggreditur vir beatus. Patenę siquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, & mulieris capiti superimponens, talia loquebatur: Adest ille quĩ pro nostra salute passurus: nunc, inquit, princeps huius mundi eijcietur foras. Hoc illud corpus, quod de corpore virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, qđ videntibus discipulis ascendit in cœlum. In huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi spiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps non præsumas. Cumque eam inuitus deferens, & manere vltra non valens atrocius afflictaret, tam magnam iram quàm modicum tempus habens, rediens pater sanctus ad altare, fractionem hostiæ salutaris ritè compleuit, diffundendamque in populum pacem ministro dedit, & confestim pax & salus integra reddita est mulieri. Sic ille nequam diuina mysteria quantæ sint efficientiæ & virtutis, non confessione, sed fuga coactus ostendit. Fugato diabolo mulier, quã in tantorum sartagine tormentorum carnifex pestilens tanto tempore frixerat, mentis suæ compos effecta, redditis sensibus & ratione, reuoluta intra fauces lingua Deum confessa, gratias egit, & intuita curato-

rem ſuum pedibus eius aduoluta eſt. Ingen
per Eccleſiam attollitur clamor, omnis ętas i
bilat Deo, perſonant æramenta, benedicitu
ab omnibus Deus, excedit veneratio modum
& ſeruum Dei ſupra hominem (ſi dici fas eſt
liquefacta charitate ciuitas veneratur.

*Thomas à Cantiprato lib. de apibus cap. 63. qu
vixit anno 1267. De S. Euchriſtia, quæ ætc
ra ſuapte virtute ſublimata per aera fere
batur in altare, ibidemq; in ſpecie venu
ſtiſſimi pueri apparuit ac deinde in faciem
CHriſti ſpineam habentis coronam, & cru
entatam transformata eſt.*

CAP. XXIX.

OPpidum Duacēſe amplum & magnum
eſt inter Cameracum & Atrebatum n
biliſsimas ciuitates. Hic in Eccleſia C
nonicorum ſanĉti Amati Epiſcopi cum face
dos in Paſcha communicato populo corpu
CHriſti ſuper terram ſtupidus inueniſſet, &
genibus flexis eleuare tentaſſet, mox per ſe i
aēra ſublimatum, panniculo, quo conſecrat
digitos ſacerdos detergere ſolet, inhæſit. Cl
mans igitur ſacerdos, canonicos vocat, accu
runt illi, ſpectant in panno corpus viuificum
in ſpecie faciei venuſtiſsimi pueri, & mo
conuocato populo ad ſpectaculum, præſenta
tur, & indifferenter nulli tanta cœlitus viſio
denegatur. Hæc cùm audiſſem, fama vulgante,
veni in oppidum, quod prædixi, acceſsi ad D
canum Eccleſiæ, cui optimè notus eram, peti
videre

videre miraculum: annuit ille, præcepit vt fieret, aperta est theca, concurrit populus, moxque vbi pixis reuoluitur, clamant omnes: ecce iam video, ecce conspicio Saluatorem. Stabam ego attonitus, nihil videns, nisi tantum speciem panis albissimi, nihil quidē mihi cōscius, quare corpus sacrosanctum in specie pueri cum cæteris non viderem. Nec diu cùm ista mecum voluerem, ecce vidi faciem in mēsuram ætatis plenitudinis CHristi, spineam habentem coronam in capite, & duas guttas sanguinis de fronte ex vtraque parte nasi descendentes.

Thomas VValdensis lib. contra Ioannem VViclephum. Contigit circà annum 1384 de quodam sartore qui nolens reuerentiam exhibere S. Eucharistiæ ait araneam reuerentia digniorem, moxq́, de alto culmine tecti, ingens & horrida visu aranea ad os blasphemi directo filo peruenit.

CAP. XXX.

HIstoriam refero, quam ego præsens vidi oculis carnis meæ, in cathedrali Ecclesia sancti Pauli Londini, vbi Venerandus Cantuariensis Antistes fœlicis recordationis Thomas Arundelius, filius & frater comitum, pro loco iudicij (assistentibus sibi Noruicensis Eccleſiæ tunc Præsule Alexandro & alijs) residens Episcopali sede, verba quædam, & interrogationes proponebat de fide Eucharistiæ, ad quendam sartorem de parti-

bus Vuigorniæ deprehensum in hæresi. Cumque flecti omninò non posset, nec aliud quàm benedictum panem sacratissimam hostiam volebat appellare vel credere, tandem iussus facere reuerentiam hostiç, respondit blasphemus. Verè, inquit, dignior est aranea, reuerentia. At ilicò de alto culmine tecti descendens ingens & horrida visu aranea, ad os blasphemi directo filo peruenit. Et dum sartor loqueretur, vt intraret per polluta labia aranea, sollicitè laborabat. Astitit illustris princeps Thomas Exonienſis dux, tunc regni Cancellarius, & vidit prodigium. At prædictus Archiepiscopus statim surgens cum alijs exponit omni illic collecto populo, quid vltrix manus Domini faceret in blasphemum. Nec mora, qui preciosissimæ carni agni præelegit araneam peccatricem carnem suam flammis deuorandam amisit: vt esset fauilla peior aranea. Ecce doctrinam fœdam & amaram errantium, qui sacramentum optimum sic in figuram attenuant, vt idolum faciant.

Nicolaus Baselius & Laurentius Surius in additione ad Chronica Ioannis Nauclerii. Quomodo sacrilegus quidã Paulus Form Ciborium cum S. Eucharistia Iudæo cuidam vendidit, qui cum pugione eam pungeret, tandem sanguinis guttæ ex ea emanarunt, pluraq; alia stupenda circa eandem S. Eucharistiam contigerunt.

CAP. XXXI.

Anno

ANNO 1510. die Februarij intempestæ noctis hora circiter vigiliam noctis secundam, homo quidam sacrilegus nomine Paulus Form patria Pomeranus, Ecclesiam furtiuè intrauit, atque ciborum perfringens capsellam, in qua venerabile Sacramentum Eucharistiæ reconditum seruabatur deauratum cum hostijs & particulis duabus consecratis furatus est. Sequenti autem die furti precium existimans, monstratile cum particula vna Iudæo cuidam emendũ obtulit. Nam antea particulam alteram indignus furcifer deglutiuerat, Iudæus verò capsulam, siue mõstratile considerans, maius, ait, & multò esset carius, quòd his inclusum fuit vasculis, quod si portasses digno precio redemissem. At sacrilegus ille excœcatus malitia de sinu alteram extrahens hostiam, Iudæo appretiandam tradidit. Verum Iudæus appenso vili pretio nouem grosis, quorum duo & triginta florenum Rhenensem faciunt, Domini & saluatoris nostri corpus sub sacramentalibus speciebus velatum ab iniquo venditore emit. Vtcunque actum sit, mordet reum scelus cõmissum, timetque semper sęua & perturbata conscientia, fugit mercator iniquissimus ad Vuendos, vbi fama peruolante factum innotuit. Reuersus tandem ad propria, sacrilegus captus, atq; in tortura positus crimen confitetur, ac rei gestæ ordinem recitat. Iudæus verò, qui Dominicum corpus emerat, ad nudam superpositum

tum mensam, pugione sæpius vibrato transforare tentabat, sed Deo volēte inter tot punctiones hostia permansit integra. Quod videns malitia excœcatus Iudæus, in furiam actus dixit, Si es Christianorum Deus, manifesta te in nomine mille dæmoniorum. Quo dicto citius in tres sciſſa partes particula sanguineo per circumferentiam immaduit rubore. Territus Iudæus, particulas panno inuolutas mensem vnum apud se retinet, & deinde duobus alijs Brandeburgi & Stendelij morantibus singulas particulas mittit, tertia sibi reseruata, qui rursum mensæ impositam pugione conficit, vnde sanguinis guttulæ dimanarunt. Conseruatus ille, & veritus se proditum iri, particulam absumere nititur, sed non valet: dein mittit in aquam, at illa enatat: tertio in ignem proijcit, sed nihil id hostiæ nocet. Ad extremum sub Paschatis solennitatem azymos coxit panes, particulamque massulæ azymi panis immixta in furnum iactauit, moxque furnus alioqui obscurus resplenduit, & massula illa in Iudæi faciem insiliuit.

Nouo ille terrore correptus, massulam illam cum particula alteri cuidam Iudæo transmisit. Iam res erat prolata in publicum, & Marchio Iudæos omnes in ipsius ditione morantes Berlinum acciri, & in vinculis teneri iussit. Habita autem ex illis quæstione, præter alia flagitia, non parum multa, fassi sunt se intra paucos admodum annos septem Christianorum

norum infantes acubus & punctionibus peremisse. Igitur lata in illos sententia 40. flammis traditi sunt. Tres alij Iudæi baptisma perceperunt quidem, sed postera die duo capite plexi sunt: tertius, pluribus pro eo rogantibus, vita donatus. D. Francisci institutum Berlini complexus est. Porrò ter execrandus ille sacræ hostiæ proditor Paulus Form, candentibus discerptus ferris, in cinerem tãdem voracibus flammis redactus est. Denique Iudæi omnes è tota Marchionis ditione ita proscripti sunt & extrusi, vt sub pœna capitis omni eis reditu interdum sit.

Iacobus de Vitriaco Episcopus Aconensis & Cardinalis libr. 2. cap 4 vitæ S. Mariæ de Oegnies. quomodo S. Maria de Oegnies in sacramentis Baptismi, S Eucharistiæ & extremæ vnctionis multa admiranda viderit.

CAP. XXXII.

CVM esset aliquando in pago Nitrensi prope Niuellam, & ipsa præsente puer quidam ad ostium Ecclesiæ catechizaretur, vidit impurum dæmonem à paruulo illo cum magna ignominia recedentem: eundemque è sacro fonte leuans apertis oculis vidit Spiritum sanctum in animam eius descendentem, angelorumque beatorum circa illum iam renatum frequentiam. Sæpius autem sacerdote sacram hostiam eleuante, inter manus eius vidit elegantissimi pueri speciem, & cœlestium spirituũ exercitũ cũ multo lumine

descendentem. Cùm autem post confectionem sacramenta sacerdos perciperet, videbat in spiritu Dominum in anima illius permanere, eamque mirabili splendore illustrare: vel si indignè sumeret, Dominum cum magna indignatione recedere. Porrò autem etiam tunc, quando in templo non erat, sed in cellula, opertis ex more oculis velamine candido, orabat, Christo ad prolationem sacrorum verborum in altare descendente, illa mirabiliter mutata, sentiebat aduentum eius. Denique quando vnctionis extremæ sacramentum ipsa præsente ægroti percipiebant, illa CHristum cum sanctorum multitudine adesse sentiebat, ægrotumque illum misericorditer corroborantem, dæmones expellentem, animam purgantem, seque, dum membra eius vngerentur, quasi in lumine per totum corpus eius diffundentem.

Ex lib 2 cap. 6, vitæ S. Bernardi de Aquitaniæ Duce, qui schismatis author à D. Bernardo rogatus & monitus, nec acquiescens, tandem à D. Bernardo peracta sacrificij consecratione, in præsentia S. Eucharistiæ acrioribus verbis & comminationibus compellatus, epilepsia diuinitus corripitur, & mox acquiescens sibi restituitur.

CAP. XXXIII.

AQuitanię Dux schismatis erat defensor & author, adeò vt quicunque susceptioni Petri Leonis non subscribebant, per-

perſecutionibus expoſiti, alij damnis, alij proſcriptionibus mulctarentur, alij è ſedibus proprijs pulſi, exulare compellerentur. Huius Ducis aſſenſu quidam Gerardus Burdegalenſem occupat archiepiſcopatum, & ſimul Engoliſmenſem detinet Eccleſiam. Mittit igitur Innocentius Papa Abbatem Clareuallenſem, & Ioſſenum Epiſcopum Sueſsionenſem, vt tam ipſum Gerardum, quam prædictum Ducem conuenirent. At ille iam eodem principe perſuaſo impudenter in Eccleſiam Catholicam, à qua ſe præcidebat, conuicia iaculari, & pollicitam prius Innocentio ſubterfugere obedientiam: Anacletum ſuum electum dignius, & quicunque non obedirent, erroneos & acophalos prædicare. Vnde factum eſt, vt animati & armati in inſaniam clerici, publicè ex ea die perſecutionem Catholicis intentarent. Prius tamen, quàm ſic eorum propalata fuiſſet, & obfirmata perfidia, obtulerat Abbas ſanctus in eorum Eccleſia ſacrificium DEO. Poſt cuius diſceſſum decanus eiuſdem Eccleſiæ altare, in quo diuina myſteria celebrarat, impiè quidem, ſed non impunè confregit. Siquidem poſt breue tempus percuſſus à DEO, cùm animam exhalaret, domum in qua moriebatur plenam vidit dæmonibus, & ſe dæmonio iugulari clamitans, cultellum à circumſtantibus poſtulabat, quem immergeret gutturi, vt extracto dæmone viueret. Sed diabolus, cui datus erat, eum inter hæc verba extin-

xit, & pestilentem animam in infernum demersit. Archipresbyter quoq;, qui Petri inuasoris Pictauensis Ecclesiæ synodum denunciabat, coram ipsis, quos ad conuentum perfidiæ inuitabat, à diabolo correptus est. Sed & in alios multos, qui in schismate feruentiores extiterant, manus diuina manifestum exercuerat vltionem. Propter hæc & alia huiusmodi ante homines confundi cœperat Gerhardus, & timens opponi sibi, quæ negari non poterant, conuentus publicos euadebat. Significatum est interim comiti per viros illustres, qui ad eum securius audebant accedere, quod Abbas Clareuallensis, & Episcopus Carnotensis, alijque Episcopi & religiosi viri colloquium eius expeterent, quorum erat studium, vt secum de pace Ecclesiæ, & de malo remouendo tractarent. Persuasumque est illi, ne tantorum virorum deuitaret colloquium, quia poterat fieri, vt communicato cum eis consilio, & facile esset, quod modo putabatur difficile, & quod videbatur impossibile, repentino prouentu possibile redderetur. Itaque apud Partinacum hinc & inde conueniunt, & in primis de diuisione Ecclesiæ, & de scissuræ obstinatione, quæ infra alpes in sola Aquitania quasi nebulæ corruptela consederat, multis modis & rationibus à seruis Dei comiti intimatum est, quod Ecclesia vna est, & quidquid extra eam est, quasi extra arcam iudicio Dei necesse est interire & dilui. Adducta quoque exem-

exempla Dathan & Abyron, quos reatu schis- *Num.16.c.f.*
matis terra viuos absorbuit, nec tanto malo vindictam Dei aliquando defuisse monstratum. His auditis comes ex parte sano vsus consilio, respondit se in obedientiam Innocentij Papæ posse dare consensum, sed in restitutionem Episcoporum, quos de sedibus suis expulerat, nulla ratione induci, quoniam implacabiliter eum offenderant: & iurauerat se eorum pacem nullo tempore susceptum. Diu per internuncios protractus est sermo, & dum vicissim verbis se mutuo occupant, vir Dei efficatiora arma corripiens, ad altare sanctum oblaturus & supplicaturus accedit. Intrauerant Ecclesiam, quibus licebat diuinis interesse mysterijs, comes sustinebat pro foribus. Peractis igitur consecrationibus, & pace data & diffusa in populum, homo Dei iam non se agens vt hominem, corpus Domini super patenam ponit, & secum tollit, atque ignea facie, & flammeis oculis non supplicans, sed minax foras egreditur, & verbis terribilibus aggreditur ducem: Rogauimus te, inquit, & spreuisti nos. Supplicauit tibi in altero, quem iam tecum habuimus conuentu seruorum Dei, ante te adunata multitudo, contempsisti. Ecce ad te processit filius virginis, qui est caput & Dominus Ecclesiæ, quem tu persequeris. Adest iudex tuus, in cuius nomine omne genu curuatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Adest iudex tuus, in cuius manus illa tua ani-

ma

ma deueniet. Nũquid & ipſum ſpernes? Nunquid & ipſum ſicut ſeruos eius contemnes? Lachrymabantur vniuerſi qui aderant, & orationibus intenti præſtolabantur exitum rei, & omnium ſuſpenſa expectatio, neſcio quid diuinum cœlitus fieri expectabat. Vidēs comes Abbatem in ſpiritu vehementi procedentem, & ſacratiſsimum Domini corpus ferentem in manibus, expauit & diriguit, membriſque tenebundis metu & diſſolutis, quaſi amens ſolo prouoluitur. Eleuatus à militibus rurſum in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens aut intendens in aliquem ſaliuis per barbam defluentibus cum profundis efflans gemitibus epilecticus videbatur. Tum vir Dei ad eum propius accedit, & pede pulſans accliuem ſurgere iubet, & ſtare ſupra pedes, & Dei audire ſententiam. Præſens eſt, inquit, Pictauenſis Epiſcopus, quem ab Eccleſia ſua expuliſti, vade & reconciliare ei, & in oſculo ſancto, pacis cum eo iungito fœdera, & ipſe ad ſedem ſuã eum reducito: & ſatisfaciens Deo, redde pro contumelia gloriam, & in vniuerſo principatu ſuo diuiſos & diſcordes ad charitatis reuoca vnitatem. Subdere Innocentio Papæ, & ſicut ei vniuerſa obedit Eccleſia, tu quoque electo à Deo tanto pare Pontifici. Audiens hæc comes, authoritate Spiritus ſancti, & ſanctorũ ſacramentorum præſentia, victus, nec audebat reſpondere, nec poterat: ſed ſtatim occurrit, & in pacis oſculo recepit Epiſcopum, & eadem,

dem, qua eum abiurauerat manu, cum totius exultatione ciuitatis ad propriam sedem reduxit. Sed & deinceps Abbas cum comite iam familiarius & suauius loquēs, paternè eū monuit, ne ad tam impios & tam temerarios ausus vltra exurgeret, ne Dei patiētiam in tantis irritaret flagitijs, ne pacem factam in aliquo violaret.

Ioan. Nauclerus in Chronico, generatione 36. Ecclesiæ ex terræmotu corruens, omnes opprimit, excepto sacerdote celebrante, & duobus ministrantibus.

CAP. XXXIIII.

CIrca annum Domini 1074. in Sicilia ciuitas Syracusana tanto terrēmoto concussa est, vt Ecclesia ibidem infra Missarum solennia hominibus plena corrueret, & omnes vtriusque sexus homines opprimeret, præter sacerdotem celebrātem, & duos illius ministros.

Excerptum ex tabula ænea, quæ ad perpetuam rei memoriam in templo pagi Seueld, non procul ab Oeniponto in finibus comitatus Tirolis erecta cōspicitur. De Osuualdo Mulser, qui in sacra communione nolens communi laicorum hostia contentus esse, sed maiorem, qua sacerdotes celebrantes vtuntur, requirens, miraculosè repressus est.

CAP. XXXV.

ANNO à natiuitate Domini 1384. quidam dictus Osuualdus Mulser, ex nobili

li ortus prosapia in Seueld, & ibidem in castro vulgariter Schlosperg nuncupato residens, tempore Paschali, quo Christifideles ex præcepto Ecclesiæ ad communionem Eucharistię accedere solent, maiori hostia, & non vt cæteri laici communicare nitebatur. Ex timore itaq; huic sacerdos pernitiosè assentiri volebat. Sed dum venerabile Sacramentum suprà linguam antedicti Osuualdi poneretur, ecce miraculosè ante altare terra se aperit, ac si ipsum Osuualdum prorsus deglutire vellet, & in illam vsque ad genua cecidit, ille verò manibus latus altaris apprehendit: Sed altare istic toti instar ceræ mollescere cœpit, manibusque cessit. Osuualdus presentem Dei vindictam persentiēs, mox pœnitentia ducitur, veniam à Deo precatur. Cumque hostiam deglutire non posset, Deo id non permittente, sacerdos eam in sacrarium reponit, quæ etiamnum hodiè istic sanguineo colore diuinitus tincta, & ex linguæ saliua nonnihil contracta conspicitur. Vbi etiam iam inde ad nostra vsque tempora plurima fiunt miracula. Ego T. Bredenbachius ex vrbe in Germaniam reuersurus, monitus à R. D. Martino Eisengreinio, vt ad locum istum diuerterem, altare ipsum, & in eo manus Osuualdi vestigia vidi & contrectaui, ac iuxta illud terræ hiatum quo absorberi cœperat, modò ferreis cancellis obtectum: denique ipsam hostiam, & castrum in quo vixit conspexi. Porrò Osuual-

dus

dus iſte ſic diuinitus correptus, in moleſtam incidit ægritudinem, pœnitẽtiamque agens, & cõfeſſus, aliquanto ſuperuixit tempore, demùm mortuus in Domino.

Errorem verò huius Oſuualdi iam olim ante multa ſecula confutauit Euſebius Emiſſenus: Euchariſtiæ ſacræ perceptio, inquit, non in quantitate, ſed in virtute conſiſtit. Quod corpus ſacerdote diſpenſante, tantum eſt in exiguo, quantum eſſe conſtat in toto, quod cũ Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in vniuerſis, ita integrum eſſe probatur in ſingulis, &c. *Hom. 5. de Paſcha.*

Cæſarius Heiſterbachẽſis (qui vixit anno 1202.) libr. 9. Dialogor. cap. 65, citatur à Ioanne Garetio lib. de Euchariſtia centenario 13. de hoſtia tertiò ab altari diuinitus proiecta eo quod cimice eſſet contaminata, ideoq; tremendis myſteriis inepta.

CAP. XXXVI.

CIrca hoc biennium, inquit, iuxta Coloniam in villa quæ Belle vocatur, geſtum eſt, quod dico. Die quadam cùm ſacerdos Miſſam celebraret, & dicto Euangelio, hoſtiã patenę ſuperpoſitam, ſuper corporale collocaſſet, illa mox reſiliuit. Putans hoc ſacerdos caſu accidiſſe, neque hoſtiam benè locatum, denuò eandem ſuperpoſuit, quæ remotius eo intuente reſiliuit quã prius. Cumq; tertiò id tentaſſet, quaſi turbine impulſa, proiecta eſt de altari. Quo viſo territus eſt valdè, & præ-

præcepit scholari, vt eadem hostia reseruata, aliam supponeret, quam & consecrauit. Dicto verò Missa, tollens secum hostiam prædictam, Coloniam properauit, hostiam ostendit, quid de ea actum sit recitauit. Cunctis causam mirantibus, vnus clericorum hostia cõtra lucem leuans, maculam in ea contemplatus est, quam cùm in conspectu multorum fregisset, cimex, qui vulgò pediculus parietinus dicitur apparuit in ea decoctus. Et glorificauerunt Dominum omnes qui aderant, haud dubium quin sanctis angelis reiecta est, qui non sunt passi, vt panis tam fœtido vermiculo corruptus, per ministerium sacerdotis trãsiret in corpus Domini sui.

Gregorius Turonensis libr. 1. cap. 86. de gloria Martyrum de S. Eucharistia, quæ cum Diacono ad Ecclesiam portaretur, elapsa est ex sacra turricula, & per aëra ferebatur vsque ad altare, nec portari, nec tangi sustinuit ab eo prorpter vitæ eius incontinentiam.

CAP. XXXVII.

DIES passionis erat Polycarpi Martyris Magni, & in Ricomagensi verò ciuitatis Auernæ eius solennia celebrabantur. Lecta igitur passione cum reliquis lectionibus, quas canon sacerdotalis inuexit, tempus ad sacrificium offerendum aduenit, acceptaq; turre diaconus, in qua ministerium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad ostium,

stium, ingressusque templum, vt eam altari superponeret, elapsa de manu eius ferebatur in aëra, & sic ad ipsam aram accedens, nunquam eam manus diaconi potuit adsequi: quod non alia credimus actum de causa, nisi quia pollutus erat in conscientia, sæpius enim ab eodem adulteria ferebãtur admissa, vni tantum presbytero & tribus mulieribus ex quibus vna mater mea erat, hæc videre licitum fuit, cæteri nõ viderunt. Aderam fateor & ego tunc temporis huic festiuitati, sed hæc videre non merui.

Gregorius Turonensis ibidem cap. 87. de vltione diuina in sacerdotem diuina mysteria temerè tractantem.

CAP. XXXVIII.

EPachius presbyter dum temerè quæ indignus erat agere, præsumpsisset, diuino iudicio, solo proiectus occubuit. Hic enim dum Dominici natalis vigilias celebrare Ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi eum post gallicantũ in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cùm esset ex genere senatorio, & nullus in vico illo Ricomagensi iuxta sæculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare solennia Missarum expetitur. Nec dubitabat miser vino madefactus appetere, quod ieiunus quisque non sine metu potest terrente conscientia explica-

re, verùm vbi explicitis verbis sacris, confra
cto Dominici corporis sacramento, & ipse
sumpsit, & alijs destribuit ad edendum: mox
equini hinnitus ad modum vocem emittens,
ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysteri
sacri particula, quam dentibus comminuere
non valuit, ab ore proijciens, inter manus su
orum ab Ecclesia deportatur. Nec caruit vltra
hac epilepsiæ infirmitate, sed per singulos lu
nares cursus in crementis decrementisq; ha
semper pertulit, quia ab haustu nimio vini n
nimè infœlix abstinuit.

*Ex libello Germanico Coloniæ anno 1574. ex
cuso, de quibusdam laicis Missæ sacrifi
um in ciuitate Goudana per ludibrium
celebrantibus, eorumq; diuina vltione.*

CAP. XXXIX.

VErisimis ac fide dignissimis testib
narratum, ac literis mãdatum legimu
anno Domini 1574. in autumno in ciu
tate Hollandiæ Gouda contigisse, vt Cathol
cus quidam ciuis grauiter decumberet, irris
runt eum quidam Caluinisticę sectę, dictita
tes per ludibrium, leuius & facilius eum d
fungi posse, si Missam prius audiuisset. No
mora, quidam ex illis Hermannus Aldarei
profert hãbitum sacrum, quo Ecclesia Catho
lica in tremendis mysterijs vti consueuit, eo
demque induitur. Paratur mensa, expediun
tur cætera, quę in sacris mysterijs vsurpari co
sueuerunt: adest subornatus diaconus & sub
dia

diaconus. Canitur introitus, & quædam aliæ preces, vsurpãtur omnes penè per ludibrium cæremoniæ Eccleſiaſticæ. Vbi peruentum eſt ad canticum Agnus Dei, ecce feſtinus accurrit miniſter ſacrificantis, exponit, vxorem eius coarctati doloribus partus. Ille ſacrificium ſine cauda & ſale offerens, non ſuſtinuit in eo perſiſtere donec abſolueret, ſed protinus excuſſo habitu, Miſſaque Miſſa facta (vti aliquando ad D. Ioannem Voſſ Altenanum, Melanchthonem dixiſſe, ex ipſo D. Altenano intellexi) ſeſe feſtinus domum proripuit. Inter eundem, nuntiatur ei, vxorem duos gemellos enixam. Fauſtum hoc nuntium mox vt domum ingreſſus eſt, conuertitur in luctum; vterque enim filiolus extinctus eſt. Vxoris deinde cubiculum ingreſſus, eam cum morte conflictari, & paulò poſt defungi videt. Ipſe quoque poſtridiè peſte corripitur, cum omnibus qui vel miniſterio, vel cantu, imò etiam ſola præſentia ſacrificio vel tacitè vel expreſsè ſuffragati erant, omneſque eadem lue moriuntur. Catholicus verò ex infirmitate decũbens, conualuit. Nolite errare, inquit amplius, Deus non irridetur.

Conſtantinus Manaſſes in Annalibus, & Michael Glycas parte 4. Annalium, De Michaelo Imperat. diuina myſteria per ludibrium repræſentante, eiuſq; funeſto interitu.

CAP. XL.

MIchaëlus III. Imperat. cognomine te-
mulētus, quē ſcriptores Annalium e
mores perditos diſſolutiſsimos, alte-
rum Phaetontem, Neronem & Sardanapalum
vocant, cùm in omne flagitiorum genus fele
venundaret, ad hunc tandem velut ſcelerum
omnium apicem & coronidem progreſſu
eſt, vt poſt quotidianos in omni turpitudi
profectus, etiam aduerſus ſacroſancta myſte-
ria Seraphis ipſis venerabilia, vir nequiſ-
mus debacharetur. Quippè acrem ſynapi ſuc
cum in craterem fundēs, ſacrum illud form
dabile repreſentabat, ludens (vt dici ſolet)
ijs, quæ ludum iocumque non admittunt,
ridens in minimè ridiculis. Ita viuentem Mi
chaëlum mater videns, & Imperatorem R
manum factum eſſe ludicrum, totis viſceribu
& animo commouebatur, eumque verbis ca
ſtigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quo
prouerbio dicitur) cum mortuo colloqueb
tur, & admonitiones apud ſurdum cantill
bat, ac tandem mater à filio è regia expellitu
Baſilius verò poſteà ad imperium prouectu
quum Michaëlum ceu vinoſum ac temule
tum damnaſſet, gladio viſcera eius ad D. Mi
mantis ædem, vt Glycas commemorat, trai
cit. Talem impius ille tremendorum myſter
orum prophanator ſortitus eſt exitum, matr
perſecutor, Dei contemptor, Imperij diſſipa
tor, à talibus viperis venenum ſuum mutuat
tur aſpides noſtrorum ſacramentariorum, ſic

qu

que ferè accidit, vt qui sunt sacrilegio pares, morum turpitudine sint similes.

Imperat. Iustinianus, in authent. vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant sine licentia antistitis, Collat. 5. tit. 12.

CAP. XLI.

QVantò sanctius & reuerentius de tremendis hisce mysterijs sensit laudatiss. Imperator Iustinianus, qui in authenticis suis constitutionibus sic ait. Et Priscis sancitum est legibus, nulli penitus esse licentiam domi quæ sacratissima sunt agere, sed publicè sinere procedere in credulitatem & Dei culturam, secundum sanctionem de his sacratis actibus traditam. Et nos etiam hanc in præsenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere volumus. Omnibus enim interdicimus magnæ huius ciuitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostræ ditionis, in domibus suis habere quasdam quasi orationum domos, & in his sacra celebrare mysteria, & hinc ferè quædam Catholicę & Apostolicæ traditioni extranea. Sed si quidem domos ita simpliciter aliqui habere putant oportere, in sacris suis, orationis videlicet solius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quæ sacri sunt mysterij, hoc eis permittimus. Inuidia enim nulla est, si volunt circa hæc habere habitacula quædam, & in eis tanquam in sacris orare, alijs autem omnibus abstinere, nisi tamen in ijs voluerint aliquos inuitare cleri-

cos, hic quidem ſanctiſsimæ maioris Eccleſiæ, & ſub ea ſanctiſsimarum domuum, voluntate ac probatione ſanctiſsimi Archiepiſcopi ad hoc deputatos, in prouincia verò Deo amabilium Epiſcoporum. Hæc & plura his ibi Iuſtinianus Imper. Porrò an & quatenus licitum ſit in domo priuata habere capellam ſiue ſacellum, videatur Innoc. in c. ad hęc de electio. Bald. in margarita verbo, Capella. verſ. fin. Concil. Tridentin. ſeſsion. 22. decreto 1. de reformat.

Iuſtinianus Imp. in authent. collatio. 9 tit. 6. de Eccleſiaſt. titulis. §. Si quis in ſua dom. Qui in domo vel ſuburbano prædio, Eccleſiaſticum miniſterium celebrauerit ſi clericis dominium amittit, & Eccleſiæ ap plicatur.

CAP. XLII.

SI quis in ſua domo, aut in ſuburbano Ec cleſaſticum miniſterium miniſtrare pr ſumpſerit, aut alijs celebrare conceſſeri ſine clericis ſanctiſsimo locorum Epiſcop ſubiacentibus, iubemus hanc domum aut ſub urbanum, aut prædium, vbi tale aliquid de linquitur, locis illius ſanctiſsimę Eccleſię ve dicari, per Deo amabilem Epiſcopum & œco nomum eius, & ciuilem iudicem locorum. S verò neſciente locorum domino eius curato res aut conductores, aut emphyteutæ contra rium aliquid exerceri permiſerint, domi num quidem loci nullum præiudicium, au diſpe-

dispendium sustinere, eos autem qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex prouincia vbi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimæ Ecclesiæ vendicandis.

Ioannes Moschus Euir itus cap. 196. Prati spiritualis de insigni miraculo, quod pueris Apamiensibus contigit, qui ruri verba consecrationis ioco protulerunt.

CAP. XLIII.

NArrauit nobis Gregorius Aphricanæ prouinciæ Præfectus, fidelis vir, & monachorum, ac pauperum amator, bonisque omnibus semper congaudens. In prouincia, inquit, mea, (erat Apamiensis secundę Syrorum prouinciæ, ex oppido, quod dicitur Torax) ager est ab vrbe quasi quadraginta milliarijs distans, qui Gonagus dicitur. In hoc siue in eius finibus pueri pascebant pecora. Et vt solet pueris contingere, puerili consuetudine voluerunt ludere. Cumque luderent, dixerunt ad inuicem: Venite celebremus Missam, & offeramus sacrificium, & communicemus, sicuti semper in sancta Ecclesia presbyter facit. Quod cùm placuisset omnibus, constituunt ex eis vnũ in ordine presbyteri, duosque alios pueros in ministrorum officio, veniuntque ad saxum quoddam (erat enim in planitie) ac supra saxum in morem altaris apponunt panem, & vas testeum cum vino. Assistuntque, vnus quidem coram altari, qui fungebatur officio presbyteri, medius, duo verò

alij hinc, atque hinc veluti miniſtri. Et ille quidem ſanctæ oblationis verba dicebat, illi verò faſciolis, quæ ferebantur, pro flabellis v- tentes, auram faciebant. Qui verò presbyteri fungebatur officio, ideò ſanctæ oblationis ver ba ſciebat, quia conſuetudo fuit in Eccleſia vt pueri in Miſsis ante ſacrarium aſsiſterent, primiq́ue cum clericis communicarent ſanctis CHriſti Dei noſtri venerandiſq́ue myſterijs. Quoniam verò quibuſdam in locis alta voce conſueuerunt presbyteri ſancti ſacrificij rationes pronunciare, pueri vt propius aſtantes, ſæpius eas audiendo didicerant. Cùm igitur omnia ſecundum Eccleſiaſticam conſuetudinem feciſſent, priuſquàm panes frangerent, ac communicarent, ignis cœlitus delapſus, quæ propoſita erant, conſumpſit omnia, ſaxumq́ue totum combuſsit, ita vt nihil omnino neque ſaxi, neque eorum, quę fuerant propoſita, relinqueretur. Hoc repentè factum cùm pueri vidiſſent, in terram omnes præmore corruerũt, ac diutius ſemiuiui permanſerunt, neque erumpere vocem, neq; de terra ſurgere valentes.

Cùm verò non redirent domum hora, qua conſueuerant reuerti, ſed pauidi in pauimento iacerent, exierunt parentes eorum, vt viderent, cuius rei gratia conſueto legitimo tempore non reuertiſſent. Egreſsi autem pueros omnes humi iacentes inuenerunt, neque agnoſcentes aliquos, neque loqui ſe alloquentibus

bus valentes. Parentes itaque semiuiuos eos aspicientes, vnusquisque filium suum assumẽtes, domum retulerunt, videntesq; pueros in huiusmodi excessu diutius durantes, mirabantur nimium causam, stupores eorum omninò ignorantes, nec discernere valentes, sæpiusque illos per totum diem interrogantes, responsum nullum accipere ab eis potuerunt, & quæ illis acciderant, scire omninò nequiuerunt, donec dies illa, & nox tota præterijt. Tunc enim & pueri paulatim in se ipsos rẽuersi, cuncta illis retulerũt quæ gesta fuerant, & quæ illis contigerant. Assumentes verò parentes suos, & omnes loci ipsius habitatores, egressi sunt, & locum eis ostenderunt, in quo mirabilia ista contigerant, vestigia quædam elapsi ignis indicantes. Audientes verò, quæ facta fuerant, & ipsis indicijs rerum admoniti, in ciuitatem cucurrerunt, cunctaque Episcopo ciuitatis nunciauerunt. Qui perculsus magnitudine & nouitate miraculi, cum omni clero festinus accurrit. Videnſque pueros, & rursus ab eis, quæ euenerant audiens, & cœlestis ignis vestigia intuens, pueros quidem omnes continuò in monasterium immisit, locum verò monasterium fecit latissimum, supra locum autem ignis, Ecclesiam construxit, & sanctum erexit altare. Dicebat autem ipse dominus Gregorius fidelissimus vir, vnum se istorum puerorum aspexisse, eiusque monasterij, vbi miraculum acciderat, monachum ipsum

cognouisse. Et istud quidem magnum reuera ac diuinum, stupendumque miraculum Gregorius venerabilis nobis ætate nostra contigisse enarrauit.

Ioannes Moscus 79. cap. Prati Spiritualis, de quibusdam portiunculis sacræ Eucharistiæ quæ omnes miraculose culmos & spicas germinauerūt, quo miraculo multi adiecti sunt Catholicæ Ecclesiæ.

CAP. XLIIII.

CVM veniſſemus Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: sub sanctæ memoriæ Dionysij huius ciuitatis Episcopo præcessore meo, tale quiddam contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negociator valdè religiosus, & diues sed hæreticus. Erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quédam sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic iuxta prouinciæ consuetudinem, de sancto cœnæ Dominicæ sumptam communionem inuoluit in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, vt post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim, negocij cuiusdam gratia, dimissa per obliuionem sancta communione in armario. Dedit autem eius clauem domino suo. Quadam verò die aperiens armarium dominus, inuenit linteolum, inuolutasque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus

tus est autem in hoc, & hæsitabat, quidnam de illis faceret. Nam ex ipsis communicare nolebat, eo quod essent sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, ipse verò Seuerianæ hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, vt erant, cogitans quia rediturus erat seruus, & sumpturus eas. Cùm autem venisset cœna Domini, neque seruus ille fidelis redijsset, voluit eas dominus ipsius cumburere, ne rursus & in secundum annum seruarentur. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore comprehensus in nouo, admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans Kyrie eleyson, cucurrit ad sanctam Ecclesiam, ad sacrosanctum, & venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnum, & terribile, & commemorationem, omnemque mentem, & omnem cogitationem excedēs miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis Ecclesia, ciuesque, & rustici, indigenæ, & hospites, quique continētem ambulant, & qui mare nauigant, viri, & mulieres, senes, & impuberes, iuuenes, & seniores, domini & serui, diuites, & pauperes, principes, & subditi, sapientes, & simplices, virgines, & monachi, viduæ ac nuptæ, qui in potestate constituti sunt, & qui illorum reguntur imperio. Et illi quidem clamabant Kyrie eleyson, cæteri autem aliter Deum laudabant, omnes verò pariter Deo gratias agebant pro in-

fa-

effabilibus eius mirabilibus. Plurimi igitur ex hoc miraculo credentes, adiecti sunt sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.

AD LECTOREM

EXtat liber miraculorum venerab. Sacramenti SS. Eucharistiæ, quæ à perfidis quibusdam Iudæis anno Dominicæ Incarnat. 1369. circa Calendas Octobris furtim è templo sublata, atque deinde ipso sacræ Parasceues die, cultris & pugionibus immanissimè confossa est. Quam SS. Eucharistiam cruentis vulnusculis etiamnum sauciam, ipsi nostris oculis conspeximus: miracula verò quæ iam inde aliquot ab annis contigerunt, & partim edito libro comprehensa sunt, huc asscribere visum non fuit, sicuti neq; alia complura, quæ passim in historys occurrebant, ne liber in immensum excresceret. Est præterea libellus germanicè excusus, de miraculis, quæ Amstelrodami ad venerabile Sacramentum plurima contigerunt, ad quem Lectorem remittimus.

HISTO.

HISTORICAE NARRATIONES DE IMMACVLATA DEI GENITRICE, EIVSque mirificis operationibus.

Georgius Trapezũtius (qui sub Frederico III. Cæsare scriptor celebris extitit) citatus à D. Petro Canisio lib. 5. cap. 19. operis sui de B. Maria virgine, & refertur à Laurentio Surio 29. Maij: Historia memorabilis de martyrio Andreæ de Chio, qui in summis doloribus constitutus, implorata Dei Genitricis ope, mirificè confortatus est, & pristinæ integritati restitutus.

CAP. PRIMVM.

CVando iam triennio è Creta Cõstantinopolim nauigassem, scribit Trapezuntius, vniuersam illá vrbem cum Gallata simul in admiratione atque gaudio reperi non paruo, propter singulare ac inauditum multis temporibus Andreæ de Chio pro IESV CHristi passione martyrium. Fuit enim paulò ante mirabili constantia per gratiam Dei gestum. Nam ego quidem mense Nouembri applicui, anno ab Incarnatione Domini M. CCCC. LXV. Andreas verò martyr CHristi præcipuus 29. die Mensis Maij eiusdem anni, coronam martyrij misericordia CHristi con-

consequutus, in cœlos ascendit ad eum, pro quo multos cruciatus sustinuit. Verùm quod mirabilius ritè consideranti videbitur, illud est, quod nisi Andreæ martyrium diuinitus destinatum diuina gratia Christianis opem tulisset, & animos eorum firmasset, magna in eos clades & ærumna ingens ab inimico generis humani, procellæ in morem fuisset effusa. Quidam enim, quem honoris causa non nomino, ex Trapezuntina ortus vrbe Peripateticorum, Philosophiæ professor, siue sua sponte, vt multi aiunt, siue impulsus nescio, nec scisciam, dicere ausim, Crucem Domini negauit, & Mahometo adhæsit. Quare Turcarum rex elatus, virum quendam, cuius nomen mi fugit, ipsumque Trapezuntium militiæ peritissimum in carcerem coniecit: dignum ratus, vt Philosophum conciuem suum volens nolêns ve imitaretur; cupiebat enim eius opera vti militari. Cumque Christiano non confideret, ad Mahometum intrudere cupiebat. At ille animo martyr dicebat: In delicijs educatus, maiore spe ipsarum, Christi crucem negauit: Ego autem qui pro Imperatore eo mortali tot tantosque labores cum Scythis bella gerens tuli, vulneraque excepi (dixit & aperto pectore cicatrices ostendebat) pro Imperatore cœlesti mortem timebo? absit à me tanta insania. Quæ mens præterea esset mea, vel potius quæ stultitia, veritatem doloris fugiendi causa prodere, ac æterna cœlestiaque regna repu-

repudiare, Mahometoque adhærere, vt bellorum labores subeam, pericula magna pro Imperatore mortali suscipiam, gladios in Christianos Christianus ipse natus, distringam? & denique in mortem ruere, quam fugiendam censuit Philosophus, vt in æternam ac veram mortem deferar præceps? Hæc ille.

Verùm dum hæc Constantinopoli fierent, Andreas febribus grauiter laborabat, cœlibemque se perpetuò fore reginæ misericordię virgini vouit, si euaderet. Sedatis illicò febribus paulò post, quasi ex morte surrexit, & albis se vestimentis induit, vt scilicet nunquam obliuisci posset mundicię corporis, quá creatoris obtulit matri. Constantinopolim deinde petijt, non vt mercator aut vagus quidam magnarum vrbium visendarum cupiditate. Summa enim in iuuene septem & viginti annorum grauitas atque constantia illucescebat. Rarò quis inane verbum ab eius ore excidisse audiuit: à ioco enim penitus erat alienus. Cur igitur iuit? à gratia Dei vt ego arbitror ad martyrium vocabatur, vt & ipse in cœlis CHristo cum alijs martyribus assisteret, & omnibus prodesset, qui Philosophi siue leuitate, siue terrore fuerant cõturbati. Statim cùm in vrbem applicuit, accusatus fuit, quod cum Christianis conuersaretur, Ecclesiasque viseret: quasi Christianus summa cum religione ac deuotione homo, qui crucem Alexandriæ

ne-

negauit, conculcauit, ſputis fœdauit, ac de
mùm in ſtercora proiecit. Hęc mercatores Ae
gyptij, qui tunc in vrbe aderant, ad iudicu
detulerunt, ſeque ipſos vidiſſe eum negan
tem, conſitentemque, quod Mahometo adhæ
reret, audiuiſſe atteſtabantur. Trahitur in iu
dicium Andreas iniquum, accuſationeque re
citata nunquam ſe à Chio, vbi natus educatu
que fuit, niſi tunc receſsiſſe affirmabat, idq;
multis teſtibus approbabat, vniuerſamq;
Chij ciuitatem hoc ipſum ſcire aiebat. Tu
Chriſtianorum multitudo, quæ circumfu
ſtabat. Si Chriſtianorum teſtimonium in hu
iuſmodi cauſa refutandum eſt, inquit, Mahu
metiſtarum quoque ſimiliter non recipien
dum. Nam ſicut nos Chriſtianum falsò accu
ſatum iuſtè defendimus, ſic Mahometiſtæ ac
cuſationem ſuorum veram eſſe contendun
Quare prætermiſsis teſtibus res ipſa quæren
da eſt. Non aliter igitur quàm Iudæi ſecun
dum Moſaicam legem circumcidi ſuos, Pro
pheta veſter iuſsit. Quare ſi genitalia huius
membra ſimili nota læſa ſunt, morte iure pla
ctetur: ſi minimè cum ipſa re cauſa determi
netur ſua, & nihil ambiguitatis animis hom
num remanebit. Spoliatur intereà miles Chri
ſti, nuduſque à tanta multitudine aſpicitur
nullum in eo iudicium, nulla circumciſionis
macula, nullum Mahometiſtarum apparet ve
ſtigium. Exclamant ex lætitia Chriſtiani, Cõ
fundantur aduerſarij, & victi penitus proſter
nan

nãtur, nisi diabolico astu adiuti exposuissent, moris esse in Aegypto, minoris homines ætatis circumcidi, maioris si ad Mahumetum Dei Prophetam conuertantur, circumcidi, si volũt, si verò abhorrẽt, ad circumcisionem nullo modo cogi posse: quoniam melius sit lucrari animam hominis ex toto corde nobis adhærentem in cæteris omnibus, præter circumcisionem, quam reijcere, quoniam circumcisionem reformidet. His rationibus, vel magis quia sectæ fauebat suæ confisus iudex, nullam se pronunciari sententiam velle in re tanta dixit, nisi regem consuluerit. Ita enim moris est in causis ambiguis atq; arduis. Regem igitur, in carcerem coniecto Christi milite consultũ adijt, cui omnia cùm retulisset, interrogatus de ætate ipsius, habituque omni corporis. Iuuenis, inquit ipse, animo inuictus, atque magna statura, grandibus ossibus atq; neruis conuallatus. Rex, qui tales homines in militia habere cupit. Vade, inquit, & primum illi, si noster voluerit esse, offerimus in militia nostra centurionatum: deinde, prout in virtute ipsum valere conspexerimus, ad maiora prouehemus. Quod si beneficijs non commouebitur, minis atque terrore ipsum concutias, & si neutra promouere poteris via, capite plectas.

Altero igitur die producto ipso, primum regis pollicitationes exponuntur mirabili cũ amplificatione: Quod caput statim eris cẽtum

militum Andrea, & à priuatorum tractus co
ditione, cum principibus connumeraberi
quod facilè virtus & diligentia tua te extol
let ad maiora. Verùm cùm martyr Christi n
hil respondendo contemnere oblata viden
tur, qui circumfusi erant veritatis hostes, al
argentum atque aurum, alij vestes, atque sup
lectilem variam pollicebantur. Cumque in
lentio acrius perseueraret, Quid, inquiũt,
verbis quidẽ tuis nos dignos putas? Digni qu
dem, inquit, vos estis multo maioribus, qua
ego dicere aut excogitare queam, sed res qu
offertis nulla responsione sunt dignæ. Quid
nim caducam hanc vitam atque mortalem p
tatis magni aliquid habere, quo cęlesti fit pr
ponenda? Erras, ipsi respondent: nam nos
ad illam tibi viam aperire studemus, & ha
insuper tibi fœlicem reddere conamur. No
cohærent, inquit, caduca æternis, non fœli
bus misera, non prophana beatis: sed quid
pus est verbis? Ego fœlicitatem huius fæc
nihil facio: ego crucem, passionem, sepul
ramq; CHristi mei, auxilio illius fretus nu
quam negabo: statuite in me quidquid malu
ritis: vnum rogo ne me verbis amplius
nete.

His dictis coniectus ilicò in carcerem, vi
culis cathenatus, pedibus atque manibus all
gatus, ad meridiem sequentis diei, qui fuit
Maij iacuit. Post meridiem statim protrah
tur, & in partem vrbis quæ Orientem spect
prop

propè mare ducitur, vbi ad patibulum nudus alligatus flagellis atque loris cęditur, acriuſq; quàm dici poteſt, in principio flagellorum & verberum contremuiſſe dicitur, & manibus ad pectus cõtractis,& digitis in pugnum compreſsis,magna exclamaſſe voce: Virgo Maria adiuua me. Inde pedibus altero ad alterum adductis, ſtetit rectus in eiſdem veſtigijs,mirabile dictu,vſque ad ſolis occaſum. Intereà dum miles Chriſti his cruciatibus exercetur, Trapezuntius, de quo ſupra retuli, è feneſtra turris, in qua fuerat incluſus, prominens clamabat:O felicem Chriſtianum, ô beatam,quę te genuit, Inſulam,ô nobiliſsimum atque omni laude dignum genus,vnde ortus es:Vtinam iſthic eſſem tecum,vt eadem paterer pro Chriſto. Hæc aliaque vociferabatur, martyrij coronam, vt arbitror, deſiderans. Carnifices autem Andrea reducto, multis precioſa membra flagellis loriſque fœdè dilacerata, vngunt vnguentis,cibum quoque atque potum ad fulciendam in corpore animam de medicorum conſilio, quorum multi ac peritiſsimi aderãt, obtulerunt, ac aquam, in qua non paruum defecati auri pondus bullierat,conducunt ad bibendum. Id faciebant quo longior vita eius aliquid ad negationem crucis afferret, ſimul & oſtenderent, quanti vitam facerent eius; forte etiam quoniam cum Chriſtianis enutriti, & nonnulli eorum Chriſtiani fuerint. Nec ignorabant quomodo martyres Chriſti olim in

die cruciabantur,& in nocte conualescebant. Quare timentes ne id diuinitus euenire, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

Vigesima prima eiusdem mensis die rursus producitur, denudatusque ferreis vnguibus tergora, & quæ pridie eius diei fuerant flagellata dilacerantur. Nec quidquam aliud fecit dixitque miles Christi; quanquam primo contremuit in principio, manusque ad se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in eisdem vestigijs tenuit, magnaque voce clamabat: Virgo Maria adiuua me. Sic Trapezuntius etiam eadem, quæ pridie vociferabatur, turri iterum, iterumque repetebat. Aduenente nocte vnguentis illinitur, similiter de medicamentis atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infusa, sustentatur, quasi clara crucis hostes salutem eius haberent, magnam ijs rebus inesse virtutem prædicantes Spiritus sancti gratiam in medicorum peritiam, cibique ac potus commoditatem deriuantes. Illucescente nanq; die sanus omnibus martyr apparuit, quæ res medicamentis fieri non potest, quæ cùm naturaliter agant, longiori indigent tempore, frequentationeque conueniente, ne digesta in dubium aliquid conferant: quod tamen minimè facere possunt, si denuò corpus ac sæpius exagitetur, siue etiam atrocius crucietur: quæ virtus opem adferre potest, præter diuinam profectò nulla. Vigesi-

ma

ma secunda eiusdem mensis die producitur similiter post meridiem, ac manus & pedes sic torquentur, vt ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec genua locis suis remanerent, sed locis suis omnia salirent; qui dolor maximus omnium est. Cætera similiter gesta dictaque non ab ipso solùm, quæ tamẽ nihil aliud, nisi, Virgo Maria iuua me, in principio dolorum, idque semel clamabat, verùm etiam à Trapezuntio illo, qui martyrium sic expetebat, vt multis etiam Mahumetistis audientibus sæpius repeteret, quæ dicta superius sunt, Medicorum quoq; diligentia, imò etiam maior fuisse dicitur.

Vigesima tertia die incolumis sanusque non medicorum arte, sed illius primi martyris & Domini omnium IESV CHristi productus, Andreas nouo genere cruciatus vexatur, humeros carnibus per gladios denudant, studentes semper, ne celerior mors ipsum inuaderet. Sperabant enim, si non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate se victuros, sed deuicti tandem iacuerunt. Declinante die reducitur, sicuti superioribus diebus, dictis factisque, medicamentis quoque non aliter quàm prius adhibitis. Die vigesima quarta eiusdem mensis eodem modo fiunt omnia, eodemque in loco, quo in die clunes carnibus nouaculis spoliantur non subitò, sed cum mora, vt doloris acerbitas magis sentiretur. Cætera omnia similiter acta, vt in superi-

oribus diebus, dictaque eodem modo etiam à Trapezuntio martyre animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter è turri clamitabat. Die vigesima quinta, partes pedum, quæ inter genua clunesque sunt, carnibus similiter denudantur. Cætera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vigesima sexta die, suræ, id est, carnosæ partes pedum, quæ sunt inter genua & poplites similiter carnibus denudantur. Cæteraque facta, dicta, procurata similiter fuerunt. Vigesima septima die totum corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis tandem moueretur. Maxilla quoque vna vna ictu denudata carne fuit, quam Christiani impientes seruarunt, fuitque in monasterio S. Francisci, inusitato fragrans odore atque mirabili.

Vigesimo nono eiusdem mensis die, anno primo Pontificatus Papæ Pauli secundi vltimo, producitur Andreas de Chio martyr Christi præcipuus in locum solitum ad Orientalem vrbis partem prope mare sanus, vnuax, vultu læto, decora facie. Mahumetistæ horrebus moti, medicamentorum virtute sic factum asserebant, & ingratitudinem illius accusantes: Non vides, clamabant, Andrea, tuæ vitæ cura nobis habita est, nostro studio, imo regis ipsius incolumis es, & virtute medicamentorum, & Mahumeti gratia, qui te vult deliramenta Christianorum de cruce ac pas-

sion

sione IESV despicere. Quæ beneficia quoniam ingratus non sentis, morte morieris. Nō est mors sic mori, ait, sed vita. Quare nolite putare me verbis vestris terreri posse, nec medicamenta profuerunt, quippè quæ vel in minimis vulneribus vix post multos dies aliquid afferre possunt. Me autem crux Domini nostri IESV CHristi, & virgo Maria ad hunc diem conseruauit atque reseruauit. His dictis securi caput supposuit, & ad cœlestia regna euolauit. Tunc mortis eius ministri, vt iudex iusserat, caput & truncum corporis trahere velociter ad mare conantur. Exclamant Christiani, qui lachrymis effusis circumstabant, quorum magna erat multitudo, sepeliendum esse mortuum, non in mare proijciendum. Illis resistentibus, regiam aiunt maiestaté esse consulendam, sepeliri ne velit ipsum iam mortuum, an in mare proijci. Hoc audito ipse iudex ad regem procurrit; nec enim licet iudicibus, quando regem esse consulendum audiunt, quidquam facere vlterius, nisi regi prius referant. Sed Christianorum quoque primates, quàm velociter poterant, regem adeunt, qui cùm percepisset, quibus cruciatibus, & quàm diu vexatus fuit Andreas, efferbuisse ira dicitur, & verbis ita atrocibus in iudicem vsus fuisse, vt exanimis ne mutiret quidem iudex iniquus. Sed ea ira, & illæ ingentes minæ simul cum verbis euanuerunt. Christianus deinde iubet, vt Andream honorificè, sicut de-

cet virum fortem sepeliant. Qui appositoc
pite corpori suo ad Galatam deportarunt. A
derat autem vniuersus vtrarumq; vrbium Ga
latæ atque Constantinopolis populus, viri si
mul ac mulieres pueri, atque puellæ, liberi &
serui, nec Christianorum solùm, verumetiam
Mahumetistarum multi admiratione cõmo
non pauciores, quàm decies decem milia, qui
omnes alij lachrymantes, alij laudes eius prædicantes, & alij constantiam ac robur animi, alij prudentiam, ac grauitatem, alij contemptum humanarum rerum: multi fidem in IESVM Christum, in crucem & passionem eius & in immaculatam virginem deuotionẽ ferrantes. Tandem in Galatæ partem extremam versus ortum, mari cõtiguam deuenerunt, vbi est Ecclesia virgini Mariæ, si rectè memini, dicatam ibi depositus iacet.

His ita gestis, magna rex exarsit cupiditate Trapezuntij viri illius, de quo supra diximus liberandi, sed quia honestè id facere, nisi rogatus, non posse iudicabat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius pro marito supplicaret suo. Sic mors Andreæ atq martyrium illud quidem palàm, sed multos quoque alios à periculo liberauit, multos in fide Orthodoxa confirmauit, eos, qui ante illius martyrium quauis ratione Mahumeto adhæserunt, pudore confudit, mœstitia affecit, ac inani denique pœnitentia & vexauit & vexat. His omnibus ego vehementer commotus, arde

ardebam desiderio videndi corpus eius: sed niue, frigore, glacieque detentus, hyemis mariſque tempestate, illic fui vix mense Februarij: eam mihi orandi gratiam intercessione martyris Deus concessit. Vidique ipsum iacẽtem in sepulchro nimium profundo, situ horrido, ea tamen integritate membrorum omnium, & totius corporis colore, & dignitate formæ, tali vultus splendore & habitu, vt non animam expiraſſe, sed dormire mihi sub vmbra leuiter videretur: atqui iacebat loco ita humido, vt omnibus iam indumentis, quibus erat inuolutum corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur: præterquàm quod genitales partes fragmento lini obtegebantur, exarsi cupiditate descendendi, tangendi, osculandi pedes, manus, faciem præcipui martyris, nec tantum loci humiditas, descendendique difficultas, quantum verba presbyteri custodis, & spes id aliàs cõmodius facere, detinuerunt.

Sequentem historiam Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus Græcè scripsit, eamq; tanquam fide dignam primum interpretatus est Ioannes Oecolampadius, insignis Ecclesiæ Catholicæ hostis. Citatur à Petro Canisio lib. 5. cap. 19 operis sui de B. virgine De Ioanne Damasceno insigni cultore sacratissimæ virginis cuicùm propter iniquam proditionis suspicionem dextera esset abscissa, eãdem D. virgo implorata, eidem restituit.

CAP. II.

LEO Isaurus Iconoclastarum patronu
imperabat, & ad tuendam sectam Pse
dosynodum celebrari iusserat, ingente
motus excitans, vt sacras imagines ferro & ig
ne deleret, prorsusque aboleret in Eccles
His rugientis leonis furoribus, si quis alius
certè Damascenus sese fortiter opposuit, & i
patria degens, tres libros pro sacrarum imag
num defensione conscriptos edidit, eoque
pere animos iconomachorum vehementer o
fendit. Qui cùm dolerent, suas artes & frau
des tanti viri industria detegi, atque labefa
ctari, falsò illum apud Saracenum in Arabi
principem proditionis accusarunt, quod a
rumpenda principum fœdera literas man
sua consignatas subdolè misisset, ac pacem pu
blicam perturbare aggrederetur: Huic prin
ceps barbarus accusatorum querelis nimium
credens, Damascenum quamlibet innocen
tem de proditione suspectum habet, eumque
in iudicio damnat, pœnam illi in amputatio
ne manus dexteræ constituta. Quæ res à Sara
ceno principe perpetrata, sed absentium ico
nomachorum dolo nequissimo procurata, fe
liciorem, quàm illi sperabant, exitum habu
it, & Maria quidem duce Catholicis lętam vi
ctoriam impetrauit. Damascenus igitur pos
vulnus acceptum, manum enim dextram ill
amputarunt, suum Lararium ingreditur, ant
virginis Deiparæ imaginem sese prosternit, &
chri

chrymas fundit, suam calamitatem deplorat, multisque precibus sese virgini Matri commendat, ac supplex his verbis clementissimã implorat: Domina & sanctissima mater, quæ Deum meum peperisti, amputata est dextera mea ob sanctas & diuinas imagines. Tu, qua de causa Leo sæuiat, non ignoras: proinde quantocius succurre. Dextera enim altissimi, quæ de te incarnata est, per tuas intercessiones multas habet virtutes. Sanet, oro, & hanc meam dexteram tuis precibus: vt tuas & eius, qui ex te incarnatus est, laudes, sicut dederis, numeris rythmicis & melodijs perscribat, & orthodoxi cultus sit cooperatrix, ô Deipara. Hęc orans Ioannes & lachrymans in somnum vertitur, videtque sanctam Dei genetricis imaginem misericordibus & lætis oculis ad se respicientem, & ita dicentem audit: Ecce sana facta est manus tua, caue posthac ne segnior fueris, sed calamum eam fac scribæ velociter scribentis, quemadmodum nunc pollicitus es. Vt autem restitutus euigilauit, & manum curiosè contemplans, curatam vidit, tum exultare cœpit spiritu in Deo salutari suo, & matre eius, quia fecit secum magnalia qui potens est. *Psal. 44.*

Quæ postrema Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani est oratio, & ad veram certamque narrationem de manu Damasceni detruncata, & per virginem mirabiliter restituta pertinet, quam & posteà iussus ille coram Saracenis

nis

nis & Ethnicis Damasci protulit, cunctisque spectandam exhibuit palàm. Auget fidem miraculi ea lineola, quam manus Damascenore stituta seruauit, nimirùm ad certius indicium præcedentis defectionis.

Simeon Metaphrastes ex Eutychiano Patriarcha Constantinopolitano qui se in Theophili, (de quo historia sequens) ædibus natum, eiusq; familiarem imò & ipsius historiæ oculatum fuisse testem perhibet. Agnoscit eandem historiam Petrus Damianus scriptor grauissimus sermo. 1. de Natiuit. B. virginis. Attingunt et Centuriatores Magdeburgenses, referente Petro Canisio lib. 5 cap. 20. de B. virgine. Quomodo Theophilus Oeconomus abnegata fide se dæmoni obstrinxerit, & per B. virginis inuocationem ad pœnitentiam, syngrapham à dæmone recuperauerit.

CAP. III.

CVM Cæsar Iustinianus rerum potiretur, Theophilus quidam in oppido Cilliciæ Adana Oeconomus, siue, vt alii vertunt, Archidiaconus Ecclesiæ fuit, multi quidé ille gratus, & Episcopali munere, quod tamen constanter detrectauit, dignus existimatus. Qui ab æmulis immeritò accusatus & de officio Oeconomiæ deiectus, in eam animi impotentiam adeoque impietatem deuenit, vt hortatori mago Iudæo morem gereret CHristum Dei filium ac matrem eius Mariam

data syngrapha turpissimè abnegaret, seque totum imperio sathanæ, qui se videndum obtulerat, traderet atque manciparet. Quid hic faceret miser tam nefarij criminis iam sibi cõscius? Totus animo perturbatus, vt nusquam ferè posset consistere, quum irato Deo se dæmonis esse mancipium cogitaret, mutato consilio, tandem ad sanctissimam Dei matrem sibi confugiẽdum duxit, ac templum ei sacrum petijt, in quo suas preces ac supplicationes cũ multa ieiunatione coniunctas, noctes ac dies indefessè consumpsit, magnumque veræ pœnitentiæ specimen edere cœpit. Quod si Theophilum ipsum Mariæ supplicantem libet audire, his quidem verbis, vt legimus, illam compellauit: Domina mea benedicta & defensio generis humani, portus & protectio eorum, qui ad te confugiunt: Scio ô Domina mea Deiparens, quod te valdè offenderim, & ex te natum Deum nostrum, nec sum dignus consequi misericordiam. Ac rursus: Quomodo audebo, Domina mea benedicta, ego, qui sum indignus & miser, aperire labra, cùm os habeam sordidum, & luto inquinatum? Nec multò post: Cum hac intensa, & quæ ex tota fit anima, cõfessione, rogo sanctissima Domina, offer me CHristo, qui natus est ex te sancta & mundo desiderata Deiparente, & ne abomineris me infœlicem, ne despicias preces meas peccatoris, qui fuit correptus à maligno inimico. Pergit interim anxius homo preces tristis-

ſtiſsimas fundere, faciem ſuam verberare, ſo-
lo adhærere, templum virginis, in quo iſtha
fiebant, rigare lachrymis, in ieiunio perſeue-
rare, tum in propoſitam imaginem, qu
ſe illic offerebat venerandæ virginis æſtuan
intueri. Te, inquit, habeo, poſt Deum prote-
ctionem & defenſionem, Domina mea bene-
dicta, ad tuum intuens auxilium, & guberna-
tionem, non faciam irrita, quæ ſum pollici-
tus. Scio enim, ſcio, ô benedicta poſt Deu
non eſſe aliam hominum defenſionem, niſi
ſolam ô Deiparés. Quis enim ô Domina me
ſperauit in te, & pudore eſt affectus? Aut qu
hominum omnipotẽtem tuam rogauit open
& fuit vnquam derelictus? Re vera nullus v
quam. Quid multis? Theophilus quadragin
dies in hoc Mariæ templo perdurans, nullum
que orandi & plorandi lamentandique finem
faciens (tantus in illo feruor erat pœnitentiæ
demùm opitulante ſacra virgine ſuam ſcri
tam & conſignatam diabolo ſyngrapham, qu
Chriſtianiſmum abiurauerat (mirabile d
ctu) recepit, in Dei gratiam redijt, peccatum
eſt vltrò confeſſus, & poſt pœnitentiæ fructu
dignes editos, etiam Eccleſiæ per Epiſcopum
publicè reconciliatus, eo demùm peruenit, v
ob vitam ſanctè actam, ſanctorum catalogo
aſſcriptus, ac ſolẽnis eius memoria quarto Fe
bruarij quotannis in Eccleſia celebretur. Tan
tum valuit Mariæ apud Deum petita & obtẽt
interceſsio.

Petru

Petrus Canisius lib. 5. cap. 20. operis de B. virgine citans Paulum diaconum, & Concilium Nicenum secundum, & Centuriatores Magdeburgen. De Maria Aegyptiaca, quæ per B. Mariam adiuta & ad meliorem vitam cõuersa, pœnitentiæ speculum impudicis omnibus præbuit.

CAP. IIII.

MARIA Aegyptiaca multis annis velut Veneris victima, impudicitiæ frena laxârat, suumq́ue corpus vagæ multorum libidini, fœdissimè prostituerat, priusquàm ad templũ Hierosolymitanum, quod ob Dominicæ crucis reuerentiam sacrum ac celebre, religionis ergò proficisceretur. Quũ verò cerneret, se ab huius templi ingressu nõ semel, nec obscurè, ac omninò diuinitus prohiberi, prioris vitæ turpitudinem agnoscere & deplorare cœpit, seq́ue ad Deiparæ imaginem, quæ templum ingressuris occurrebat, nõ sine pudore conuertit, atque ita cum lachrymis dixit: Domina virgo, quæ Deum verum genuisti, corpus habens & animam mundam & immaculatam, adiuua me solitariam, & nullum habentem adiutorium. In Synodo Nicœna sic eadem esse precata legitur: Quandoquidem, vt audiui, propter hoc Deus, quem genuisti, homo factus est, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret, auxiliare mihi soli, & non habenti, qui mihi suppetias ferat. Vt reliquam orationis partem prætermittam. Adiecit deinde

inde promiſsionem ſe poſthac omnibus mu
di illecebris carniſq; delitijs renunciatura
ac totius vitæ curſum in melius cõmutatura
eſſe, modò templum hoc ingredi, ac offer
Deo reconciliari poſſet. Quæ poſtquàm ſi
impedimento in templum ingreſſa, opemq
virginis ſibi præſentem experta eſt, iterum
que iterum Mariæ ſeſe commendauit, vt
votum explendum propitia porrò & cuſtos
bi adeſſe vellet. Inde verò digreſſa, ad vete
vitæ ſordes nunquam redijt, ſed mundi & c
nis blandimentis ac voluptatibus animo
pudiatis, in vaſtam eremum contendit, vbi
tæ prioris labes contractas, magna vitæ ſeue
tate ſuſcepta, & dignis pœnitentiæ fructib
editis diluit, frequenter ſolita virginem
uocare. Tibi quidem, inquit, ô bonarum
rum amatrix Domina, quæ tantam mihi p
ter meritum humanitatem exhibuiſti, prec
meas nec reiecisti, gloria. Tu verò me, q
placuerit, ducito, eſto mihi ſalutis magiſt
mihi viam, quæ ad pœnitentiam ducit, in
ca: Domina Deipara, ne me derelinquas.
ſub huius quidem Patrocinio eum vitæ c
ſum ſolitaria tenuit, & ad annos vſque qua
ginta ſeptem abſoluit, omnium ferè tentati
num, & diabolicarum infeſtationum acer
mis vexata ſpinis, vt impudicis & viris & fo
minis, ſi ad emendatiorem viuendi diſcip
nam aſpirent, pœnitentiæ ſpeculum & e
emplar illuſtre præbeat, digna etiam, quę c

Magi

Magdalena Euangelica peccatrice, ab omni Ecclesia quotannis festo proprio decoretur.

Sigebertus in Cronicis, & citat Petrus Canisius Theologus in opere de B. virgine lib. 5. cap. 20. De muliere Laudunensi per B. Mariam in medijs flammis illæsa conseruata.

CAP. V.

VIxit circa annum Domini 1094. non procul ab vrbe Laudunensi quædam mulier, quę arcanum homicidij crimen à se commissum in exomologesi: detexerat Sacerdoti, ac deinde post acceptam mortis sententiam, vt flammis ardētibus traderetur, ad supplicij locum ducebatur. Et quoniam per Deiparæ templum iter habuit, vbi toti populo peccatum suum confessa est, virgini matri magna etiam fiducia supplicauit, seq; totam eius patrocinio commendauit. Hinc digressa, & iam in ignem semel atque iterum coniecta, tantum Dei & virginis beneficium sensit, nihil vt ab igne quamuis copioso & vehementi, caperet detrimenti, imò non modo carnem, sed vestem etiam, ab omni flammarum iniuria seruauit semper illæsam. Cùm hinc admiratio ingens animos populi occuparet, ad dictum Mariæ templum cursitatum est, vt vna cum bona muliere, Deo & virgini gratiæ agerentur, tantumq́ue miraculum ad virginis inuocationem gestum, communi omnium lætitia celebraretur.

D. Petrus Canisius ibidem, citans huius hist riæ testes Iulianum Pomerium Hispanæ E cleſiæ diaconum, Rodericum Archiepis pum Toletanum, & Ioannem Vaſæum Br genſem, de Hildephonſo, cui apparens D para, veſtem, qua in re diuina vteretur, nauit.

CAP. VI.

HIldephonſus, quem alij Idelphonſu & Alphonſum appellant, vir non m dò vitæ ſanctimonia excellens, ſed e am doctrinæ præſtantia percelebris, qui ſuo ſęculo hæreticos ex Hiſpania profliga fuit poſt beatum Eugenium Archiepiſco Toletanus ante nongentos annos, & in Ma quidē colenda publiceq; prædicanda per ſtudioſus, quemadmodum pia eius monum ta teſtantur. Quare cùm aliquando manè m tis comitātibus ad altare progrederetur, (rum dictu) ſacroſanctam virginem ſibi ap rentem habuit, & in Epiſcopali cathedra dentem vidit, ſibiq́ue blandè loquentem diuit, ſed & veſtem ſacram, velut diuinæ tiæ & fauoris ſingularis pignus & obſiq qua in facienda re diuina vteretur, ſibi ab donatam accepit. Res per totam nota Hi niam.

Pet. Canisius ibidem ex Ioan. Trithem Monaſterio Hirſaugiensi, de Ruperto bate Tuitiensi, qui à B. Maria precibus petrauit docile ingenium & diuinorum telligentiam.

C

CAP. VII.

RVPERtus Abbas Tuitiensis Germanus, cùm primum ingenio se tardum & ad sacra discenda parum idoneum cerneret, opem sacræ virginis singulari studio implorauit, vt hanc naturæ difficultatem superare, ac fœlices in sacris literis progressus facere posset. Cui virgo mater nocte apparēs promittit & præstat, quod ille tantoperè cupiebat, tam excellenti deinde gratia scientiaque illustratus, vt inter Germanos Theologos eminuerit, ac similem ætas illa non tulerit, qui & viuus & mortuus multis claruit miraculis, sicut Trithemius apertè testatur. Nec ingratus ille fuisse videtur virgini, quam in suis monumentis libenter extollit, præsertim si commentarios eius in cantica, & opus de diuinis officijs consulamus.

Pet. Canisius ibidem, citans Marsilium Ficinum lib. 3 de relig. Christiana cap. 10 De duobus hominibus Anconæ per Deiparam mirabiliter & integrè restitutis.

CAP. VIII.

AVdiui equidem, inquit Marsilius, nonnulla nostris seculis, atque etiam in vrbe nostra Florentina mirabilia contigisse, sed quædam occultiora. Illud certè multis hominum millibus, qui & viderunt, & adhuc viuunt manifestissimum, quod Anconæ anno Domini 1470. factum, à multis fide dignis accepimus. Puella quædam propter pessi-

mam quandam neruorum contractionem, primis incunabulis, gradiendo natibus pr cruribus vtebatur. Prætereà Bidellus Flore tinus propter faucium pectorisque contus nem, multos annos loqui nihil potuit. Amb cùm D. Mariæ eodem in loco suppliciter commendassent, sani prorsus euaserunt. Om ni populo multis annis noti erant infirmi, l postea iam quatuor continuè omni popu sani.

Nicephorus Callist. libr. 14. cap 36. histor. E cleſiast. & Petrus Canisius loco citato, T Nestorij hæretici et Mariomastigis pœna dira vltione.

CAP. IX.

NEstorius cum hostile bellum aduer Deiparam instituisset, adeò non imp nè tulit tantam audaciam & procac tem, vt fuerit à toto Concilio Ephesino a themati perpetuò traditus, ab Imperato quoque Theodosio in exilium actus, Epis patu suo Constantinopolitano planè spol tus, ac demùm coactus in exilio vitam abs uere calamitosam. Sed & blasphemam e linguam, miri carnifices corrosere vermes, si non corpus, nefandum nouæ impietatis ganum, à terra dehiscente absorptum, certe nima eius ad inferos vsque detrusa, meri blasphemiæ pœnas luit. Nicephorus autc scribit, Nestorium Theodosij Imperato iussionibus in extremis Thebarum oris, lo

ex loco mutantem, versatum esse. Vbi, inquit, terra rupta coopertus atque oppressus, vitam hanc pro eo atque blasphemiæ eius conueniebat, amisit: Arrius alter vltimo vitæ suæ actu habitus &c. Nicephorus lib. 14. cap. 36. histor. Ecclesiast.

Ioannes Moschus Euiratus in Prato Spirituali, ca. 46. De Abbate Cyriaco, qui à virgine Deipara reprehensus est, quod Nestorij libros, licèt ignoranter, domi suæ seruaret.

CAP. X.

ABbas Cyriacus, qui & lauræ Calomonis presbyter eximius fuit, de seipso testatus est, quod aliquam mulierem honesta facie præditam, & purpuram indutam per somnium viderit, dominam nempè nostram Dei sanctam genitricem, duobus viris illam comitantibus, qui & ipsi venerabiles & præclari esse aspectus apparent; vtpotè Ioannes Baptista, & alter eiusdem nominis Euangelista. Abbas igitur de cellula egressus, orare Deiparam cœpit, vt ad se ingredi dignaretur, ac sæpè hoc ab illa summoperè flagitauit, illa autem semper adnuente, atque hoc demùm respondente: Habes intra cellam tuam inimicum meum, & me illuc ingredi cupis? His dictis abcesit illa, & Abbatem valdè solicitum anxiumque reliquit, vt qui nesciret, de quo inimico sermo hic haberetur, veritus etiam, ne quid occulti fortasse criminis ipse in Dei-

param commisisset; cùm nullum alium in eo
dem cella commorantem haberet. Vnde in
graui mœrore ac luctu versatus est, quem vt ra
tione aliqua vel leniret, vel depelleret, codi
cem legendum sumpsit in manus, enmque à
Isychio presbytero Hierosolymitano, mutuo
acceperat. Cum euoluisset codicẽ, duos impi
Nestorij libros in fine vidit adiectos, ac sta
tim discussa velut nube, lucem veritatis aspe
xit, nihil vt dubitaret amplius superiorum
sermonem Dei inimico Deiparæ apud se lar
tantem ad hunc ipsum authorem Nestorium
pertinere. Abit igitur statim cũ libro, eum
bona fide restituit, ne talem Mariæ inimicum
apud se diutius esse pateretur. Accipe, inquit
frater librum tuum, ex quo plus ego detrimen
ti, quàm vtilitatis percepi. Cùm verò rem
mnem exposuisset, herus codicis zelo sanct
succensus, duos illos Nestorij libros exipsi
præcidit volumine, ac flammis vltricibus tra
didit, dicens: Non manebit in cella mea, D
minæ nostræ sanctæ Dei genitricis semperq
virginis Mariæ inimicus. Atque vtinam eo
dem zelo flagrarent omnes, qui hoc æuo
authores & libros similis farinæ incidunt
simulque curarent, vt istiusmodi scripta om
nia, quæ ad CHristi sanctorumque ignomin
am & bonorum offensionem faciunt, omnin
exploderent ac abolerent.

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium in Constantinon. Copron. & Eutropius lib. 22. rerum Romanar. in vita Copronymi, De Constantino Copronymo Cæsare ob illatam Mariæ iniuriam horrende castigato.

CAP. XI.

IMperator Cõstantinus Copronymus, adeò in Mariam petulans atq; conuitiosus erat, vt illius honori publicè detraheret, eamq; tam imbecillem faceret, quę nulli mortalium posset opitulari. Quid autẽ illius morte funestius? quid acerbius & violentius? Cùm iam Deo & hominibus esset inuisus, sub mortem carbunculi pedes eius inuaserant, & ardentissimis febribus vrebatur, quarum nullum à medicis remedium poterat excogitari, & elephantiæ morbus accedebat, & in extremam animi desperationem deuenerat, vt hinc miserabiliter vociferaretur, se viuentem etiam propter Mariam Deiparam igni inextinguibili traditum, in eumque coniectum esse. Tot morbi coëuntes, tam diei cruciatus velut Mariæ ministri blasphemum Cæsarem perdiderunt.

Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 33 histor. Ecclesiast. de vindicata diuinitus quorundam in virginem matrem blasphemia.

CAP. XII.

CVM Cæsar Mauritius imperaret, Grẽci quidam siue Gentiles, vt fit, in caupona suauiter compotabant, & lepidi, scili-

cet, esse non poterant, nisi inter compotãdu
conuicijs in Mariam iactis impurè certarem
En verò tibi æquum in Mariana causa vind
cem Deum, qui præcipuos huius nefariæ co
certationis authores, vt ne vnus quidem fa
uus euaserit, potenter arripuit, prostrauit, o
pressit, deleuit, rectaque ad inferos misit pe
petuò excruciandos. Hospes autem & Dom
nus ædium, in quibus blasphemi conuener
ab hac diuina punitione vix mansit immun
præsertim quod is conniuentia potius, qu
vt cæteri, ex destinata malitia deliquisset. C
non multò post nocte dormienti Dei ma
astare visa est, illique in memoriam reuoc
uit, quod blasphemos illos conuiuas in sui
dibus indignè tolerasset. Tum ille miser su
plex illi esse, veniamque delicti petere: &
tam citò morte mulctaretur, sed vt tempus
si pœnitentiæ relinqueretur orare. Virgo
turam se hoc ei, neque in præsentia ipsum
morte pœnas luiturum promittere: vim
aũt, quod manu gestare videbatur, genua e
circumcirca velut exarans circumscribere.
vbi factum, sacra virgo quidem non appar
amplius, sed ille somno discusso membra
quæ vimine notata fuerant, à reliquo corp
disrupta statim inuenit, & recentem inde s
guinem sensit profluere. Igitur in public
productus miser, fœdo & miserando hab
corporis non minus quàm oris sui testimo
veritatem publicè confirmauit, hocque iu

D

Dei iudicium omnibus promulgauit.

Ioan. Moſcus Euiratus in Prato ſpirituali cap. 47. & D. Pet. Caniſius li. 5. c. 20. operis Mariani De Gaiano Mimo, qui ob ſuas in B. Mariã blaſphemias ſemel atq; iterũ monitus eſt, ac tandem graniter punitus.

CAP. XIII.

CVM hoc miraculo planè cõgruit, quod Moſcus Euiratus in ſuo Prato, Heliopoli, quæ Phœnicis eſt ciuitas, refert accidiſſe. In hac, inqt, Mimus qdã erat Gaianus nomine, qui in theatro ſanctam Dei genitricem blaſphemans, populo ſpectaculum blaſphemiæ præbebat. Apparuit autem illi ſancta Dei genitrix, corripiens eum ac dicens: Noli quęſo, noli ita lędere animam tuam. Ille verò rurſum deterius illam blaſphemabat. Vnde ipſa tertio eidem apparẽs, eadem repetebat. Cùm autem ſe ille non corrigeret, ſed plus quoque blaſphemijs adijceret, meridie dormienti ſibi apparuit, nihilque dicens digito ſolo ſignauit eius manus & pedes. Euigilans autem inuenit ſe truncatum manibus & pedibus. Atque ita infœlix vt truncus inutilis iacens, confitebatur omnibus, cuius rei gratia, & quomodo hoc paſſus eſſet, vtque propter blaſphemias clementer cruciatus fuiſſet. His affine eſt, quod Vincentius Beluacenſis adfert: quendam apud Laſſentiam vrbem cùm in taberna luderet teſſera, ludumque ſibi inauſpicato videret cedere, benedicto ventri glorioſæ virginis *Par. 2. Spec. hiſt. libr. 8. cap. 104.*

ginis Matris maledixisse, & mox illum eodem loco subita & horrenda morte luisse pœnas, à quibus ad æternum supplicium haud dubiè raperetur. Nunc Euagrium quoque, & suffragantem ei Nicephorum audiamus.

Petrus Canisius lib. 5. cap. 20. operis de B. virgine Maria citans Euagrium & Nicephorum. De Praefecto Tyberij Caesaris, B. Maria correpto quòd blasphemo fauret, & de pœna Anatolij in Christum & Mariam blasphemi.

CAP. XIIII I.

TIberius Cæsar, qui proximè ante Mauritium regnauit, Imperialis Palatij Praefectum habuit, virum in cæteris excellentem, sed Anatolio in Christum & Matrem eius contumelioso male fauentem, vt causam eius defendere videretur. Fassus autem est hic Præfectus, vir minimè vanus, sibi Deiparam apparuisse, & secum grauiter expostulasse, hisferè verbis: Quousque tandem Anatolium propugnas, qui tam impudenter supradicto modum me & filium meum illudit? Hic enim Anatolius, vt paulò fusius historiam explicemus, quum Antiochiæ versaretur, nefandis deorum sacrificijs deditus, & maximis quibusque flagitijs coopertus, neque minus in diuina mysteria blasphemus fuit, quem idcirco Cæsar in vincula conijci, & ad se Constantinopolim adduci iusserat. Fortè tunc accidit vt imago sacræ virginis ex funiculo pende-

in carcere, quo concluſus erat idem Anatolius; in hanc igitur ille tot ſcelerum ſibi conſcius oculos conijcere, & coram ea ſupplicíter orare, veniamque petere, & externo quidem corporis habitu animi pœnitentiam ſimulare: ſed vt ea hypocriſi & ficto animo ſuperos fallere minimè poſſet. Cæterùm à Præfecto carceris alijſque multis, qui in cuſtodia tunc aderant, eſt animaduerſum, Deiparam in imagine dicta expreſſam, velut iratæ mulieris ſimilem, auertiſſe vultum, ac nullum Anatolij precibus tribuiſſe locum, quaſi blaſphemum & execrabilem hominem prorſus auerſaretur. Sed & eadem imago pijs in vrbe alijs eodem tempore per viſum oblata eſt, multis in eo tandem conſpirantibus, vt Anatolij tum in Mariam, tum in CHriſtum ipſum valdè contumelioſi horrenda impietas publicè vindicaretur. Proinde viſum eſt omnibus hunc facinoroſum ac impium è medio tollere, qui beſtijs expoſitus, ab ijſque deuoratus fuit: lupis etiam inaudita crudelitate in mortuum graſſantibus, quoniam rapaces beſtiæ cadauer impij detrahere, rapere, atque diſcerpere voluerunt.

Gregorius Magnus libr. 4. cap. 17. Dialogorum. De Muſa puella, quæ poſt apparitionem B. virginis nouum hominem induit, & paulò poſt ſanctè moriens, videt Deiparam virginibus ſpecioſis ſtipatam, cui ſe vocanti, mox è corpore emigrãs illa cõiungitur.

CA-

CAP. XV.

GREGORIus Magnus historiam de Mu puella memorabilem narrat. Huic ete sacra virgo & Dei genitrix MARI per visionem apparet, eiq; multas puellas co uas in vestibus albis ostendit. Musa illarum pectu & splendore delectata, libenter eis se aggregasset, sed cùm præ pudore non auder amanter à Deipara interrogatur, vellétne v cum alijs in hoc viuere gynæceo, & sibi q que deseruire. Cùm illa se velle respondis hoc vnum in mandatis accepit, vt maior vitæ ac morum indueret grauitatem, seq risu, iocis, omniq; leuitate puellari abst ret: ita demùm fore, vt die trigesimo pue alijs, quas præsentes aspiceret, consociare atque in suum ministerium cooptaretur. monitis paruit Musa, & deinceps supra tem ac consuetudinem grauiter sese ges subitò mutasse mores, & sicut aiunt, nuce liquisse videretur: Parentes etsi hanc adeo pentinam filiæ mutationem primùm adm rentur, tamen cùm factæ apparitionis a num intellexissent, puellæ instituto non re gnarunt, fidemq; certiorem narrationi cu præbuerunt, quod sequens mors filiæ trig mo die ex hac vita migrãtis visionem nó v esse monstraret. Moritur verò, Deipara sus apparet, speciosis illis puellis vt ann pata, quę Musam vt ad se veniat, vocare di tur. Mox puella quantumuis moribunda

lis reuerenter depreſsis, & aperta voce clamando reſpondet: Ecce Domina venio. Ecce Domina venio. In qua etiam voce, vt Gregorianis verbis vtar, ſpiritum tradidit, & ex virgineo corpore, habitatura cum ſanctis virginibus exiuit.

Gregorius Turonenſis lib. de gloria plurimorum martyrum cap. 8. De impio Iudæo ſuum filium in fornacem ardentem conijciente ob odium fidei Chriſtianæ, quem B. virgo in medijs flammis illæſum conſeruauit.

CAP. XVI.

IVdæi cuiuſdam vitriarij filius, cùm apud Chriſtianos pueros ad ſtudia literarum exerceretur, quadam die dum Miſſarum feſta in Baſilica Beatæ Mariæ celebrarentur, ad participationem glorioſi corporis & ſanguinis Domini cum alijs infantibus infans acceſsit. Quo ſancto aſſumpto gaudens ad domum patris reuertitur, illoque imperante inter amplexus & oſcula, quæ acceperat, cum gaudio refert. At ille CHriſto Domino ac eius legibus inimicus, ait: Si cum eis infantibus communicaſti, oblitus paternæ pietatis, ad vlciſcendam Moſaicę legis iniuriam parricidus in te durus exiſtam. Et apprehenſum puerum, in os fornacis ardentis proiecit, multaque ligna, quo vehementius exureretur, iniecit. Hoc cùm audiſſet mater, quod ſcilicet filium communem pater deliberaſſet exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cùm audiſſet incen-

cendia ab ore fornacis patulo huc atque illuc
flamma dominante respergi, ornatum capitis
ad terram proiecit, diffusaque cæsarie, se mi-
seram clamitans, ciuitatem vocibus implet.
At cùm Christiani quod actum fuerat dice-
cissent, concurrunt omnes ad tam iniquũ spe-
ctaculum, retractisque ignibus ab ore fornā-
cis, inueniũt puerum quasi super plumas mol-
lissimas decumbentem. Quo extracto admi-
rantur omnes illæsum: clamoribus locus ille
repletur, & sic Dominũ omnis populus bene-
dicit. Conclamant etiam, vt authorem huius
sceleris in ipsas proijcerent flammas. Pro-
ctum autem ita totum ignis absorbuit, vt vix
de ossibus paruum quodammodo relinque-
tur indicium. Interrogantes autem infan-
lum Christiani, quale ei inter ignes fuisset
vmbraculum, ait: Mulier, quæ in basilica illa
vbi panem de mensa accepi, in cathedra re-
dens, paruulum in sinu gestat infantem, hæc
me pallio suo, ne ignis voraret, operuit. Vnde
indubitatum est, beatam ei Mariam apparu-
se. Eandem historiam confirmat Glycas,
Menam Patriarcham adfuisse dicit, qui totā
rem exposuerit Iustino eius nomine secun-
Imperatori. Quis verò neget Deiparam hi
non solum adfuisse, vt puer in medio flam-
rum incolumis conseruaretur, hocque mira-
culo complures Iudæi, vt & factum est, ad ve-
ram fidem conuerterentur?

Petr-

Petrus Canisius Theologus lib. 5. cap. 21. de B. virgine Maria. Quomodo Deipara virgo Ioanni Patritio Romano & Liberio Pontifici apparuerit, & miraculo per niuem ostenso, locum nouo templo struendo demonstrarit.

CAP. XVII.

IOanni Patricio vereq; nobili Ciui Romano, glorioſa virgo per quietem oblata eſt, ſimulque monuit, qua ratione ſuas ille opes optime collocaret, ſicut ille iampridē ſcire deſiderabat. Atque vt certior conſtaret fides apparitioni, eadem virgo Liberio Pontif. Max. nocte aſtitit, & ſimilia monita repetiuit, magno miraculo ſtatim ſubſequente. Etenim in maximis illis caloribus, qui ardente canicula vrbē infeſtare ſolent, nix copioſa, & prorſus intempeſtiua cecidit, partemq; collis Eſquelini cōtexit, ſimulq; locum ad ſtructuram noui templi cōmodum demonſtrauit. Atque hoc fœlix illius Eccleſiæ principium fuit, quę cæteris omnibus ſub Mariæ nomine Romę cōditis præſtat, & ſanctæ Mariæ maioris titulo in hunc vſq; diem decoratur. Nec opus eſt hāc apparitionem ab Antonino alijſq; confirmatā oſtēdere, quam vniuerſaria feſti celebratio, à niue nomen accipiens, totq; retinens ſæculis, luculenter comprobat.

Nice-

Nicephorus Gregoras lib. 9 histor. Roman. Petrus Canisius libro citato cap. 22. De Imperatoribus Constantinopolitanis Andronico iuniore & seniore quomodo senior Andronicus clamore hostium perculsus, coram imagine Deiparæ virginis peruolutus, mox præsentem virginis opem persenserit.

CAP. XVIII.

QVVM iunior Andronicus, vt erat min ambitiosus, nocte per insidias Constan tinopolim occupasset, in magnos ange res auum ipsum, qui senior Andronicus di cebatur, venerandum certè senem, hac reg affectatione, & insperata vrbis occupatio coniecit. Qui auus cum aduentantium hos um tumulum & clamorem præter expectatio nem nocte sensisset, de lecto prosilijt pertu batissimus, præsertim quod nec duces, nec m lites ad defensionem parati adessent, ac ip humana quidem ope se prorsus destitutu cerneret. Habebat autem in Palatio secum quam dixi Deiparæ imaginem, adquam tanto discrimine sibi confugiendum putau vt optatã & necessariam opem per Mariæ p trocinium diuinitus impetraret. Itaq; cor hac ipsa imagine tunc humi prostratus, m naque fiducia vsus, ardenter cum lachryma obtestari pergit; ne virgo mater periclita tem se deserat, nouem sicariorum ensibus m serum obijci sinat. Nec vana fuit obtestatio sed subitam opem virgo attulit, vt omni me

& periculo senior Andronicus liberaretur, suumque nepotem contra spem valdè humanum statim experiretur. Is licèt noua victoria elatus esset, tamen cùm primum in palatium ingrederetur, religione commotus, quoniam venerabilem Dei genitricis imaginem adesse cognouit, hanc imprimis veneraturus accessit. De hoc eodem Andronico seniore idem Nicephorus Gregoras refert lib. 9. quod cùm imminente sibi propter frigidi potus & testaceorum vsum morte, propter intempestam noctem neminem reperiret, qui sibi diuina mysteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clausis: surrexit, & gratias egit Deo, & pro salute animi sui, cum multis lachrymis & genu flexionibus deprecatus est. Deinde sacram Dei genitricis imaginem, quam in sinu gestabat, loco diuinorum mysteriorum in os inseruit, cumq; in lecto cõsedisset, priusquàm diluxisset, est defunctus.

Pius Andronici Imperatoris obitus.

Petrus Canisius ibidem ex Sigonio & aliis historicis de imagine B. virginis per Lucam Euangelistam depicta, eademq; iussu Gregorij Magni Romæ in supplicatione circumgestata, miraculosaq; liberatione subsecuta.

CAP. XIX.

GRegorius cum sæuissima pestis Romæ sæuiret, ac multæ simul aliæ calamitates accederent, religiosam in die resurrectionis supplicationem instituit, & virginis

De hac imagine vide latius in vita S. Dominici l. 2. c. 5. & 8. in Surio S. Augusti.

Dei genitricis imaginem in publicum effer
curauit, piamque circumgestationem De
præsenti miraculo comprobauit. Etenim qu
cunque ferretur imago pestilentis cœli gra
tas depulsa, & optata salubritas in vrbe con
cuta est. Vbi gratulantibus omnibus Deo, ec
ibi angelus, qui sanctam virginem his voc
bus è cœlo alloqueretur: Regina cœli læta
alleluya. Quia quem meruisti portare alle
ya. Resurrexit sicut dixit alleluya. Quam o
tionem simulatque Gregorius coram audi
diuino spiritu statim excitatus, eam in hu
modum expleuit: Ora pro nobis Deum a
luya. Quod canticum inde solenne manse
Ecclesia, & Paschalis lætitiæ argumentum,
cõfirmatio quotannis esse consueuit. Eand
historiã à veteribus acceptam, Sigonius q
que confirmat.

Vnde fluxerit initiũ illius cantici, Regina cœli lætare &c.

Constantinus Cypri Episcopus in Concilio
cæno 2. action. 4. De quodam Cypri
imaginem Deiparæ violans, meritas
suæ impietatis pœnas.

CAP. XX.

FVit vir Cyprius in vrbe Constanti
mentarius, qui orandi causa in virg
Deiparæ sacellum concesit, atque c
inter orandum suspiceret, imaginem virg
ex coloribus in parietibus expressam anim
uertit, ac indignabundus dixit: Quorsum h
Statimque stimulo, quo boues agebat subl
eidem imagini virginis dextrum oculu

ruit. Egressus porrò, dum fortè pecus ad maturandum iter pungit, ecce stimulus confringitur, & ea pars, cui ferrum erat infixum, in dextrum hominis oculum rectè inuolat, ac miserum oculo priuat. Narrat hoc Constantinus sanctissimus Cypri Episcopus, coram toto consessu Patrum, verbisque disertis adiungit: Hunc ego Constantinus virum vidi, vnoculum etiamnum ex hac causa esse cognosco.

Ioannes Moschus Euiratus in Prato spirituali cap. 180. Citatur à Petro Canisio loco superius adducto, De Ioanne Anachoreta, qui se virginis Deiparæ apud imaginem eius commendans, post reditum candelam semper ardentem inuenit.

De authoritate & antiquitate huius libri vide Aloysium Lipoman. in præfatione eiusdem.

CAP. XXI.

IOannes Anachoreta vir magni nominis, & præcipuę sanctitatis, qui senex in spelunca quadam vixit circa villam, quæ dicitur Sochus, viginti propemodum miliaribus distans ab Hierosolymis, habebat in sua spelunca Deiparæ ac Dominæ nostræ semperque virginis Mariæ imaginem, eaque matrem Christi filij gestatricem exprimebat. Qui senex, si quãdo religionis causa vellet aliò proficisci, & loca veneranda petere, quod illi erat perquam vsitatum, de more candelam coram eadem imagine incendebat, & precatione facta Deo sese, iterque suum commendabat, simulque in ipsam Deiparæ imaginem intuens, his

verbis vtebatur: Sancta Domina noſtra Dei g
nitrix, quia longum iter facere ſtatui, ac m
tis diebus abeſſe cogor, tu candelæ huius ha
curam, eamque, ne extinguatur, iuxta me
deſiderium ſerua. Te quidem comite & ad
uante hoc ingredior iter. Hęc vbi dixiſſet in
gini, in viam ſe dedit, & itinere confecto
mum poſteà redijt, ita vt aliquando vnum, f
pè duos, etiam vel tres, imò quinque &
menſes abeſſet. Semper autem in reditu c
delam inuenit integram & ardentem, ſicut
lam ante iter ſuum accenſam reliquerat,
vnquam vidit extingui. Id quod citra euid
miraculum fieri neutiquam poterat, Dei ha
dubie per Deiparam hoc prodigium
rante, ac piam ſancti ſenis fiduciam corro
rante.

*Idem cap. 45. Prati ſpiritualis, De imag
virginis Deiparæ, quam ne monachus ve
raretur, dæmon diſſuadere ſtudet, pron
tens deinceps ab eo impugnando deſi
turum.*

CAP. XXII.

Hanc hiſtoriam ex Prato ſpirituali refert D. Ioan. Damaſc. lib. 1. de Imaginibus.

MOnachus quidam ſolitarius, & i
nis CHriſti pugil, iamque grand
in monte oliuarum habitabat, &
impuro ſpiritu fornicationis acriter imp
nabatur. Qui cùm vehementer infeſtare
eiulare demum cœpit, ac dicere infeſtanti
moni: Quouſque tandem miſſum me no
cies? recede à me, qui mecum quaſi conſer

sti. Dæmon verò illi se visibilem exhibens hoc modo respondit: Iura mihi, te nemini mea verba, quę dicam, renunciaturum, ac deinceps te oppugnare desinam. Iurauit senex de seruanda fide silentij, ac dixit: Per illum, qui in altissimis habitat, & ea quæ dixeris mihi, nemini reuelabo: Tum ille, Noli, inquit hanc imaginem adorare, & ego à te impugnando desistam. Habebat enim senex eo in loco imaginem, quæ Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis Mariæ CHristum IESVM Dominum nostrum circumgestantis figuram exprimeret, quam & solitus erat venerari. Hoc audito senex deliberandi tempus postulauit, remque omnẽ die sequenti exposuit Abbati Theodoro Aeliotæ in Laura Pharan tunc habitanti. Is monacho respondit: Verè illusus es, domine Abba, & peccasti iurando dæmoni: sed quod arcanum aperueris, rectè à te factum est. Cæterùm in quodlibet huius vrbis lupanar ingredi te præstat, quàm vt Deum ac Dominum nostrum IESVM CHristum vnà cum matre sua desinas adorare. Atque in hanc sentẽtiam plura exposuit, eiusque monachi discedentis animum in hoc adorandi instituto benè confirmatum reliquit. Redijt igitur ad monachũ dæmon, & cum illo expostulans dixit: Quid hoc rei est senex nequissime? Itane seruas mihi fidem etiam iuramento firmatam de arcano reticendo? equidem hoc tibi affirmo fore, vt in die iudicij Deum iratũ sentias, & huius

periurij pœnam exoluas. Respõdit monachus Me quidem iurasse scio, sed nihilominus Dominum & creatorem adorare pergam, tibi vero nõ obsequar, quidquid etiam promiserim. Hanc historiam qui velint improbè carpant & calumnientur, nos eam certò à grauissimis patribus septimæ Synodi iam pridem approbatam habemus.

Ioannes Zonaras lib. 3. Annal. & post eum Petrus Canisius libr. 5. cap 22. operis de virgine. Dæmon per duos profugos Iudæos hortatur Leonem Isaurum Imper. vt imagines Christi ac B. Mariae vbiq; ex templis eliminet.

CAP. XXIII.

Dæmonis proprium est homines à pio vsu sacrarũ imaginum reuocare.

PESTilentior adhuc, longeque versutior dæmon ille fuit, qui duos Iudæos ex Arabia profugos & impostores ad Leonem Isaurum Cæsarem salutandum extrusit, ac per hosce suos legatos, vt Cęsar Nazareni, eiusque genitricis ἐκτυπώματα, id est, imagines & effigies de templis vbique tolleret ac deleret, omninò persuasit. Tantum enim horum Iudæorum oratio, loquente nimirùm per eos dæmone, valuit, vt ex eorum consilio vsus & veneratio sacrarum imaginum eundem Leonem hostem habuerit acerrimum, qui multis deinde annis vt fœdissimam, ita & crudelissimam exercuit Theomachiam: quoniam sacratas imagines omnes de templis sustulit, ac earundem prohibuit venerationem, tabe tandem dis-

diſenteriaque conſumptus, magna etiam Reipublicæ perturbatione ſtatim conſequente. Nec minus triſtes exitus habuêre ſucceſſores, qui Leonis huius impietatem æmulati ſunt, Copronymus, Leo quartus & quintus, Michael Traulius, Theophilus ac huius filij, quos in Marię ſanctorumque imagines dirè graſſantes diuina percuſsit vltio, vt omnes miſerandum interitum ſortirentur.

Petrus Caniſius eodem libro cap. 24. De Conſtantinopolitanis, qui à Saracenis obſeſſi. Deiparae imaginem in publicam proceſſionem adducentes, S. virginis patrocinio liberantur.

CAP. XXIIII.

COnſtat Imperatores Byzantinos in extruendis, ornandis ac venerandis Marię templis, nullis peperciſſe ſumptibus, curamque diligentem adhibuiſſe. Vnde cum Byzantini ſuam vrbem à Saracenis aliquādo grauiter obſeſſam cernerent, & hoſtes magnoperè formidarent, non ſine ieiunio & oratione virginiſque matris patrocinio fœlicem belli ſucceſſum & exitum ſibi auſi ſunt polliceri. Itum igitur eſt ad ſacram ædem, quæ propè S. Sophiam extabat: illinc Deiparæ imago, quam Lucas depinxerat, reuerenter accepta, & in publicam ſupplicationem ſiue proceſsionem adducta, ſed & hebdomadatim per totam vrbem feria tertia religiosè admodum circumgeſtata eſt. Ita demum optata de Saracenis ho-

ſtibus victoria, qui miſerè perierunt, ſicu
Vincentius refert, lætè ſucceſsit, haud dubi
Maria hiſce ſuis ciuibus, totiq́ue vrbi patro
cinãte. Simile exemplum refert Nicetas Cho
niates lib. 5. Annalium de Manuele Comneno
Imperat. Conſtantinopolitano, qui cùm in
genti prœlio contra Hungaros feliciter d
micaſſet, Deoq́ue gratijs actis, triumpharet
Imperatorem ipſum, inquit Nicetas, quadri
gæ argenteæ auratæ, cum equis niue candid
oribus præcedebant, quibus impoſita erat im
go inuictæ adiutricis & inſuperabilis com
militonis matris Dei. Neque verò axis ma
num ſonuit, quia non vehebat acrem Dea
Mineruam, quæ falsò virgo dicitur: ſed veram
virginem, quæ verbum inexplicabili ratio
per verbum peperit. Eum currum Imperato
ris propinqui & amici, Senatus, viri Magiſtra
tibus & dignitatibus inſignes ponè ſequeba
tur. Deinde ipſe Imperator prodijt, equo
roci inſidens, vir inclitus & maximus, or
mentis illuſtribus inſignis, comitante Con
ſtephano triumphi auctore, qui ob victoria
& rem benè geſtam celebrabatur. Magnum
templum ingreſſus, Deoq́ue coram omni po
pulo laudato, in palatium pergit, &c. Sic &
ſtinianus Imperat. cùm Aphricam nonagin
quinque annis Vandalorum iugo duriſsim
preſſam, breui tempore in libertatem vend
caſſet, atque hoc nomine Deo præpotenti gra
tias ageret, ſubiungit: hoc etiam deprecan
ea

Imago S. Ma riæ in triumphum ducta

Vide li. 1. C. de offi præfecti prætor Aphricæ.

exoramus sanctæ & glorioſæ ſemper virginis & Dei genitricis Mariæ precibus, vt quicquid minus eſt Reipublic. noſtræ per nos vltimos ſeruos ſuos, reſtituat in ſuo nomine DEVS, & dignos nos faciat ſeruitium eius adimplere, &c.

Iuſtinan. Imp. inuocat opē Deiparæ virginis.

Amphilochius in vita D. Baſilij Magni & Petrus Caniſius loco citato. De Baſilio Magno, qui populo in templo virginis precante, vidit S. Mercurium à B. MARIA miſſum ad Iulianum Caeſarem occidendum.

CAP. XXV.

IVlianus apoſtata ſæuiſsimus Eccleſiæ hoſtis ad bellum Perſicum profecturus, nō ſolùm Baſilio, ſed etiam eius populo, cùm primū rediret ab hoſtibus, extrema fuerat interminatus. Quare vir ſanctus vt ſuos non parum pauidos aduerſus tyrannum immaniſsimum tueretur, ieiunium populo triduanum indixit, omneſque in templo Deiparæ virginis, quod in monte Dydimi ſitum erat, precandi gratia congregauit. Erat autem in eadem Eccleſia S. Mercurij martyris corpus reconditum, qui per quietem Baſilio ſeſe obtulit, planeque affirmauit, ſe feciſſe, quod à Deipara iuſſus eſſet: nimirùm vt de Iuliano ſumeret pœnas, illiq; communi hoſti vitam tolleret. Baſilius non potuit de apparitione non mirari, dictique martyris monumentum in Eccleſia notum adijt, & quæ prope pendebant arma eiuſdem

tunc abesse sensit, sed paulò post lanceam ex Iuliani sanguine rubentem illic restitui, ali quoque deprehenderunt. Habuit ergo fidem Basilius factæ apparitioni, & terrefactum ad huc populum benè sperare iussit, simulque illos de morte tyranni Iuliani certiores red didit, vt cuncti gratias clementissimo Deo a gerent, qui summo discrimine ipsos & Eccle siam tam benigne liberasset. Nec multò post euentus docuit Basilium vera dixisse, & histo riam Libanius Iuliani quæstor Cæsaream v niens confirmauit, qui in Persico & postrem illo Iuliani bello corã interfuerat. Narra .n. ignotũ quendã militẽ cũ armis in excub apparuisse, q. lãceã valide vibrãs, terribili i petu cõfoderit Iulianum, quiq; mox abscess nusquã comparuerit, cùm ille blasphemus terim dirè vociferans expiraret. Tantam mùm vim habuit communis illa precat quæ authore Basilio instituta, & inuocatæ ginis patrocinio corroborata fuit, nimir vt grauissima Ecclesiæ pestis Iulianus è me tolleretur, & pius populus ab irati tyra sæuitia illęsus persisteret. Eandem narrat nem post Amphilochium repetunt Fulb tus, Antoninus, Nauclerus: alijque comp res multa id genus exempla de Marię temp & factis ad illa peregrinationibus, accep que beneficijs, coniunctisque miraculis p clarè scripserunt.

In serm. de Deipara par. 4. summæ tit. 5.

Ex historia Belli Liuonici, De quadam matrona Lutherana, quæ sacro assumptæ virginis matris die volens balneum sibi parari, miraculosa ædium suarum conflagratione diuinitus punita est, lignis ad balneum congestis, penitus incombustis.

CAP. XXVI.

ANNO 1556. ipso assumptæ virginis matris die, Terpati sacerdotes ex recepto Ecclesiæ more diem illum solēnem habebant, & magno, vt solet, cum apparatu, & crebro campanarum pulsu diuinum cultum peragebant. Eam celebritatem & reuerētiam virgini matri ad summi numinis honorem exhibitam, cùm matrona quædam impendio inuideret, mandat pedissequæ, vti balneum adparet, caminum instruat, se cum marito lauari decreuisse. Illa solennis festi dominam submonere, vtque alium in diem transferat, rogare. Matrona repentè excandescens, quid, inquit de Maria narras, fuit illa mulier similis mihi, nec vllius potentiæ aut gratiæ prærogatiuam habet, tu iussa mea exequere. Famula ne dominam grauius exacerbaret, imperata perficit. Vbi ad caminum ventum est, arida ligna, quæ alioqui haud difficulter flammam excipiunt, nulla ope, nullis nutrimentis accendi potuerunt. Illa vbi se vndique vertit, laboris frustranei pertæsa, tectum omne ardere conspicit, nec vlla vi, flammam extinguere valet. Ignis primùm ipsum balneum vastat,

mox

mox duas contiguas ædes ingenti ciuium om-
nium terrore populatur. Confluit extemplo
vniuersum vulgus, & vix tandem latius serpe-
re incendium prohibent. Postero die lignorũ
fasciculus, camino ingestus omninò incombu-
stus comperitur.

Thomas Morus libr. 1. Dialogor. cap. 16. &
refert Laurentius Surius in Chronicis, D
puellaquadam nobili cum alijs quibusdam
à Dæmone obsessis apud imaginem B. virg-
nis Ippisuntchij liberatis.

CAP. XXVII.

AIT Thomas Morus loco citato, se plera-
que suæ ætatis cõmemorare posse mira-
cula, q̃ ad imagines quas solẽt homines
pij etiam peregrè inuisere, edita sint, tam a
omni suspicione aliena, tamque amplis fide
testimonijs, vt qui ea velit reuocare in dub-
um, is non multum ab insania abesse videa-
queat. Interim vnum recitat admodum illu-
strè, quod ante paucos annos in cuiusdem vi-
nobilis Rogeri Vuentunorthi aliquot pro-
declaratum sit diuinitus, Præcipuè autem
vnam ex filiabus eius, annorum non ampli-
duodecim, quàm malus dæmon inuaserat,
multis modis diuexârat. Erat illa iam mente
inops, deliransque procaciter, & petulans
in Deum ipsum incurrebat, execrabaturque
res quasque precibus sacratas, & quod mirum
est, facilè etiam nullo indicante à non con-
cratis illas internoscebat. Fiebant hæc pro-

dubiò illo efficiente, qui puellam occupabat: interim verò tum ſua voluntate, tum diuina admonitione permota eſt, vt ad S. Mariæ Ippiſiuntchij (eſt hoc Angliæ oppidum) accederet. In illo autem itinere quæ id temporis alibi dicerentur & fierent, citra mendacium edicere potuit, multaque rapta in ecſtaſin rara & ſublimia promebat, licèt ipſa eorum rudis eſſet & imperita, vt etiam viri doctiſsimi non mediocriter admirarentur talia ab illa dici poſſe. Vbi porrò ad locum ventum eſt, erat ibi imago beatiſsimæ virginis Mariæ. Coram ea dum illa puella ſiſtitur, aderant perplures ſplendidi ac nobiles viri, & ecce ab illo tetro ſpiritu horrendum in modum dilaniatur, facies & oculi terribilem in ſpeciem transformantur, os cõtorquetur & diſtenditur, oculi in maxillas prominent, vt ſine horrore nemo eam poſſet intueri. Aderant & aliæ perſonæ, in quas permittẽte Deo improbus Sathan mirabiliter ſæiuebat. Atqui mox omnes illæ vnà cum puella perfectæ ſunt redditæ ſanitati. Huic tanto ſpectaculo aderant parentes puellæ, homines & ordinis ampliſsimi equeſtris, & rebus locupletes: aderant & alij permulti magnæ dignitatis, prudentiæ & experientiæ. Aberat verò omnis fingendi vel ratio vel ſuſpicio, tum quod puella eſſet tenera ætate, tum quod rei ipſius immanitas & horrenda ſpecies omnem excluderet ſimulationem. Cernens autem puella ſe liberatam, licèt pater oblu-

ctare-

ctaretur, mundo huic ilicò nuncium remb-
sit, & in Cœnobio benè instituto sanctarum
virginum religionem professa monasticam,
piè & sanctè vixit.

VVilhelm. Lindanus lib 2. cap. 2. de fugiendis idolis pag. 139. à puerperis D. virginem rectè invocari, & quomodo puerpera quædam B. virginis venerationem non sustinens, divinitus punita sit.

CAP. XXVIII.

QVando ad solatium puerperarum pi-
cõueniunt matronę Christianę, solem-
de more laudatissimo coram imagine
D. virginis inuiolatæ matris Mariæ Christum
gestantis honoris simul & inuocationis gra-
tia candelam in fidei suæ, lucisque animorum
symbolum accendere, vt suis precibus DEVM
puerperę faciant propitium, ne aut abortiant
aut infœliciter pariant. Contigit annis supe-
rioribus, quandam mihi notissimam (quæ
matris suæ nomine iam pridem non audiebat
benè in causa religionis) puerperio laboran-
conuocantur cognatæ, affines, & vicinæ, vt
more Hollandico fieri solet. Vrgentibus pu-
erperij doloribus, candela imagini B. Mariæ
vt solet à quadam cognatarum accenditur. Pu-
erpera sui venoni, quo à teneris infecta labo-
rabat, non oblita, in illam cœpit excandesce-
re, quæ candelam D. Mariæ accenderat, excla-
mans, subinde tollendam esse: neque se ferre
posse honorem illum imagini fieri, qui DEO
debe-

debebatur. Vbi exclamare misera non desinit, irruunt dolores sensim acerbiores, puerumque tandem enixa est ita miserum, vt frustulatim in lucem fuerit editus (quemadmodum mihi oculata testis narrauit) incredibilibus impiæ matris cruciatibus, & intolerandis tormentis. Neque sane à fide alienum videri homini Christiano debet, B. Mariam sine dolore puerperam, sine mœrore matrem, sine corruptione virginem religiosè ad auxilium de more inuocatam singulari solatio succurrere.

D. Vilhelmus Lindanus in Apologetico 2. religionis Catholicæ cap. VI. De quadam puerpera D. virginem per blasphemiam, scrofam appellante, quæ mox diuinam persentiens vltionem, nigellas vno infelici partu edidit scrofulas.

CAP. XXIX.

MOtibus illis eo Goesseorum anno vixdum exortis, muliercula quædam oppido Hollandiæ aspera parturire cœpit: conuenêre vicinæ atque cognatæ: vbi illa eniteretur difficilius, & grauissimè non minus quàm periculosissimè laboraret, vna circumstantium pro ex more puerperam admonet, vt D. virginem Mariam inuocaret auxiliatricem. Cui illa, Quid mihi istam, inquit, dicis scrofam: Erat namque infœlix Anabaptistarum delirijs capta, qui supra omnes ferè diuos vnam illam sanctorum sanctam Deiparam

ram virginem Mariam execrantur, oderunt-
que infensius. Verùm quidnam acciderit, ac-
cipe. Pro maledicti blasphemia, fuit & De
plaga, qua nefariam suæ matris vindicauit co
tumeliam. Actutum enim illa misera, quæ s
crosanctam virginem Dei genitricem MA
RIAM impuræ suis nomine blasphemara
nigellas aliquot in lucẽ edidit, sed emortu
tuas suculas.

Qua arte aduersarij Theomachi Dei miraculũ stu pẽdũ conabãtur obruere.

Vnum hoc exemplum, vt Catholica
nostram de pia sanctorum inuocatione d
ctrinam solidè iuxta ac liquido confirmati
insanam istorum sacrilegorum iconoclas
rum & hagiomachorum euertit Theomach
am. Quod aduersarij cùm probè haberent p
spectum, collecta his super gestis informat
ne, productaq; testium, quam vocant iurisp
riti, turba, rem longè verisimam, & in vulg
notissimam suo percallido frustra conabo
rur obruere mendacio. Illos enim testes au
re non dignabantur, qui de paradoxi huius
erperij monstro comperta, visaque dicere
tuissent, vti ex ore Notarij N. fide digni
mus nobis narrauit, alijs plurimis audien
bus. Lepidum verò illud, nec minus falsi
quod in istos veritatis hostes dictitabat No
rius. Cùm enim varios conuocarent, vere
exquirerent testes, ad rei tam memorabilis
dem semel obruẽdam, Vos illis videmini p
similes. inquit, qui de fure apud ostiarios p
cunctantur, quẽ per posticum sciunt elapsu

Exem

Exemplum memorabile de quodam molitore, qui posteaquam toto triennio per paralysin omnium membrorum suorum officio destitueretur, tandem à beata Dei genitrice visitatus, & paulò post curatus est.

CAP. XXX.

VEnerandus doctrina & pietate vir Dominus N. ob insignem animi candorem & pietatem omnibus charus, mihi exposuit, se ante annos circiter triginta nouisse quendam molitorem in pago Lubeke propè Teneremundam in Belgio, qui cùm honestè inter suos viueret, eaque morum facilitate polleret, vt omnes eius desiderio tenerentur, tandem in grauissimam paralysin incidit, qua toto triennio ità detinebatur, vt omniũ membrorum officio destitueretur. Itaque cum celebriora festa, & præcipuè D. virginis solennia ex more celebrarentur in Ecclesia, diutini sui languoris pertæsus, crebrò sacratissimæ Dei genitricis opem implorabat, eidemque cum gemitu & suspirijs conquerebatur, quod suæ sacræ festiuitati ianĩ interesse non posset. Quod cùm sæpius deuotè factitaret, tandem noctu D. virgo cubiculum eius ingressa est, habens in comitatu complures virgines sacras, iam in cœlestibus triumphantes, quæ omnes admirabili fulgore & incredibili venustate, & cubiculum totum illustrabant, ipsumque infirmum ineffabili gaudio recreabant. Inter quas singulari splendore & pul-

I chri-

chritudine immensa præeminebat sacratiss
ma virgo Maria. Quanquam & reliquas virg
nes omnes, (mente ex præsenti lumine diu
nitus illustrata) earundemque nomina & f
tum luculenter discernebat, Moxque molit
vxorem sibi accubantem compellat, vt è so
no excitata, tam iucundæ visionis & admir
bilis splendoris particeps fieret. Illa verò g
uior somno diuinitus detinebatur. Porrò
virgo infirmum alloquens, ait: audiuisse seg
mitus & suspiria ipsius, & nunc tandem e
voti sui compotem fore, cùm primùm se
Ecclesiã ad altare B. virginis deferri curar
Nota. Multa deinde ipsa B. virgo eidem infir
prædixit de impendentibus toti Belgio pla
ac grauissimis tempestatibus, prohibens
quicquam de illis arcanis cuiquam homin
reuelaret. Posse tamen ac debere eum om
ad meliorem vitam ac pœnitentiam hort
si fortè plagæ imminentes, vel auerteren
vel Dei misericordia mitigarentur. Mol
ea visione recreatus, paulò post rogat se de
ri ad Ecclesiam. Ad quam delatus, ait gest
bus, vt dimittatur. Dimissus, mox quinde
gradus, per quos ad crepidinem altaris sa
tissimæ virginis accessus erat, solus ascend
iam inde ab eadem hora integram incolu
tatem, omniumque membrorum suorum
ficia recepit. Ille verò deinceps religios
mam & sanctissimam vitam ducere incep
assiduè in templo versans, orationi & re
di

diuinis vsqueadeò intentus, vt ex oculis totoque vultu omnibus patefceret, eum assidi è cœlestia ac diuina meditari, fatebaturque se alacri animo geniculatim reptaturum Romam vsque, vt vel modico tempusculo, eadem tam amabili ac iucunda luce, tamque desiderabili tot sacratissimarum virginum aspectu denuò potiri posset. Porrò venerandus vir Dominus N. qui hæc ex ore ipsius molitoris audiuit, cùm aliquotiens in concione suis auditoribus hanc tam amabilem historiam exponeret, vidit multos auditorũ præ gaudio ac desiderio rerũ cęlestiũ in lachrymas solui.

Simeon Metaphrastes in oratione de ortu, educatione ac decessu sanctissimæ Deiparæ virginis. Iudæus quidam irruens in sanctum grabatum quo corpus exanime sacratissimæ virginis deportabatur, diuinitus abscissione manuum punitur, idemq; post actã pœnitentiam sanatur.

CAP. XXXI.

CVM diuina arca sacratissimi corporis intemeratæ virginis, ex Sion Apostolicis vecta manibus humeris ad sacrum Bethsemanæ prædium exportaretur, accidit huic pulchræ & diuinæ rei graue quidẽ, quid & odiosum, non tamen silentio, sed memoriæ mandandum: & ad gloriam quidem & laudem piorum, dedecus autem impiorum, qui infidelitatis malum semper sectantur. Cùm hoc sacrum & impollutum corpus in Bethse-

mane efferretur; vbi ſepulchro tradi Deipar
ipſa præceperat, Iudæis, qui ſemper fuerun
repleti inuidia, ne hoc quidem ſuccurritu
cere, ſed ad eius quod fiebat, ſplendorem cla
dere oculos, & ad eius innatum motum anim
erumpere. Qui erat ergo alijs inſanior & im
pudentior, is cùm venerandum portaret
grabatum, in id irruit plenus inconſidera
impetu & furore. Eius autem ſcopus era
hunc ſacrum lectum in terram allidere, & v
li afficere iniuria, vt qui eſſet vir inſigni auc

Vltio diuina in ſacrilegum tudeum.

cia. Non neglexit autem diuina iuſtitia; l
manus, quæ grabatum apprehenderant, ex
nis protinus fuerunt abſciſſæ. Verùm qua
partu gaudio totum orbem terrarum exp
uerat, non erat vlli omninò in morte fun
cauſa moleſtiæ. Cumque qui paſſus fuer
eſſet quidem improbus, non tamen omn
eius improbitas videretur inſanabilis, ex
quæ erat paſſus, iuſtam eorum, quæ malè

Is iterũ poſt actam pœniẽtiã ſanatur.

ſerat, petijt pœnitentiam. Et quoniam c
bat manibus, nec eas poterat ad preces ex
dere, emittit lachrymas ex oculis, & ſic p
curationem. Diſciplinam autem vide ſi
& medicationem. Statim ij quidem, qui
ctum ferebant, conſtiterunt: accedit ver
qui paſſus fuerat ſectionem: & quæ ampu
fuerant, partibus vlnis applicatis (hoc au
iuſſerat Petrus) ſtatim conſecuta eſt manu
curatio.

Ioa

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De Ioanne Zimisca Imperat. cui D. virgo victoriam contra Rossos per S. martyrem Theodorum obtinuit, & de gratitudine Zimiscæ erga S. Theodorum & B. virginem.

CAP. XXXII.

IMperatore Ioanne Zimisca contra Rossos prœliante, cùm diu victoria anceps esset, Romani diuinitus adiuti esse perhibentur. Nam & procellam Scytharum facies verberasse, & quendam in equo à multis visum, qui Romanos defenderet, & Barbarorum Phalanges conturbaret. Eo porrò die memoria Theodori ducis insignis martyris celebrabatur. Theodorum porrò ducem Romanis contra Barbaros auxilio fuisse, ex eo cognitum est. Muliercula quædam Byzantia, religiosa & modesta, pridie illius pugnæ in somnis, sanctam Deiparam procedere cum magno comitatu videre visa est, ac dicere: Domine Theodore, meus & tuus Ioannes grauia certamina sustinet, properè igitur illi opem ferto. Id somnium ea quibusdam aperuit, qui die notato, cœperunt, id pridie postremæ pugnæ contigisse. Imperator verò & martyri pro nauata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaniæ, siue Euchaitæ struxit, vetere diruto, in quo corpus eius multis certaminibus defunctum repositum erat, & vrbem veteri nomine abolito, Theodoropolim appellauit. Bello Rossico ad hūc modum

Theodorus martyr Romanis auxiliatus.

Gratitudo Imperatoris erga S. martyrem.

confecto, Imperator Byzantium reuersus, ab omnibus ordinibus splẽdidè excipitur. Nam & Patriarcha cum omnibus sacerdotibus e obuiam est progressus, & Senatus & popul coronas offerentes, & currum cum quatuo albis equis, rogaruntque, vt eo conscenso, tri umpharet. At ille coronas accepit, & equ singulari candido triumphauit, & vestibu Bulgaricorum regum currui impositis, supr que eas imagine Deiparæ collocata, curru anteceſsit: Postmodum quoque CHristi fe uatoris templum in Chalce magnificum e truxit.

Imper. Deiparæ imaginẽ currui triũphali & vestibus hostiũ superimponit

Petrus venerabilis, Abbas Cluniacens. libr. cap. 29 miraculorum. De mirabili visi fratris cuiusdam Carthusiani, quem à d monibus grauiter angustiatum, virgom ab eorum impetu vindicauit, & quad eum documenta obseruare monuit.

CAP. XXXIII.

MVlta quidem in sacro ordine Car sienſi miracula contigisse: à plur accepi. Sed quia ipsi humilitatis tute: qua semper serui Dei miranda opera quanto possunt nisu, occultant: vix aliqui his prodere alicui voluerunt: rara imm risima, quibus omnimoda fides accõmo da esset, ad me miracula peruenerunt. Qua men absque dubio certa comperi: tacere volo nec proposui. Fuit ex eorum numero quidem monachorum, sed conuersorum,

uersus quidem humilis genere, iuuenis ætate, sed moribus generosus, & vitæ sanctitate prouectus. Hic toto studio, obedientię, humilitari, mortificationi, omnem quam poterat operam adhibens: mundum sibi seque mundo, non solùm crucifixerat, sed etiam sepelierat. Amori diuino, & specialiter memorię matris Domini, ita totum se vouerat, vt à bonis viris ipsum vitamque eius cognoscentibus, nihil scire iudicaretur: nisi CHristum IESVM, & hunc crucifixum: sacramque ipsius crucifixi matrem: ac perpetuam virginem: humanæ salutis singularem, post domini amatricem Mariam. His studijs à conuersionis suæ principio cœptis: magis ac magis insistens, & in hac nostra iuxta Psalmum lachrymarum valle: de virtute in virtutem proficiendo: assensiones in corde suo disponens, antiqui & communis hostis inuidiam contra se velut nouam ac specialem cõcitauit: nec iam occultè, sed palam, quantum perditus ille perditionis humanæ sit auidus, ex se ipso monstrauit. Iacebat quadam nocte in cella, sibi vt talium mos est, ad laboris solamen & orationis secretum designata. Et ecce in multo iam processu noctis, ipsi adhuc vigilanti, & cœlestia meditanti, dęmonum turba in specie porcorum agrestium apparuit. Furebant vbique per totam cellam, & discursu insano, rictu horrendo, dentibus lõgissimis: ac veluti in necem eius exacutis, pauefactum, ac trementem hominem circumsta-

bant. Sudabat ille (vt mihi relatum est) præ
more, & quasi iam iamque à bestijs discerpen
dus, nil nisi mortem vltimam præstolabatur
Talia eo patiente, adauctus est metus, & quen
dam enormis magnitudinis hominem, vte
cordis sui iudicio sibi videbatur, dæmonum
principem cellam illã in qua ista fiebant, co
spicit intrantem. Qui primo ingressu suo co
uersus ad porcos, quid ait, segnes facitis? Cu
iam hunc non rapuistis? cur non discerpsist
quod dicis inquiunt porci, magno conatu f
cere nisi sumus, sed cuncta tentantes, nil fac
re potuimus. Ego inquit ille iam faciam, qu
vos desides facere non potuistis. Quo dic
vncum ferreũ longis ac recuruis vngulis
ribilem, minaci manu prætendens, atque
virum Dei rapiendum, immò ad discerpen
adaptans, eum nimio terrore penè mente
cedere coëgit. Sed Deus cui bonus vir ille s
supplicando dicebat: Ne nos inducas in ten
tionem, sed libera nos à malo, temptation
tam duram non est passus vltra procedere,
multa misericordia qua semper suis pro
det, eduxit eum à temptatione, & liberau
malo. Mox enim vt nequam ille manum vt
ctum est, ad eũ rapiendũ & vncũ vt videba
ferreum, ad eum discerpẽdũ extendit, stat
omnipotentis filij Dei mater, mater verè v
cimus misericordię, in qua ille sicut dictũ
totam spem suam post Deum posuerat, visi
liter adfuit, ac virga leui manu protensa. Q
m

modo, inquit, huc detestandi venire ausi fuistis? Non est, hic vester, nec iam contra eum in aliquo prævalere poteritis, Dixit: ac dicto velocius, totum illud infandum collegium vt fumus euanuit. Perstitit illa post dæmonum fugam, cũ homine adhuc tremente, eumque his verbis consolata est. Placet, inquit, quod facis, tuiq; animi deuotionem, Deo mihique gratam esse noueris. Fac ergo quod facis, & de his ad meliora perseueranter proficere, stude: Et vbi tibi aliqd singulare in mandatis tradam, stude vilibus escis, complectere abiectas vestes, operi manuum, deuotus insiste. His animatum hominem virgo relinquens, cœlos repetijt.

COLLATI
ONVM SACRARVM
LIBER TERTIVS.

INSIGNES ET IVCVNDA
HISTORIAE DE MIRABILIBV

quibusdam, quæ circa venerandas Christi se
uatoris, Deiparæ virginis, SS. Apostolor
aliorumque sanctorum imagines, antiqui
contigisse probatissimi authores refe-
rũt,& partim nostro sęculo
contigerunt.

*CONstantini cognomento Porphyro
niti in CHristo Romanor Impera
ris narratio, collecta ex historijs de
manufacta imagine, missa ad A
garum, & ex Edessa translata in beatissima
urbium Reginam Constantinopolim.*

De authoritate huius historiæ.

*HVIC narrationi vt hoc loco in Sime
Metaphraste annotauit reuerend
mus Veronæ Episcopus Aloysius Lip
manus, minimè dubia fides habenda est, q
quod apud Græcos, vt ex eorum Minæis co
stat, celebratur festum exportationis ipsius im
ginis, ex Edessa ciuitate ad vrbem Constanti
politanam tempore Romani Imperatoris: co
silij fuere duo: præsens scilicet author Constan
nus & Romanus, qui etiam dum pater viue
ap

appellabantur & ipsi Imperatores: tum quod & Euagrius in Ecclesiastica sua historia & secunda Nicæna Synodus ipsam Euagrij historiam & alios super hoc in V. actione allegando abunde tractant.

Hæc Aloysius. Videat etiam lector Adriani I. Pontificis Maximi scriptum quod habetur Tomo tertio Conciliorum postremæ editionis cap. 18. Deniq; Laurentium Surium in vitis sanctorum, 16. Augusti.

CAP. PRIMVM.

NON solùm comprehendi non poterat patri coæternum Dei verbum: sed eius quoque plurima, vel omnia eius opera teguntur eadem caligine incomprehensibilitatis, neque ea solùm, quæ constituit, hoc vniuersum architectans: sed ea etiam, quæ in assumpta per œconomiam massa nostri corporis nobiscum versatus, fecit per primam illam & vnicam potentiam suæ diuinitatis. Vnde oportet omnino eum, qui seipsum non ignorat, & quæ sunt supra ipsum, se nescire cognoscit, non gloriari in immensum, neq; stolidè ingredi per inane, nec contendere se omnia scire, neque ignorare, quæ ipse non comprehendat. De hac igitur expressa forma eius, qui fuit Deus & homo, quæ impressa fuit sine pictura, admirabili eius, qui fecit voluntate, in contexta veste, quæ eam suscepit, & tunc quidem missa fuit ad Abagarum ad eius curationem: nunc autem Edessa ad hanc vrbium regi-

Imago Christi Edessa Cōstātinopolim translata.

reginam, certo omnino Dei consilio & prou
dentia ad eius salutem & custodiam est tra
lata, vt ex ijs, quæ sunt pulchra & honesta,
hil ei deesset, cùm debeat omnes vincere in
mnibus: existimo oportere eum, qui est pi
& iustus auditor & spectator, singulorũ qu
dem historiam singulatim vt sciat, postula
& antiquæ narrationis velle certam & n
dubiam accipere sententiam: Causam auten
quomodo ex gutta humida absque coloribu
& arte picturæ, impressa fuit forma vultus
panno ex lino contexto, & cur quod est co
textum ex materia, in quam tam facile ca

Vestis vultus Dominici nõ patitur interitum.

interitus, interitum tempore non accepit,
quæcunque alia is, qui res aggreditur natu
liter, solet diligenter perscrutari, relinqu
Dei sapientiæ, ad quam non potest accedi
qui sciat, quod si quis accuratè omnia cons
derit apprehendere, exturbatus in perfec
ignorationem, & præcipitatus in profund
incomprehensibilitatis, veniet in periculu
ne in ijs, quæ sunt precipua, patiatur iactur
pauca nolens concedere. Quotquot ergò in
de recti, & ardentiori zelo huc conueni
agite adeste, & narrabo vobis ea, quæ qua o
tuit perscrutatus examinatione, & non
labore versatus in inquirenda veritate, t
ex ijs, qui historias conscripsêre, quàm ex
qui illinc ad nos venêre, quæ tanquam in ar
nis dicebant apud eos conseruari, memo
exactè potui cognoscere.

Ci

Cùm Dominus & Deus & Saluator noſter IESVS CHRISTVS ad genus noſtrum erigendum apud nos verſaretur, erat, vt dicit Propheta, multitudo pacis in terra, & fuerat, diſsipatus multorum principatus, & adminiſtratio, cùm tanquam ab vna zona, Romano imperio cinctus eſſet vniuerſus orbis terræ, & ſubiectus eſſet vni gubernatori. Ideò erat omnium cum omnibus ſecura congreſsio: neque ſibi videbantur homines terram habitare diuiſam, ſed vt quæ ab vno Domino poſsideretur, & eſſet tota vnius opificis: & collum primo illi ſeruo inclinantes, pacem inter ſe agitabant. Quamobrem, qui tunc erat Edeſſæ Toparcha Abagarus, erat Aegypti præſidi notus & amicus, & alterius ad alterum veniebant vtrinque miniſtri. Quocirca illo quoque tempore, quo Dominus noſter, & Deus paternam implens voluntatem, ſalutarem doctrinam proponebat hominibus, & per inſignia miracula ad fidem in eum habendam, conuertebat homines: accidit vt quidam ex miniſtris Abagari, nomine Ananias in Aegyptum vadens per Paleſtinam in CHriſtum incideret, & eum procul contemplaretur, verbis ab errore attrahentem multitudinem, & quæ omnem ſuperabant opinionem, facientem miracula. Poſtquàm ergo iter ſuum confeciſſet in Aegyptum & ijs, quæ mandata fuerant, tractatis rediret, cùm recordaretur dominum ſuum diuturno articulari morbo tyrannicè vexari, &

Cap. 2.
Pſal. 71.
Abagarus Toparcha.

Nigra lepra laborat.

& nigra leprâ consumi, & duplicem calami-
tatem vel multiplicem potius morbum sen-
re, quod & articulorum affligeretur dolori-
bus, & lepræ malis cruciaretur, (aderat auten
pudor quoque deformitatis, propter quam a
hominibus non erat aspectabilis: & neque so
lummodo erat fere semper in lecto, sed am
cos etiam qui veniebant ad eum aspiciendum
præ pudore cælabat) propterea hæc laborau
scire diligentius, vt posset certè renuncia
domino suo, quo ille quoq; fortè per eum s
nitatem consequeretur. Inuenit ergo rursu
Dominum in eisdem locis mortuos excita
tem, cœcis visum donantem, claudos ad ing
diendum integros efficientem, sanosq; & l
mos reddentem omnes, qui aliqua laborab
infirmitate.

Cap. 3. Narrat Ananias seruus Abagaro miracula Christi.

Postquàm ergo persuasum habuit, & ape
tè cognouit hæc fieri à Domino, ea Abagar
reuersus significauit: & pluribus ea, quæ vi
rat & audierat, edocuit. Quamobrem vt e
rem in transitu comparasset maiorem, qu
quæ ei commissa fuerat, & vt qui bona affe
ret nuncia, benignissime fuit exceptus, & h
bitus fuit vnus ex maximè beneuolis. Et q
niam qui alicuius rei desiderio tenetur, ta
quam rapinam existimat, si quod promissu
fuerit, differatur, re, quæ narrantur, & spe ip
hominem excitante: vehementique studio
citatur ad venandũ id, quod significatũ fuer
idcirco est Abagarus excitatus, vt literis eum

acce

accerseret, qui talia dicebatur posse curare. Et protinus scripsit ad Dominum eam, quæ vbique circumfertur, epistolam: Abagarus Tetrarcha Edessę, IESV saluatori, qui bonus exortus est medicus in ciuitate Hierosolymorum, salutem. Auditione accepi de te, & de tuis curationibus, vt quę à te fiant sine medicamentis & herbis: & vt fertur, cœcos facis videre, claudos ambulare, leprosos mundas, immundos spiritus & dæmones expellis, & eos curas, qui diuturno fuêre morbo vexati, & mortuos excitas. Cùm autem hæc omnia de te audiuissem, duorum alterum mihi venit in mentem vt cogitarem, vel te esse Deum, & cùm è cœlo descenderis hæc facere: vel te esse filium Dei. Propterea ergo ad te scribens rogaui, ne graueris ad me venire, & morbum, quo laboro, curare. Etenim audio Iudęos aduersus te murmurare, & velle tibi malefacere. Est autem mihi ciuitas minima & honesta, quæ vtrisque nobis sufficiet, vt in pace in ea habitemus. Quoniam ergo Ananias, & suæ in dominum beneuolentiæ aperta præbuerat indicia, & viâ rectè sciebat, & purgandi artem callebat, per eum ad IESVM talem misit epistolam, mandans ei, vt si literis CHristo persuadere non posset, vt ad ipsum veniret, eius quidem certè formæ similitudinem accuratè descriptam ad eum deferret, non solùm per auditum, sed etiam per visum, qualis sit hic magnorum opifex miraculorum.

Abagari ad Christum epi-stola.

Cùm

Cap. 4. Cùm autem qui missus fuerat, peruenisse in Iudæam, inuenit Christum sub Dio dissertem cum populo, qui confluxerat, & prodigiosè facientem insignia miracula. Cùm ver propter multitudinem eorum, qui propter diuersa, quibus opus habebant, venerant, non posset Ananias IESV appropinquare, in quadam petram, quæ parum eminebat à terra, non procul à loco, in quo IESVS versabatur, ascendit & assedit. Et cùm ei fuit manifestus IESVS, quem populus abscondebat, cæteraque supereminuit, statim in illum quidem oculos, in chartam autem manum defigebat, eius, qui cernebatur, describebat similitudinem. Hæc autem cognouit IESVS spiritu, cùm Thomam accersissset: Vade, inquit in illum locum, & hominem qui sedet supra tram, & meam formam describit, adduc me, afferentem etiam, quam habet ad me stolam, vt id impleam, quod præcepit is, qui misit. Vadens ergo Thomas, & cognoscens naniam ex eo quod audierat, quid eum inuenturus facientem, duxit ad IESVM. usquàm autem ab eo acciperet epistolam, xit ei CHristus causam cur ad se venisset, quid contineret epistola. Deinde cùm eam cepisset, & perlegisset, alteram epistolam scripsit ad Abagarum his verbis: Beatus es Abagare, qui in me credidisti, cùm me videris. De me enim scriptum est, quod me viderunt, in me non credunt: & qui

Vult Ananias depingere Christi effigiem, sed impeditur.

Christi epist. ad Abagarū.

viderunt, ipsi credent & viuent. Quod autem ad me scripsisti, vt ad te veniam, oportet me hic omnia implere, propter quæ huc sum missus. Et postquàm impleuero, assumi ad eum, qui misit me, patrem. Postquàm autem fuero assumptus, mittam ad te vnum ex meis discipulis, qui tuum morbum curabit, & vitam æternam, & pacem tibi præbebit: & tuę ciuitati cauebit, vt nullam eam possit superare inimicus.

Cùm Ananiæ Christus eam tradidisset epistolam, quoniam videbat eum solicitum, vt alterum domini sui exequeretur mandatum, nempè vt ad eum deferret illius formæ similitudinem, cùm aqua faciem abluisset, deinde humorem, qui ex ea descendebat, in dato ei mantili absterfisset, diuinè prouidit, & supra rationem, vt eius figura in eo imprimeretur, & cùm eam tradidisset Ananiæ, iussit reddi Abagaro, vt & eius solaretur desiderium, & morbum reprimeret. Postquàm ergo cum his reuertens Ananias, peruenit ad ciuitatem Hieropolitanorum, quæ Saracenorum quidem voce dicitur Membich, Syrorum autem Mabuc, cumq; extra eam ciuitatem diuertisset adolescens, in cumulo tegularum recenter factarum, qui illic iacebat, sacrum illum pannum occultauit. Circa mediam verò noctem visus est ignis plurimus illum locum in orbem circundare, adeò vt intra ciuitatem videretur omnia circum circa ardere, & de se iam

Cap. 5.

Christus suã imaginẽ imprimit mãtilĩ

timentes, exirent, vt inquirerent de eo, qu
videbatur, incendio. Illic autem inuentu
comprehenderunt adoleſcentem, vt quib
admiſiſſet facinus, & de re eum ſunt ſciſcit
& quiſnam ipſe eſſet, & quo iret, & vnde ve
ret ſunt percontati.

Cap. 6. Cùm verò dubius animi eſſet adoleſc
propter alienam criminationem, tunc dec
rauit vndénam eſſet, & vnde veniret, & q
adferret: & ſignificauit ſe depoſuiſſe in te
lis id, quod afferebat, vnde etiam viſa eſt fl
ma accendi. Statim autem volentes illi f
veritatem eorum, quæ dicebantur, cùm loc
eſſent perſcrutati, inuenerunt non ſolùm
quod ab adoleſcente Anania erat repoſit
ſed etiam in vna, quæ propè erat, tegula, d

In tegula mi- nam aliam expreſſam effigiem, admirabil
ro modo Chri- & ſupra quam poſſet conſequi intelligen
ſti imago ex- cum quæ deſcripta non fuerat forma, in
preſſi cernitur. ex contexta tela deſcripta fuiſſet. Quod
vidiſſent pleni ſtupore, & admiratione, p
tereà quod ardens ignis nuſquam eſſet in
tus, ſed ex claritate, quæ erat in forma, fla
viſa eſſet, emitti tegulam quidem, quę in
uinam expreſſam habebat effigiem, ap
detinuerunt, tanquam aliquem ſacrum &
cioſum theſaurũ, vt qui ex eo quod vide
conieciſſent diuinam, quæ in ea erat, ope
onem: primum autem exemplar, & eius m
ſtrum veriti retinere, miſerunt ad Abagar
Et nunc conſeruatur & in honore habet

pud eius populi habitatores, formâ quæ est in tegula, non descriptæ formæ non descripta, & non manufactæ non manufacta. Ananias autem cùm concessisset iter sibi propositum, aperuit domino ea, quæ interim facta sunt, ei etiam redditis salutaribus, quę afferebat, symbolis.

Et hoc quidem est, quod dicitur à pluribus, quod neque remotum est à probabilitate, neque bonis eget testibus. Cæterúm hoc quoque exponam, ne quis suspicetur, me, dum ego id ignore, mtenuisse alterum. Neq; omnino est mirum, in tãto tempore sæpè errare historiam. Nam in eo, quod est hac in re præcipuum, omnes consentiunt, & cõfitentur, ex facie dominica admirabiliter in linteo fuisse formam expressam: in nonnulla autem rei circumstantia, seu in tempore differunt, quod quidem nihil lædit veritatem, seu prius factum sit seu posterius. Sic autem habet alterum quoque, quod dicitur. Cùm, inquiunt, esset CHristus iturus ad salutarem passionem, quando humanam ostendens imbecillitatem, visus est animo anxius, & orans, quo tempore eius quoque sudorem tanquam guttas sanguinis distillasse significat Euangelium, tunc dicunt eum, cùm accepisset à quodam ex discipulis hoc, quod nunc videtur, frustum lintei, stillantes imbres in eo absterssisse, & statim fuisse expressam hanc, quæ videtur, diuinę illius formę effigiem. Quod cùm apud Thomam de- Cap. 7. Luc. 22.

posuissет, postquàm ascendit in cœlos, p
Thadæum iussit mitti ad Abagarum, imple
id, quod erat ei literis pollicitus. Postqu
ergò assumptus esset in cœlos Dominus
ster IESVS CHRISTVS, dans Thomas T
dæo non manu descriptam Domini nostri
ciei effigiem, misit ad Abagarum.

Cap. 8. Thadæus venit ad Abagarum.

Cùm ergò Thadæus peruenisset Edess
mansit primum apud quendam, qui illic
Iudæum, cui nomen erat Tobias. Et ante
mones ex factis volens Christi discipulus
psum notum reddere Abagaro, eos qui e
ægroti illius ciuitatis, curauit sola Christi
uocatione. Quamobrem cùm fama citò pe
sisset (quod quidem solet euenire in ijs
sunt eiusmodi: Res enim quæ sunt admi
les, & præter opinionem, multos habent,
eas renuncient) peruenit etiam ad Abaga
per quendam ex eius proceribus, qui voc
tur Abdu, illic scilicet esse Christi Ap
lum. Cùm itaque apud se cogitasset ex ea
quæ in ipso habitabat, hunc illum esse,

Venit ad se Apostolum Abagarus.

IESVS suis literis pollicitus est, se ad eum
surum: & cùm de Thadæo ipso didicisset
fectius, iussit vt ad se adduceretur. Ven
ergo Tobias, significauit hæc Apostolo. Il
rò cùm dixisset se in virtute ad eum esse
sum, deinceps venit ad Abagarum. Cùm
rem ante conspectum eius esset appari
in sua fronte, tanquam in columna, appe
ea Domini IESV, quam diximus similitud

sic ingressus est ad Abagarum. Is verò cùm ipsum procul vidisset venientem, visus est videre lucem maiorem, quàm vt eam ferre posset aspectus, radiosque emittentem, quæ ex eius vultu exiliebat. Prodibat autem ab effigie, quæ erat ei imposita. Quamobrem insigni luminis splendore obstupefactus, & veluti eorum, quæ sibi acciderant, oblitus, & diuturnæ membrorum paralysis, è lecto exilijt, & resoluta membra coëgit ei currere obuiam. Eique idem accidit, sed alio modo, quod ijs, qui in monte Thabor resplendentem, formam Domini viderant. Cùm ergò ab Apostolo eam accepisset effigiem, & capiti, labris, & oculis eam imposuisset, & nec alias quidem partes corporis eo contactu priuasset, ilicò cognouit omnia membra mirandum in modum roborari, vt quæ mutationem in melius susciperent, lepramque expurgatam & fugientem, etiamsi in fronte eius aliquę adhuc paruę restarent reliquiæ. Cùm autem verbum veritatis ab Apostolo didicisset apertius, & de Christi, quæ opinionem superant, miraculis, diuinisque passionibus, & sepultura, & resurrectione à mortuis, & assumptione in cœlos, perfectè audisset, & confessus fuisset CHristum verum esse Deum, eum rogauit de forma in linteo impressa, quandoquidem propius astans cognouit eam non consistere per colores materiales: & stupebat eam, quæ in ipsa erat, virtutem, quæ fecit, vt admirabiliter è lecto surgeret,

Lux ex vultu Apostoli exiliebat propter CHristi effigiem.

Imaginis contactu lepra curatur.

Credit in Christum Abagarus.

geret,& connumeraretur inter sanos. Adhæ
Thadæus declarauit tempus angoris animi,
eam, quæ ex sudore siue colore facta est, trac
formationem, & vt ad ipsum veniret, iussit
Domini, & alia quæcunque præcedens nar
uit historia.

Cap. 2. Postquàm ergo & ex his, & ex impositi
ne manuum Thadæi in nomine IESV CHri
ea, quę dolorem afferebant, recesserunt, & q
erant dissoluta, quodâmodo cõstringebant
& deformitas diſpgebatur, & omnia redi
ad sanitatem: Abagarus in maximam omn
parte adductus admirationem: Re vera,
quit, verus es & germanus IESV filij Dei
cipuluus, qui curabat sine medicamenti
herbis: Ego tanta in eum sum deuinctus ch
tate & fide, vt nisi ego vererer summam
manorum potentiam, qui non permittun
qui sunt subiecti eorum imperio, contr
inuicem arma capere, fortiter aduersus I
os, qui crucifixerunt Dominum arma mo
sem, & eos subegissem. Nunc autem quon
didici eius passionem fuisse voluntariam,
persuasum habeo, quod nisi voluisset, in
in eum nullam habuissent potestatem, n
quæro amplius. Rogo autem vt diuinum
Rogat baptizari. que consequar baptismum, & cum tota d
Domino Christo reddar familiaris. Cum
que multa prius effecisset miracula Do
Apostolus, & omnes curasset à morbis sua
ter quos is erat etiam, qui primus de

mam retulit ad barbarum, quem liberauit à podagra, adduxit Abagarum ad diuinam piscinam: & cùm in eo ea feciſſet, quæ ſunt de more, baptizauit eum, & vxorem, & filios, & omnes, qui erant in eius domo. Et egreſſus eſt ex diuina hac aqua expiationis totus mundus & ſanus, repentè deletis ijs quoque paruis lepræ reliquijs, quæ erant in eius fronte. Hinc factum eſt, vt omnibus modis colens & adorans hanc formæ Domini effigiem, hoc quoq; alijs adiecerit Toparcha.

Abagarus cũ multis baptizatur.

Antiquiſſimus imaginũ vſus & cultus.

A veteribus Edeſſæ habitatoribus imago cuiuſdam Dei inſignis ex dijs gentilium poſita erat ante portam publicam ciuitatis, quam neceſſe erat adorare omnem, qui volebat ingredi ciuitatem, & quaſdam preces reddere conſtitutas, & ſic intrare vrbis vias & vicos. Hanc ergò cùm tunc diruiſſet Abagarus, & omninò deleuiſſet, in eo loco, vbi erat poſita, hanc non manu factam Domini noſtri IESV CHriſti imaginem cùm in tabula conglutinaſſet, & hac, quod nunc videtur, auro ornaſſet, poſuit, hęc verba in auro inſcribens: Chriſte Deus, qui in te ſperat, à ſpe non excidit. Et ſtatuit, vt quicunque per illam portam erat tranſiturus, pro illa veteri inutili columna, eum quem par erat cultum, & honorem qui debetur, & adorationem tribueret longè admirabili, & miraculorum effectrici CHriſti imagini, & ſic ingrederetur ciuitatem Edeſſæ. Itaq; conſeruatum eſt hoc huius viri pietatis

Cap. 10.

expreſſum monumentum, & Deo dedicatum donarium, donec in hoc vitæ incolatu manſit Abagarus, & eius filius, qui regni ſimul & pietatis paternæ fuit ſucceſſor. Cæterùm eorum filius & nepos fuit quidem ſucceſſor paterni & auiti imperij: non fuit autem hæres etiam pietatis, ſed in pietatem calcibus, vt ita dicit, inſultauit, & ad dæmones & idola transfugit. Quamobrem dæmones quoque veluti remunerans, voluit, quoniam eius auus idolicam illam deleuit imaginem, eandem afferre condemnationem Domini imagini. Sed quod optabat, minimè eſt aſſecutus vir fraudulentus. Nam cùm hoc præſciuiſſet loci Epiſcopus, qua ipſi licuit vſus eſt prouidentia. Et quoniam locus, in quo ſita erat imago, ſeruabat figuram hemiſphærij, ſpeciem cylindri referentis, accenſa ante imaginem lucerna, & imposita tegula, cum calce & coctis lateribus obſtruxiſſet loci ambitum, redegit murum in planam ſuperficiem. Cùm igitur non videret diuina forma, deſtitit ille amplius à conatu. Ideò autem vt arbitror, ſtatutum eſt à ſacerdote, vt ante imaginem poneretur tegula, ne aliqua putrefactio, quę fit ex ſitu ædificij, & humore calcis, ineſſet in linteo imaginis receptaculo, & ex diuturnitate temporis aliquid damni acciperet.

Chriſti imago abſconditur, ne ab impio rege deſtruatur.

Cap. 11.

Fluxit itaque multùm temporis, & exiguum effluxit memoria ſacræ huius imaginis in columna erectio, ac eiuſdem abſconſi-

Po

Postquàm autem suo tempore Chosdroê rex Persarum, Asiæ ciuitates diripiens, venit etiam Edessam, & ante eam castrametatus, omnem mouit machinam, & omne comparauit instrumentum aptum ad oppugnandum ciuitatem, (fabricatus est nanque omnia, quæ pertinent ad emittenda tela, conquassandos muros, & confringendas portas) in tantum periculum adducti Edesseni, ipsi quoque excogitabant, quæ poterant, ad sui defensionem. Miserunt autem legatos quoq; ad petẽdum auxilium à ducibus Romani exercitus. Ilion verò, qui tunc præerat Romanis copijs, & per se vexabatur ab hostibus, non poterat Edessenis mittere auxilium. Literis autem addebat animum, epistolam Domini reuocans in memoriam, & veram, quæ est in ipsa prolata sententiam, per quam dicitur, & creditur fore vt cõseruetur nõ direpta ciuitas. Persæ autem cum aperta inuasione occultas quoque moliebantur insidias. Et cùm procul cœpissent fodere, cogitabant per cuniculos ingredi ciuitatem. Cùm verò perinde ac quidam vrinatores sub terra essent intra muros, ex tali causa contigit, vt manifestæ fierent insidiæ ijs, qui erant intra vrbem. In illa enim vrbis parte habitabat faber æris intra muros, cuius vasa ænea in domo sublimia sonitum emiserunt, Persis sub terra pulsantibus, & puluerem effodientibus. Cùm ergo planè essent inopes consilij, & essent ad extremam redacti desperationem, E-

Chosdroe obsidet Edessã.

Periclitatur ciuitas ex obsidione.

Visio offertur Eulalio de CHristi effigie.

desseni ciues, ad Deum confugiunt, & tum dolore cordis & lachrymis ipsum exquirũt. Nocte autem apparet Episcopo (erat verò is Eulalius) mulier quædã honesta & moderata, prasantior, quàm vt homo esset, ei consulens, vCHristi non manufactam acciperet imaginem, & cum ea faceret supplicationem: forque dixit, vt Dominus omnino sua ostenderet miracula. Episcopus autem dicebat, se omnino ignorare, an sit apud ipsos, an apud alios ea imago. Tunc dicit ei, quæ in muliebri apparebat habitu: Supra portam ciuitatis, in hoc loco, hoc modo absconsa fuit hæc imago.

Cap. 13.

Manè ergo Episcopus euidenti visione instructus ad locum veniens cum precibus, & perscrutans, inuenit hanc diuinam integram & incorruptam imaginem, & lucernam, quæ non annis non fuerat extincta: & in tegula ante

Vide admirabiles effectus huius venerãda imaginis

cernam imposita ad eius custodiam, aliamque pressam similitudinem similitudinis, quæ hodiernum diem conseruatur Edessæ. Cùmque gò sumpsisset in manus hanc diuinam CHsti, qui est DEVS & homo, effigiem, mellspe concepta, venit ad eum locum, in quo Pesæ fodientes, ex æris sonitu deprehensi furant. Et cùm cœpissent ciues fodere intrasecus, vbi sibi inuicem appropinquauerunt ex illa lucerna oleum instillantes in ignem qui fuerat eis paratus aduersus inimicos, immisissent contra Persas, qui erant in exculo, omnes perdiderunt. Et cùm hinc

rati essent ab insidijs, eadem vsi sunt experientia aduersus machinas, quæ erant extra muros, & eas repentè combusserunt, & multos consumpserunt ex ijs, qui erant in eis, hostibus. *Vide Nicep. Callist. li. 17. cap. 16. hist. Ecclesiast.*

Iam autem effecti fidentiores, lapides quoque è muris emiserunt, à quibus ducem quendam exercitus hostium contigit interimi, & alios multos cum eo. Nec id solùm, sed etiam ea, quæ extrinsecus à Persis accensa fuit, pyra aduersus eos, qui erant intus, quam olearum, & multarum aliarum, quas immiserant, arborum alebat infinita materia, effecit diuinæ imaginis auxilium ferrentis virtus, vt contra ipsos esset, qui accenderant. Postquàm enim ex alto Eulalius eam è muro suis explicasset manibus, & obiret ciuitatem, repentè cùm peruenit ad hunc locum, ventus vehemens excitatus aduersus eos, qui hunc rogum accendebant, flammam conuertit: quæ eos persecuta fuit & exusit, sicut olim Chaldęos. *Magna vis sacræ imaginis* *Daniel. 3. Cap. 13.*

Non sunt hæc miracula nullis approbata testibus, aut oratione composita ad aures oblectandas, aut à nobis ficta deceptio: sed tres simul Patriarchæ, Iob Alexādrinus, Christophorus Antiochenus, & Basilius Hierosolymitanus hæc scripserunt, & hæc ita se habere significarunt Theophilo Imperatori, qui sacras imagines iniuria affecerat: quando multis ostendentes, quam sint sacræ & venerandæ imagi-

imagines, de hoc quoque tractarunt. Licet autem ei, qui velit, ipsam prolixam legere epistolam, & id discere. Sed Euagrij quoque Ecclesiasticam si quis diligenter legerit historiam, sciet omninò, quænam de hac sacra imagine narret in quarto libro. Scribit enim quod cum alijs de causis, Chosdroe, tum ob eam potissimum rationem exercitum duxerit, vt apertè ostenderet, esse falsum, quod à Christianis de Edessa iactabatur ciuitate, eam non posse expugnari ac diripi. Qui cùm magnam lignorum struem, & penè infinitam, breui multa manu militum coëgisset, & ea circumcinxisset aduersus muros ciuitatis: deinde terram in medium eorum iecisset, & altum murum ei ex aduerso ædificasset, fuit altior muris Edessæ. Et sic ex superioribus locis, & supra modum dexteris, erat mox tela emissurus aduersus eos, qui pericula adibāt, p ciuitatis defensione. Quod quidem cùm viderent Edesseni, apertè veluti montem excitari aduersus mœnia, per quem tanquam ex plano, crediderant hostes esse ingressuros ciuitatem, et planè essent perplexi, & nescirent quid agerent, machinantes tamen ipsi quoque, quæ poterant, aggrediebantur ducere fossam ante murum illum recenter factum, vt si possent attrahere vallos, qui erant ante aggerem, terram & fossam attraherent, & sic magnus ille murus tanquam somnio effictus citò pessundaretur & diffluueret. Postquàm autem absoluta quo-

Videat lector 2. Nicænæ Synodi actionem 5.

dem esset fossa, ignem verò in ligna immittẽtes, à scopo aberrarent, nec posset ignis propterea, quod terra erat constipata, & ligna adhuc viridia, aliquid apprehendere, cùm hanc sacram imaginem in illam recenter ductam fossam tulissent, & ex ea aquam sanctificassent, eaque rogum & ligna aspersissent, effecerunt, vt ignis esset efficax. Et fidei eorum, qui hæc fecerunt, opem ferente diuina virtute, facta est aqua igni tanquam oleum, & accendit flammam, & consumpsit quidquid apprehendit. Tunc ergò rex Persarum desperans fore, vt vrbs caperetur, cùm didicissent vndenam haberent auxilium, processit ad ineundam cũ eis conuentionem: & percusso fœdere pacis, reuersus est in suam regionem. *Init pacẽ rex Persarũ cum Edessenis.*

Erat autem ipse quoq; haud ita longo post tempore beneficiũ assecutus ab hac sacra imagine, quæ hostes eius beneficio affecerat, & suos de medio sustulerat. Eius enim filia, quã dæmoniacus inuaserat spiritus, & excesserat à statu, qui est secundam naturam, assiduè clamabat ab eo vexata: Nisi venerit Edessa imago non manufacta, id, quod in ea habitat non esse egressurum. Quod cùm rex audijsset, & quæ in obsidione euenerant, consideraſſet. (Neque enim eum latuit, quæ repentè extitit virtus admirabilis, & audacia Edessenorum) scribit statim ad præsidem ciuitatis, & ad Metropolitanum Eulalium, & ad commune ciuitatis, vt statim ad eum mitteretur diuina & maximæ *Cap. 14.*

virtu-

Chosdroe rex Persarũ petit sibi mitti saluatoris imaginem.

virtutis effigies: adijciens etiam causam, nempè filiæ calamitatem, & omninò rogans & instãs, ne frustraretur petitione. Illi aũt Persicos mores suspectos habentes, & timentes, ne rex Persarum vellet eorum vires dolo surripere, & cauentes, ne eã, in cuius erant tutela, & quæ eos beneficio afficiebat, perderent, nec eorum prætextu initam pacem soluerent, capiunt cõsilium prudens, & eis vtile. Cùm itaque omninò æqualem, & quoad eius fieri potuit, similem non depictæ depictam effinxissent imaginem, mittunt ad eum, qui petierat. Postquam autem fuerunt intra fines Persidis ij, qui afferebant imaginem, statim per filiam regis exclamauit dæmon, se statim exiturum, & mutaturum esse habitationem propter eius, qui venit, potentiam, si modo reuertatur, quæ accensita fuit, imago, & non appropinquet regiæ neque ciuitati Persarum. Quod à rege magnoperè contendebat, & ab eo supplex petebat. Cùm rex autem esset pollicitus, egressa puella dæmone, & regis filia sanitati restituta, Chosdroe, siue implere volens dæmonis petitionem, & confirmare quod erat pollicitus, siue eius, qui veniebat, extimescens potẽtiam propter malos & scelestos suos mores, mihi qui iuberent, vt hæc imago reuerteretur in suam ciuitatem, è qua exierat, adiectis à se missis donis ad eos, qui eam miserant. Erant ergo apud Edessenos hæ preciosæ opes, thesaurus qui non potest exinaniri, imago illa prima

Ecce mirã imaginis vim

ria, & non depicta, quæ semper ab eis honorabatur, & eos vicissim custodiebat.

Postquàm autem ad hanc vrbium reginam vndiq; confluxerunt, quæ sunt optima & pulcherrima, eratque Dei voluntas, hanc quoque sacram imaginem hic recondi cum alijs thesauris: Romanus, qui erat Romanorum Dominus imperij, studium adhibet, vt per ipsum ciuitatum regina hanc consequatur. Diuersis ergò temporibus mittens Edessam, petebat, vt ea cum epistola, quam Dominus sua manu scripserat, ad eum mitteretur: & promittebat, se contra eis daturum in permutatione Saracenos numero ducentos, & argenti signati duodecim millia: Edesseni autē dicebant sibi non conducere, suæ ciuitatis custodem & conseruatricem argento & hominibus mortalibus permutare. Cùm autem sæpè petēdo instaret, illi verò sæpè preces reijcerent, tandem sexies millesimo quadringentesimo secundo anno ab origine mundi, misit Ameras Edessenus, rogans, vt scripta cautione per aureum signaculum, quod haberet firmitatem, fideiuberet Imperator, non esse Romanorum exercitus hostiliter inuasuros quatuor ciuitates: dico autem Rhocam, quam vox barbara vocat Edessam, * Charam, Sarotze & Samosata: neque ex eorum agris prædas esse acturos, aut eos qui in illis habitant, redacturos in captiuitatem: tradendos autem esse sibi ducentos Saracenos ex contribulibus cum ea, quæ prius fuit

Cap. 15. Roman. Imperator Romanorū offert Edessenis multa pro CHristi effigie.

* *Charran.*

fuit promissa, quantitate pecuniæ. Quod fi
ceret, sciret se ad eum missurum illam, qu
quærebatur, imaginem & CHRISTI ep
stolam. Imperator verò, eius boni desider
concedens omnia, quæ fuerant proposita, cu
dedisset ea, quæ petebantur, misit Abramu
DEO charum Somosati Episcopum, qui il
tempore hîc aiebat, ad diuinam illam susc
piendam imaginem, & CHRISTI Dei n
stri epistolam. Aduertens autem & qui mi
& qui erat minister, ne in ea tradenda call
deciperetur, & pro non descripta & vera, t
deretur ea, quæ tũc fuit descripta propter fi
ficum casum, has ambas cum alia, quæ celeb
tur in Eccleſia Nestorianorum, quę ipsa qu
vt est verisimile, sumpta fuerat ex prima, q
sitas accepit ad fidẽ faciẽdam. Quæ rursus i
redditæ, retẽta sola principali & vera. Sed h
quidem posteà.

Cap. 16. Vide Priscorũ Christianorum deuotionem erga sacras imagines.

Tunc autem excitabatur magnus tum
tus à fidelibus, qui erant Edessæ, vt qui no
nerent à se auferri, quæ erant pretiosissima
propugnacula eius, quę ipsos tulerat, ciuita
donec præfectus Saracenorum, alijs quid
persuasis, alijs verò coactis, alijs etiam m
nis mortis territis, effecit, vt ea traderen
Cùm autem tonitrua & fulgura cum plu
vehementissima, diuina prouidentia subi
erupissent, dum Edessa esset exitura imago
CHristi epistola, rursus mouebantur ij, qui
prius retinebant, & affirmabant Deum ijs q

fiebant, significare, diuina voluntate non fieri rerum sanctissimarum ex eo loco translationem. Sed cùm præfectus Saracenorum, penes quem erat vniuersa potestas, statueret standum esse conuentis, & implendum esse promissum, egreditur è ciuitate effigies preciosissima, & epistola à Deo scripta, & huc afferebatur. Et viam quidem conficientes ij, qui ea ferebant, peruenerant ad Euphratem: & rursus tumultus excitatur, nullo priorum minor. Edessenis dicentibus, quod nisi diuinitus ostẽsum fuerit signum aliquod, nullo modo dimittent id, quo continetur eorum securitas. Datur ergo eis signum, cùm essent infideles, & tentarent. Nauis enim, cum qua erat eis propositum transmittere Euphratem, cùm adhuc esset in portu in partibus Mesopotamiæ, vbi eam solùm ingressi sunt Episcopi diuinam imaginem afferentes & epistolam, cum seditiosi tempestate adhuc retinerentur, repẽtè sine remigibus, sine eo, qui gubernaret aut traheret, appulit in terram, quæ erat ex aduerso, gubernata sola diuina voluntate. Quod quidem omnes, qui conuenerant, stupore impleuit & admiratione, & persuasit, vt non inuiti concederent emissionem. Hinc perueniunt Samosata ministri eorum, quæ ferebantur. Erant autem Samosatorum & Edessæ Pontifex, & eius primus presbyter, & alij q̃dam religiosi Christiani, cum q̃bus vna erat etiã minister Ameræ, qui Romam reuertebatur. Hîc cùm aliquot

Diuersos excitant tumultus Edessani in trãslatione S. imaginis.

Nota miraculum.

dies essent morati, multis illic factis mirac-
lis, rursus iter sunt ingressi. Et rursus in-

Innumera miracula imaginis et epistolæ Christi.

innumerabilia fiebant miracula à sacra im-
gine & Christi epistola. Cœci enim, ex imp-
uiso aspiciebant: & claudi reddebantur sa-
& membris integri: saltabant, qui longo te-
pore lecto decubuerant, & sani fiebant, q-
bus erant manus aridæ, & (vt semel dicam)
gabatur omnis morbus & infirmitas: & qui
ni erant. Deum glorificabant, & laudabãt
admirabilia.

Cap. 17.

Cùm autem multum viæ confecissent,
niunt etiam ad sanctissimæ Deiparæ mon-
rium, quod vocatur Eusebij monasteriũ: q-
quidem est in loco, qui dicitur Optimat-
In templo verò huius monasterij, quo par-
honore, reponitur capsa, quę miraculorum
fectricem tegebat imaginem: & multi qui
cesserunt pura & syncera affectione, cu-
sunt à suis morbis. Quo etiam venit qui
vexatus à dæmone: quo tanquam instrume
vtens malus spiritus, & multa per ipsum
quens, quæ pertinebant ad laudem imag-
& epistolæ. (Nam olim quoque, Nou-
quis sis sanctus Israhel, dicebant: qui eran-
rundem cum illo partium) tandem hæc q-
que est quasi vaticinatus: Accipe, dice-
Constantinopolis gloriam & lætitiam, &
Constantine Porphyrogenite tuum imp-
um. His dictis fuit homo curatus, & stati-
beratus à vexatione dæmonis. Horum au-
ver-

Marc. 1. Luc. 4. Vaticiniũ obsessi à dæmone.

verborum fuerunt multi testes. Nam cùm Imperator misisset obuiam ei, quod desiderabat, magistratus & primos totius senatus: & multi ex satellitibus simul cũ eis exiuissent, accidit vt magistri & patricij cum inferioribus ordinibus ea audirent, & de ipsis ferrent testimonium. Et quoniam quæ dicta fuerant, citò euenerunt, iure est dubitandum, vndenam præscientia accesserit ad dæmonem. Non enim creduntur eam ex se habere, cùm à diuina glòria exciderint, & pro luce dicti fuerint tenebræ. Sed clarum est, quod quomòdo diuina virtus vsa est Balaamo, ministro eius, quæ tunc fuit, prædictionis, & aliàs alijs sæpè ea re indignis, sapienti quòque & solerti consilio: ita nunc quoque virtus quę erat in diuina effigie, vsa est dæmone. Et ideò per eum præsignificauit, quę mox erant euentura. Sed cùm hoc quidem sic euenisset, eius meminisse interim non fuit fortasse alienum. Pergemus autem ad ea, quæ sequuntur, narranda. *Num. 23. & 24.*

Decimo quinto mensis Augusti de more festum celebrantibus semper virginis & DEI matris Mariæ in venerabili templo, quod est in Blachernis, circa crepusculum illuc peruenerunt ministri harum rerum preciosarum. Et reposita est in superiore oratorio diuini huius templi arca, quæ intus habebat imaginem & epistolam. Quo venientes Imperatores, eam extra reuerenter adorauerunt. Deinde cùm honorificè magno comitatu & multis *Cap. 18. Festũ Assumptionis sanctissimæ Mariæ virginis.*

lampadibus ad regiam eam portassent tri-
mem, cum ea venerunt in regiam: & in-
Diuina ima- plo quod illic est, & nominatur Pharos, p-
go Cōstātino- ptereà fortasse, quod sicut vestis splendida
polim defer est egregiè ornatum, eam reposuerunt, die-
tur in templū quenti, qui erat mensis decimus sextus, pri-
Pharos. reuerenter salutantes eam rursus, & ador-
tes. Illinc sacerdotes, & iuuenes Imperat-
(senex enim domi manserat propter corp-
infirmitatem) cum Psalmis & hymnis &
pioso lumine, per descensum ad mare, e-
triremi regia rursus imposita prope vi-
remigantes, vt quodammodo vrbem co-
uaret per ipsum in mari ingressum, app-
runt extra murum ciuitatis, qui est ad C-
dentem. Quo in loco egressi è naue, ped-
ingredientes Imperatores, & totus senat-
sacrorum Antistes cum tota Ecclesiæ con-
gatione, eo quo par fuit comitatu prose-
tanquam aliam arcam, vel potius supra-
vas deducebant, quod illa sanctissima &
ciosa custodiebat. Et cum quæ erant extra-
ros transmisissent vsque ad portam aur-
deinde ingressi ciuitatem cum psalmod-
hymnis sublimibus, & canticis spiritali-
& infinito lumine lampadum publicam-
Obserua quā brantes deductionem, iter faciebant per
honorificè diam ciuitatem, sanctificationis & rob-
saluatoris i- per hoc esse participem ciuitatem credeb-
mago habea- illæsamq; & inexpugnabilem esse in æter-
tur. conseruandum.

Ocioſa autem turba concurrente ad ſpectacu- Cap. 19.
lum, homo quidam paralyticus, & imbecil- Miraculũ in
lus, & qui iam longo tempore ſuis inniteba- paralytico.
tur famulis, ſurrexit vt videret diuinam imaginem tranſeuntem, qui ſimulatque eam aſpexit, præter opinionem ſanus effectus, cùm cognouiſſet eſſe confirmatas & coroboratas baſes ſuorum pedum, accurrit ambulans ipſis pedibus, & exoſculatus eſt capſam imaginis, & Deum magnificauit, narrans quod in ſe factum fuerat miraculum. Quem cùm vidiſſent omnes, qui ſimul aderant, & verba eius audiuiſſent, emiſerũt gloriam Deo vniuerſorum, qui ſemper facit admirabilia. Tam multæ autem lachrymæ præ gaudio ſunt profuſæ, & tam multæ ad Deum preces & gratiarum actiones factæ ſunt ab vniuerſa ciuitate, diuina imagine & epiſtola tranſeunte per mediam ciuitatem, vt verbis explicari nequeant, vtpotè quod quæ vidit oculus, non poſsit conſequi oratio. Res enim quæ ſunt excellentes, pulchrius eſt videre, quàm audire: ſolent talia relinquere à tergo orationem. Cùm ergò ad forum, quod eſt ante Auguſtium, veniſſent duces huius celebritatis, & à via recta parum declinaſſent ad ſiniſtram, veniunt ad clariſsimũ templum ſanctæ Sophiæ, & intra aditorum propitiatorium reponunt precioſam imaginem & epiſtolam. Cùm autem hîc adoraſſet tota Eccleſiæ congregatio, & vt par eſt, honoraſſet, illinc rurſus egreſsi ſunt cum ſancto c-

nere, qui peragebant processionem, & cùm v
nissent in regiam, in atrio, quod cognomi
tur Triclion, super thronum Imperatorum
in quo consueuerunt respondere de re
magnis, tunc diuinam collocant imagine
cathedram omninò sanctificari Imperato
am, & simul iustitiam & benignitatem eis
nè largiri, qui in ea sedebant, non immer
credentes. Intensa autem de more facta or
one, post eam impletam hinc sublata fuit
uina imago, & in prædicto Phari templo,
dextera parte, quæ vergit ad orientem con
uata fuit, & reposita ad gloriam fidelium,
custodiam Imperatorum, & ad tutelam to
ciuitatis & status Christianorum.

Sancta imago saluatoris cõstãtinopoli asseruatur.

Sed ô diuina similitudo eius, quæ mu
non potest, patris similitudinis. O charac
charecteris paternæ substantiæ. O vener
dum & omni honore dignum signaculum
marię pulchritudinis Christi Dei nostri,
cum enim loquor tanquam cum re anim
cõserua & custodi semper eum, qui piè &
derate nobis imperat, & tui aduentus me
riam luculentè celebrat. Quem cum tua b
gnitate ad auitam & paternam sedem exa
sti, conserua eius germen ad generis succ
onem, & sceptrorum perpetuitatem. Sa
pacificum præbe Reipublicæ. Concede v
regina ciuitatum maneat inexpugnabilis
vt nos placentes archetypo tuo CHristo D
nostro admittamur in eius regnum cœle

Authoris oratio.

eum glorificantes & celebrantes: Quoniam eum decet gloria, & adoratio, in sæcula sæculorum, Amen.

Eusebius Cæsarienſ. libr. 7. cap. 14 Eccleſiaſt. hiſtor. Nicephorus libr. 6. cap. 15. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria martyrum cap. 21. De imagine Chriſti ſeruatoris quam mulier hæmorrhoiſſa à CHriſto Domino curata erexit, eiuſq; miraculis, item de imaginibus Apoſtolorum Petri & Pauli.

CAP. II.

MVlierem quam ſanguinis profluuio laborantem, à Saluatore curatam, Euangelia tradiderunt Cæſareæ Philippi ciuem conſtat fuiſſe, domuſque eius in ea etiam nunc oſtenditur. Pro foribus verò domus ipſius, baſis quædam in loco editiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius velut genibus prouolutæ, palmaſque ſuppliciter tendentis imago ære videtur expreſſa. Adſtat verò alia ære nihilominus fuſa ſtatua, habitu viri, ſtola comptè circumdati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem ſtatuæ, è baſi herba quædam noua ſpecie naſcitur. Quæ cũ exorta fuerit, excreſcere vſque ſtolæ illius ærei induméti fimbriam ſolet. Quam cùm ſummo vertice creſcẽs herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoreſque conquirit: ita vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſa-

lutaris graminis depellatur, nihil omninò vi-
rium gerens, si antequàm æreæ fimbriæ sum-
mitatem crescendo contigerit, decerpant.
Hanc statuam ad similitudinem vultus IES
formatam tradebant, quæ permansit ad nost
vsque tempora, sicut ipsi oculis nostris insp
ximus. Et nihil mirum, si hi qui ex gentilib
crediderant, pro beneficijs, quæ à saluatore
erant consecuti, huiusmodi velut munus
debantur offerre, cùm videamus etiam nu
Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Salua
ris imagines designari, tabulasque depi
Sed & antiquas ipsorum imagines à quib
dam conseruatas nos vidimus, quod mihi
detur ex gentili consuetudine indifferen
obseruatum, quod ita soleant honorare, q
honore dignos duxerint. Insignia enim re
rum reseruari ad posterorum memoria
illorum honoris, horum verò amoris in
cium est.

Constantinus Magnus Imperator in
suæ confessione & edicto, cui consonat N
phorus Callistus Eccles. histor. libr. 7. cap.
Quomodo Constantinus Imper. appar
bus sibi noctu Petro & Paulo Apost
à corporis & animæ lepra liberatus, Chri
fidem professus sit.

CAP. III.

COnfitemur Dominum nostrum IES
CHristum, & implesse legem & Pro
tas, passum, crucifixum secundum
p

pturas, tertia die à mortuis resurrexisse, assum ptum in cœlos, atque sedentem ad dextram patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperij non erit finis. Hęc est enim fides nostra orthodoxa à beatissimo patre nostro Syluestro summo Pontifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populum & diuersas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere, ac prædicare, & in sanctæ Trinitatis nomine baptismi gtatiam consequi, & Dominum IESVM CHristum Saluatorem nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto per infinita viuit & regnat sæcula, quem Syluester beatissimus noster Pontifex in vniuersali prædicat, corde deuoto adorare. Ipse enim Dominus Deus noster misertus mihi peccatori, misit sanctos suos Apostolos ad visitandum nos, & lumen sui splendoris infulsit nobis, & abstractum à tenebris ad veram lucem & agnitionem veritatis me peruenire gratulamini. Nã dum valida squaloris lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vnius quidem promerui salutem. Ad hæc aduenerunt sacerdotes Capitolij, dicentes mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentum sanguine calente, & in eo loco me posse mundari. Et secundum eorum dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos mactare, & ex eorum sanguine fon-

tem repleri, cernens serenitas nostra lachry-
mas matrum eorum, ilicò exhorrui facinus
misertusque eis, proprios illis restitui præ-
cepimus filios suos, datisque vehiculis & don
concessis, gaudentes ad propria relaxauimus.
Eadem igitur transacta die, nocturno nobis s
cto silētio, dum somni tempus aduenisset, a
sunt Apostoli, sanctus Petrus & Paulus, dice
tes mihi: Quoniam flagitijs posuisti termi-
num, & effusionem sanguinis innocentis hor
ruisti, missi sumus à Christo Domino Deo no
stro, dare tibi sanitatis recuperandæ consi
um. Audi ergò monita nostra, & fac quodcu
que indicamus tibi. Syluester Episcopus ci
tatis ad montem Soracten persecutiones m
fugiens, in cauernis petrarum cum suis cle
cis latebras fouet, hunc cùm ad te adduxer
ipse tibi piscinā pietatis ostendat, in qua d
te tertiò merserit, omnis te valetudo ista de
rat lepræ: quod cùm factum fuerit, hanc vic
situdinem tuo saluatori compensa. Te aute
ipsum in hac parte purifica, vt relicta o
superstitione idolorum, Deum viuum veru
qui solus est & verus, adores & excolas, &
eius voluntatem attingas. Exurgens igitu
somno protinus iuxta id, quod à sanctis Ap
stolis admonitus sum, peregi, aduocatoque
odem præcipuo & magnifico patre, & illum
natore nostro Syluestro, omnia à sanctis Ap
stolis mihi præcepta dixi verba, percunctat
que eum sumus, qui isti dij essent, Petrus
Pe

Paulus. Ille verò ait, non eos deos verè dici, sed Apostolos Saluatoris nostri IESV CHristi. Et rursus interrogare cœpimus eundem Syluestrum, vtrum ipsorum Apostolorum imaginem expressam haberet, vt ex picturis discerемus, hoc esse quod reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorundem Apostolorum per diaconem suum exhiberi præcepit, quas dum aspicerem, & eorum, quos in somno videram figuratos in ipsis imaginibus, cognouissem vultus, ingenti clamore coram omnibus satrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno videram. Ad hæc beatissimus Syluester indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium nostrum Lateranense, in vno cilicio, vt omnia, quæ à nobis impiè peracta, atque iniustè dispositа fuerant, vigilijs, ieiunijs, atque lachrymis & orationibus apud Saluatorem nostrum IESVM CHristum impetraremus. Deinde per manus impositionem clericorum vsque ad ipsum Præsulem veni, ibique abrenuncians Sathanæ pompis, & operibus eius, vel vniuersis idolis manufactis, credere in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli ac terræ, visibilium & inuisibilium, & in IESVM CHristum eius vnicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, spontanea voluntate coram omni populo professus sum. Benedictoq; fonte, illic me trina mersione vnda salutis purificauit. Leuatoque me de venerabili fonte, indutus

dutus veſtibus candidis, ſeptiformis Spiritus ſancti conſignationem adhibuit, beati chriſmatis vnctione, & vexillum ſanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens: Signat te Deus ſigillo fidei ſuę in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti in conſignationem fidei. Cunctuſque clerus reſpondit, Amen. Et adiecit Præſul: Pax tibi. Prima itaque die poſt perceptum ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationem corporis mei à lepræ ſqualore, agnoui nil eſſe alium Deum, niſi patrem & filium & Spiritum ſanctum, quem beatiſsimus Sylueſter prædicat, trinitatem in vnitate, vnitatem in trinitate. Nam omnes dij gentium, quos vsque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam poteſtatem idem Saluator noſter ſuo Apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſsime nobis idem venerabilis pater edidit, dum fidelem eum in ſua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non prævalebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & Dominus ſuo diſcipulo adiunxit, inquiens: Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, & erit ſolutum & in cęlis. Et dum hæc prędicante beato Syluestro agnoſcerem, ex beneficijs ipſius beati Petri integræ me ſanitati comperi redditum.

D. Ioannes Damascenus lib. 1. de venerat sanctarum imaginum Leo Imperator in oratione Encomiastica in Ioannem Chrysost. & Simeon Metaphrastes in vita eiusdem S. Chrysost. De imagine S. Pauli Apostoli, quam frequenter intuebatur Chrysostomus, & de S. Paulo Apostolo in specie eiusdem imaginis cum D. Chrysostomo colloquente.

CAP. IIII.

BEatus Ioannes peculiari quodam amore complectebatur sapientissimi Pauli epistolas. Erat autem ille in imagine effigies, ipsum Apostolum Paulum velut spirantem exprimens. Vbi pusillum quid temporis interquieuisset, p subleuanda infirmitate corporis (siquidem supra maturæ conditionem peruigilabat) & quum nonnihil ex Pauli epistolis percurrisset, in Apostoli effigiem fixius oculorum aciem intendebat, & quasi is in viuis superesset, ita in ipsum presius contuitum defigebat. Hæc ibi Damascenus: reliqua Leonis Impe. verbis referemus. Cum diuinas eiusdem Apostoli epistolas Ioannes Episcopus interpres & expositor percurreret, erat, vt est verisimile dubia & suspensa cogitatione dicens, Quis scit an Deo grata sit mea interpretatio? Hæc cogitans, rogabat vti de ea re à Deo fieret certior. Quod etiam citò hoc modo factum est. Quidam ex ijs, qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorem: qui

qui mortem minatur; & mittitur; qui apud diuinum Pontificem Ioannem intercederet, vt noctu ad eum veniret propter metum Imperatoris,& sua ei exponeret, quibus assentiens sanctus, per Proclum iubet vt veniat. Non aderat, & simul etiam aderat is, qui erat supplex. Vt eum admoueat, dat operam Proclus. Deinde primùm adspicit per quoddam foramen, & videt Pontificem, vt consueuerat, in sede sedentem & scribentem. Ea autem erat interpretatio diuinarum epistolarum. Tum autem, tunc illo terribili dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus diuinum Apostolum Paulum inclinatum post sedem ad caput Pontificis,& os admouentem auri eius dextræ,& cum eo colloquentem. Proclum incessit stupor & admiratio, quanam ingressus esset qui cernebatur. Ignorabat enim quis esset, & rogat hominem, vt parum ex pectet; rursus paulò post adspicit & semel & bis, & ter idem spectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo optimate, qui dixit: Non oportebat te, cùm videres mortem quæ mihi expectatur, Apollium ad sanctum adducere. Ille autem ei affirmat, se de eo nihil cogitasse. His adhuc dictantibus, præco ad matutina cantica excitat ligni pulsibus: Homo itaque reuertitur, in secundam noctem spem reijciens. Accessit secunda nox & tertia, & erat rursus simile spectaculum. His obstupefactus, vix tandem sensit Proclus, nemine vidente à Deo missum eum

eum, qui loquebatur. Dicitque illi optimatis: O optime, Deo resistente studijs omnibus, labor est inutilis. Roga ergò Deum, vt tibi opem ferat. Dies aderat, & cùm supplicis recordatus esset Pontifex, rogauit an accessisset. De eo ergò ei significat Proclus, qui hæc etiam dixit: Cùm tu præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temerè accedere. Cùm sanctus autem rogasset, quisnam is esset, incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum, digito autem per imaginem euidentissimè probans, eum fuisse Apostolum, totam narrat seriem miraculi. Quibus cùm adhibuisset mentem hic vir diuinus, apertè intellexit spectaculum: & factus certior se suam accepisse petitionem, Deo egit gratias. Deinde sic rursus accersit supplicem, & eum conuenit, & pro eo intercedit apud Imperatorē, & priori restituit magistratui, impletque promptius & alacrius, quæ restabant ex diuinis epistolis.

Ex histor. Tripart. libr. 1. cap. 4. & 5. Constantinus Magnus cùm militiæ vexillum signo sanctæ crucis insigniisset, nemo vnquam huius signi minister, vel ex vulnere mortuus, vel captiuitatis cladem perpessus est.

CAP. V.

COnstantinus Imperat. circa meridiem declinãte iam Sole, vidit crucis signum ex lumine factum, & scripturam consertam ei dicentem, in hoc vince. Idipsum & mili-

milites qui tunc cum cum ipso erant, vide-
runt. Dumque cogitaret Imperat. quid esset
nox superuenit, & dormienti CHristus appa-
ruit cum signo, quod vidit in cœlo, iussitque
vt fieret eius signi figuratio, quæ foret auxili-
um in prœliorum congressionibus. Mox fa-
cta die sacerdotes Christi conuocans, de dog-
mate consulebat. A quibus cùm in religione
Christianæ mysterijs institutus esset, iussit va-
ros eruditos ex auro & lapidibus preciosis
vexillum crucis transformare signum, qu
Labarum vocabatur. Hoc enim signum bel
cum inter alia preciosius erat, eo quod Imp
ratorem præcederet, & adorari à militib
moris esset. Vnde præcipuè Constantinu
reor nobilissimum decus imperij Romani,
signum mutasse crucis, vt frequenti visione
que cura desuescerent à priori more subiect
& eum solum arbitrarentur Deum, quem
leret Imperator, vel quo duce atq; auxiliato
vteretur aduersus hostes. Semper enim hoc
gnum proponebatur ante ordines vniuers
quod maximè laborantibus aciebus in p
lijs adesse præcipiebat. Constituit itaque e
tos signiferos, qui in eo laborarent: quorum
pus erat, vt vicibus humeris id veherent, &
mnes acies ita lustrarent. Fertur enim quid
eo quod aliquando ferens hoc signum repe
tè hostibus inuadentibus expàuisset, deci
illud alteri deuehendum: cumq; se de prœ
subtraxisset, & iacula declinasset, subitò pe
cul

cussus interijt: ille verò qui sacrum suscepit trophęum, multis se iaculantibus, permansit illæsus. Mirabiliter enim diuina regente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, à signifero autem inter pericula protinus euolabant. Dicitur autem neque alium vnquam huius signi ministrum, vt solet, in bello vulnere mortuum, aut cladem captiuitatis perpessum.

Libellus Athanasij Episcopi Alexandrini, de passione imaginis Domini nostri IESV CHristi in Beryto vrbe Syriæ crucifixæ, qui in 7. Synodo Oecumenica actione 4. vnde nos eum descripsimus, citatur, & Athanasio tribuitur, quod plurimum facit ad libelli authoritatem. Habetur inter opera Athanasij, & in Tomis Laurent. Surij 9. Nouembris.

CAP. VI.

LEuate oculos intellectus vestri, nouum hoc spectaculum contemplamini, inspicite in Dei immensum hoc miraculum, date ei gloriam, illius inexplicabilem erga homines amorem, illiusque dispensationis magnitudinem, considerate, lachrymas cum lætitia fundite, apud Deum nihil nouum. Deus enim existens, cuncta potest. Quod autem in diebus nostris & nostri causa factum est, corda omnia quæcunque audient, in stuporem ducet. Stupuit cœlum propter talia ausa. Abyssus conturbata nimis est, Sol, Luna, & reli-

Nouemb. 9.

Apud Deum nihil nouum.

qua sidera obtenebrata sunt ob talé facinus. Rursus autem lætata sunt ob id, quod circa se Deus dispensauit. Cunctæ cœlorum virtutes, audite, & stupescite in eo, quod factum est in diebus nostris. Intelligentes, intelligite, inclinate aures vestras, vt ex cordé audiatis. *Cap. 1.*

Berytus ciuitas. Berytus ciuitas est in finibus Tyri & Sidonis sita, vectigalis autem Antiochiensibus. In hac ciuitate cum Iudęorum natio frequens esset, contigit vt propè synagogam, quam illic amplam habent, quidam è Christianorum numero domicilium à quodam conductum habitaret. Hic ex aduerso lectuli, imaginem IESV CHristi Domini nostri fixerat, erat hæc sanè veneranda, quod integram Christi domini proportionem exprimeret. Contigit autem non ita diu post id temporis, Christiano mansionem aliquanto ampliorem quærere: neque id omnino fortuito factum est, sed ex diuina dispensatione, quæ omnes cupit in agnitionem veritatis venire, & saluos fieri, exhibens miracula his qui illum colunt, & piè illum credunt: Verùm in redargutione diffidentium, confirmationem autem & stabilimentum credentibus. Quærebat itaque, vt dicere cœperam, Christianus ædes maiores quas cùm in alio ciuitatis loco inuenisset, ad domo, quam prope synagogam habuit, in alteram migrauit. Cumque res suas omnes in eam transtulisset, imaginem tamen illam Do-

Antiquissima Christi imago.

1. Tim. 2.

mini

mini illic fortè reliquit, obliuione quidem illud, sed tamen diuina dispensatione. Iudęus autem commoditate loci captus, ædiculam illam conduxit, nōdum animaduertens eiuscemodi imaginem illic affixam: suaq; istuc trāsferens, aliquàmdiu illic habitauit.

Christi imago in ciuiusdā Iudæi domo relicta.

Quodā autem die cum hic gentilium suorum quosdam in prandium inuitasset, contigit, vt quidam conuiuarum, sublatis oculis, imaginem CHristi Domini nostri inspiceret: moxque conuersus ad conuiuatorem, tu inquit, Iudæus cum sis, qua fronte tandem audes huiuscemodi imaginem domi tuæ habere? Non dicam, hic quot plaustra conuiciorum & maledicta in Dominum saluatorem effuderit. Conuiciator autem seipsum purgare studens, affirmabat etiam sanctè, se huiuscemodi imaginem hactenus non vidisse: atque ita qui inuitatus erat, tacuit. Postquàm autem fuisset egressus, ad principes sacerdotum hominem detulit, quod imaginem saluatoris in ædibus conseruaret, Nazaręumque non eiecisset. Illi verò audita re, interrogauerunt num id posset approbare. Clamante illo, se posse confirmare quæ diceret, omnes congregati & furore perciti, illo quidem die nihil egerunt: sed manè facto, congregati summi sacerdotes & seniores, cum ingenti hominum eiusdem nationis turba, assumpto simul delatore Iudæo, ad ædes illas, in quibus imago Domini nostri habebatur, ire pergunt.

Cap 2. Cùm autem ad eum locum veniſſent ſeni-
ores & principes ſacerdotum, cum ipſo ſimu-
delatore, irruunt in domum, & cõfeſtim ima-
ginem ſaluatoris Domini noſtri contempla-
furore pleni, Iudæum quidem extra ſynag-
gam eijciunt, imaginem verò detrahunt, c-
centes: Quemadmodum patres noſtri illu-
runt ei, ita & nos faciamus. Tunc omnes co-
perunt ſpuere in faciem ſanctę imaginis Ch-
ſti, colaphiſque hinc illinc faciem cædent-
dicebant: Quæcunque deſignarunt patres n-
ſtri in illum, ea & nos quoque faciamus in-
lius imaginem. Deinde inquiunt: Audiuim-
quod illuſerunt ei patres noſtri: faciamus-
hoc & nos quoque. Mox talia conuicia e-
muerunt in IESV CHriſti imaginem, q-
nemo ſanæ mentis excogitare poſſet. Add-
deinde: Audiuimus patres noſtros pedes-
nuſque illius clauis fixiſſe: quid obeſt, quò-
nus & nos idem tentemus? Confeſtim acc-
imaginis Domini pedes manuſque clauis
reis perforauerunt.

Matth 26. *Vide quos magiſtros ſequãtur Iconomachi.*

Deinde inſano ore clamant: Audiui-
quod & aceto & felle imbuta ſpongia il-
potauerunt: faciamus & nos ſimiliter: a-
ptaque ſpongia aceto plena, ad os imagin-
plicuerunt. Rurſum aiunt: Notum nobi-
quod & calamo caput illius patres noſtri p-
cuſſerunt. Fiat idipſum etiam à nobis par-
Sumpto igitur calamo, caput Domini cæ-
cœperunt. Tandem aiunt: Clarum nobi-

Marc. 15.

quod lancea latus illius pupugerunt. Nihil à nobis omittatur, addamus & hocipsum. Itaq; lanceam cuidam porrigentes, iusserunt, vt latus imaginis Dominicæ transfigeret. Ex eo autem, confestim sanguis & aquæ riuuli emanare cœperunt. Christe, gloria tibi incomprehensibilis Domine, gloria tibi. Quis tibi similis Domine? Quis alius præter te Deus, faciens horrenda signa & terribilia, & obstupescenda in cœlo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, & Homousion, mundi redemptor ac saluator, totius bonitatis & pietatis fons & origo. O quantus es domine in humilitate, qui cùm esses Deus, morticinium nostræ carnis susci piendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudeles paulò minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quàm magnus es noster saluator in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tu traditori ad te venienti, osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quãdo ad passionis victimã velut ouis mãsuetus deducebaris. O quãtus es in misericordia Christe, spes vnica mundi, qui cùm in cruce teipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute incuruatus, in eadem

Vide stupendũ miraculũ, in emanatione sanguinis ex latere imaginis Christi.

Luc. 22.

Esaiæ 52. Ierem. 11.

Luc. 23.

carne quam ex virgine sancta & immacula
assumpseras, mortem pertulisti crudelem.
qui eras in substantia cum patre sanctoque
ritu, vnus & impassibilis existens & inuisi
lis, condoluisti humanam perire naturam.
ideò in hanc lachrymarum vallem desce
dens, pro nostris erratibus & piaculis fo
mam seruilem susscepisti, in qua te permi
ab iniquis teneri, flagellari, ad vltimum ve
crucifigi. Nunc autem in sancta imagine
crucifigeris Domine iterum, ad confusion
impiorum omnium infidelium, & ad con
borationem omnium in te credentium.
ideò tibi omnipotenti Deo vna cum patre
rituq; sancto gloria sit per cuncta sæculo
sęcula, decus & fortitudo virtus atq; victo
Amen.

Cap. 3.

Audite omnes Ecclesię filij cętera, que
modum facta, ipsius enim mysterij fuit di
satio. Postquàm enim, vt superius dictum
latus sanctæ imaginis illius apertum est,
tinuò exiuit sanguis & aqua. Dixerunt a
principes sacerdotum: Afferatur vas ad lo
vulneris, & videamus exitum rei. Qui
detulerunt hydriam, & ad locum vuln
vnde sanguis & aqua decurrebant, statuer
Quæ absque vlla mora subitò repleta est.
xerunt autem ad inuicem: Quoniam i
rant CHristum colentes, quod signa & i
dita multa fecerit in mundo, quæ nemo
us agere potuit, accipiamus hunc sangui

Sanguis ex latere imaginis Christi à Iudæis cõseruatur.

& aquam hanc, & deferamus ad noſtram ſynagogam, & congregemus vniuerſos, qui ſe malè habent, & ex hoc perungamus eos: & ſi vera ſint, quæ de Chriſto dicuntur, continuò ſanabuntur: ſin alias, oſtentui habeantur à nobis cuncta, quæ à ſuis ſequacibus afferuntur de eo: hæc dicentes, hydriam deferunt ad ſynagogam, æſtimantes ſe CHriſto IESV Domino noſtro æterni regis filio maximam inferre poſſe iniuriam. Congregauerunt igitur quoſcunque reperunt languidos, & in conſpectu Hebræorum introducti ſunt in ſynagogam: inter quos quidam prouectæ ætatis erat homo, quẽ à natiuitate ſua grauiſsima poſſederat corporis moleſtia, quæ Græca locutione παράλυσις latinè verò diſſolutio membrorum dicitur. Hic dum primùm ab eis fuiſſet perunctus, repentè de ſuo grabato quaſi ſeruus exiliens, ad laudem filij Dei incolumis redditus, ad propria remeauit. Deinde adducentes cęcos nonnullos, loca eorum luminum perungere ſtuduerunt. Qui ipſi ſtatim in CHriſto IESV nomine diſcuſſa cœcitate, poſt multos annos lumen amiſſum recipere meruerunt. Aegrotantes autem plurimi, ad hoc ſpectaculum ſunt adducti, manibus poſt terga reuinctis. Cumque & illi fuiſſent perunctí, mirabili virtute Dei vndique perfuſi, ſenſu redintegrato priſtino, ad propria dum reuertuntur ſaniſsimi, laudes Dei omnipotentis filio IESV CHriſto Domino ſaluatori noſtro perſoluuntur ab omni populo.

Miracula ex ſanguine imaginis Chriſti.

Tumultus autem exortus est magnus per to-
tam tandem vrbem, concurrentibus omnibu
propter innumerabilia, quę fiebant miracula
Et quicunq; varijs languoribus infirmos po-
sessos habebant apud se, illuc eos deducent
perungebant, & statim sanitatem quam de-
derabant, consequebantur. Omnes autem a
quoscunque peruenire potuit opinio, afferen
tes infirmos, quos habere poterant in dom
bus, paralyticos, cœcos, claudos, surdos, m
tos, & leprosos siue aridos, deducebant eos
synagogam Iudæorum, vbi hæc signa fiebu
diuinitus. Sed quamuis maxima esset hæc
dem synagoga, nequaquam tamen recipere
terat superuenientium multitudinem, infir
tæ enim erant populorum cateruæ, quæ ill
vndique confluebant propter innumerabil
miracula & prodigia, quæ pro nimia sua pr
lixitate, ne fastidium generent, transgredi
do prætermittuntur. Omnes autem princip
sacerdotum & seniores, & omnis turba Iud
orum, paruulorum ac maiorum, & mulier
videntes quę facta fuerant, crediderunt in D
minum nostrum IESVM CHristum, & di
bant: Gloria tibi sit æterne Deus & omnip
tens pater, qui nobis indignis, quamuis se
reuelasti vnicum filium tuum, Dominum
strum IESVM CHristum, quem, vt Esaiæ v
cinium cecinit, virgo concepit, & virgo p
rit, ac post partum virgo permansit. Gloria
bi sit Christe fili Dei, qui tanta mirabilia

Iudæi autem permulti credunt in Christum.

bis miseris demõstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto ꝓpitius, & nos suscipere dignare, qꝫ ex toto corde, & tota anima atque virtute ad te confugimus. Hæc & his similia clamantes dicebant, lachrymas autem amaras emittebãt & singultus.

Postquàm autem curati sunt cuncti, qui ægritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Iudæorum ad domum sanctæ Ecclesiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbi & Metropolitanum inuenerunt. Cuius prouoluti vestigijs, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cùm ab ijs perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini saluatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant: & qualiter ab ictu lanceæ, sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea ostensis, illi retulerũt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipsa ab ijs fuisset reperta, & si ab aliquo eam excepissent. At illi retulerunt ei, quod quidam Christicola per obliuionem in cellula synagogæ proxima, dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri, & repertus in præsentia Domini Metropolitani statui. Cũque ab eo studiosissimè fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel à quo tam mirabiliter posita esset, respõdit, dicens, quod Nicodemus, qui ad IESVM nocte venerat,

Cap. 4. Confitentur Metropolitão sua peccata.

Nota de imaginis antiquitate.

Ioan 3.
Act. 22.

rat, proprijs manibus eã cõpoſuiſſet, & mo
ens, Gamalieli tradidiſſet. Gamaliel aũt doc
ris gẽtiũ Pauli διδάσκαλος cũdiẽ ſibi cerne
adeſſe extremum, Iacobo eã reliqt, & Iacob
Simeoni & Zachæo, & ſic per ſucceſſores
porum in Hieroſolyma perdurauit, vſque
ſubuerſio illius vrbis patrata eſt quadrage
mo tertio anno poſt aſcenſionem Domini
ſaluatoris ad cœlos, ſed biennium ante, qu
Titus & Veſpaſianus eandem ſubuertere
bem, admoniti ſunt à Spiritu ſancto fidele
que diſcipuli CHriſti, vt relicta vrbe, ad
gnum ſe transferrent Agrippę regis: quia
tunc Agrippa Romanis fœderatus erat.
egreſsi ab vrbe, omnia quæ ad cultum no
religionis vel fidei pertinere videbantur,
cum auferentes, in has regiones tranſtule
ſe. Quo tempore etiam icona cum cæteris
bus Eccleſiaſticis deportata, vſque hodie i
ria permanſit, quam & ego ipſe à parent
ex hac luce migrantibus mihi traditam,
hæreditorio vſque nunc poſſedi. Hæc cer
manifeſta ratio eſt, de icona ſancta Do
Saluatoris qualiter de Iudæa in Syriæ p
deuenit.

Auditis his ſermonibus, reuerendiſſi
Metropolitanus valde hilaris redditus,
uerſus ad populum Iſraëliticum, dicebat
uertere Iſrael ad dominum patrem vniuer
rum viuentium, & adora nobiſcum eius
per quem ſunt omnia creata, & ſpiritum
&

cum, qui est viuificator omnium viuentium, & illuminator nostrarum animarum, festina debitum absoluere votum. Omnis autem turba stirpis Iudaicæ, clara voce cœpit cantare & dicere: Vnus Deus pater, & ipse ingenitus: vnus filius & ipse vnigenitus CHristus, quem patres nostri crucifixerunt, & nos ipsum agnouimus verum Dominum. Vnus Spiritussanctus, & ab vtroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse saluandos. hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis cõmissis sceleribus per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus Antistes, cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudiuit Christiana. Ad vltimũ verò catechumenos factos, & triduam peracto, ieiunio, ex aqua & Spiritusancto regenerauit eos. *Iudæi baptizantur.*

Postquàm verò baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, vt synagogam suam Ecclesiam cõsecraret in honore sancti saluatoris mundi. Quorum petitionem minimè aspernatas, synagogam illorum, quæ maior esse videbatur, in nomine vnigeniti filij Dei redemptoris mundi cõsecrauit. Extũc itaque per diuersas vrbis terræ nationes & prouincias mos inoleuit, vt basilicas plurimas vel oratoria Pontifices Christianæ legis, in honore sancti saluatoris mundi condere & dedicare non desinant. Nam antea antiquiores nostri vel maiores hoc peragere minimè præsump- *Cap. 5.*

sumpserunt. Sed ad narrationis nostræ ord-
For. Metropolitanū præfati virt. nem reflectamus articulum. Rogauerunt
tem Metropolitani præfatum virum, vt ec-
ras synagogas eorum in honore quorund
martyrum consecrando reconciliaret. Ita
& huic petitioni libenter animum accom
dauit, & quæ illi suggesserunt, Dei iuuam
fretus, cuncta expleuit deuotus. Factum
gaudium magnum in ciuitate illa, non sol
de sanitate corporum, quæ emanauerat
xima: sed & de tantis animabus, quæ ab
teritu sathanæ ad vitam æternam fuerun
uocatæ.

Cap 6. Venerabilis verò & summus Antist
noctuque varijs fluctuabat cogitationib
hydria, quæ dominicum intra se retin
cruorem, valdè hæsitans, quid de eo oppo
num fuisset peragere. Tandem autem sal
reperto consilio, omnium Ecclesiarum,
per orbem terræ longè lateque consist
inestimabile atque profuturum prouidit
solationis remedium. Deinde ampullas
cepit fieri vitreas, in quibus portiones
singulas de sanguine & aqua, quæ de im
Domini saluatoris nostri decurrerunt, c
que apud vrbem iam dictam suo tempore
tigerant, suis scriptis vel eloquijs manif
simè vniuersis sanctæ Ecclesię filijs vtilit
clarauit. Hoc insuper ab his efflagitans, v
annos singulos in mense Nouembri, qui
Hebræos est nonus, apud nos verò mens

Festū huius miraculi indicitur in perpetuā rei memoriam.

decimus, vno die ipsius mensis, id est, quinto idus Nouembris, nō minori reuerentia, quam Natalis Domini vel Paschalis, ista dies præcipua obseruatione colatur.

Hæc est vera & vehementer credula ratio de cruore lateris Domini nostri saluatoris, q̄ profluxit de sancta imagine ipsius, quę crucifixa est in Syria in Beryto ciuitate. Hic est etiam sanguis ille Dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter æstimandum à verè Catholicis, præter id quod scribitur à nobis, quasi ex carne & sanguine Christi aliquid possit in mundo inueniri, nisi illud, quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hæc ergò insciens, amantissimi patres & fratres, accelerarui declarare vobis, ad ædificationem animarum vestrarum, ad incrementum vestræ fidei, vt & in hoc scire valeatis, quanta sit virtus & pietatis Domini saluatoris nostri IESV Christi. Idcircò in fide forte sestote, & congaudete super magna & obstupenda eius miracula, quę in nostra generatione à Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, & cum nimia compunctione eius maiestati immensas gratias agite, eò quod fidei suæ & scientiæ dignos vos fecit esse. Ipsi CHristo IESV saluatori, cum patre sanctoq; spiritu gloria sit honorq;, laus etiā perēnis, qui sempiternum atq; indiuisum absq; initio & fine obtinet imperium.

Spiritualiter, id est, inuisibiliter, et tamē realiter & substantialiter.

In

In VII. Synodo, quæ est altera Nicæna, sequuntur hæc.

Athanasium dicit. CONstantinus sanctissimus Episcop. Constantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Ecce is, qui ab immortalitate appellatione sortitus est, totam hanc sacram congregationem ad compunctionem & lachrymas compulit. Non enim venerandas esse tantummodo imagines sanctorum docuit, sed & maximas quasdam medicandi rationes ab his proficisci. Tharasius sanctissimus Patriarcha dixit: Sed quispiam dixerit, quamobrem miracula à nostris imaginibus non eduntur? Cui ita sanè cum Apostolo sit responsum: miracula non credentibus data sunt, sed illis, qui in incredulitate versantur. Hi igitur, qui imaginem ita tractabant, infideles erant: qua de causa signum illis datum est à Deo per imagines, vt ea ratione ad fidem nostram Christianam traherentur. Generatio enim improba & adultera signum quærit, & signum non dabitur illi.

1. Cor. 14.

Matth. 12.

Gregorius Turonensis li. 1. cap. 22. de gloria martyrum, miraculum de imagine Christi traiecta.

CAP. VII.

ISTO nunc tempore per credulitatem integram tanto CHristus amore diligitur, cuius legem in tabulis cordis credentes populi retinent, eius etiam imaginem ad commemorationē virtutis in tabulis visibilibus

pictam, per Ecclesias ad domos adfigant; sed & in hoc inimicus semper humani generis æmulus extat. Nam Iudæus quidam cum huiusmodi imaginem in tabula pictam ac parieti affixam in Ecclesia sæpè vidisset, ait: Ecce seductorem illum, qui nos genusque nostrum humiliauit. Et sic nocte veniens, telo ipsam imaginem verberat, elisamque de pariete, opertam veste, ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quæ quod virtute Dei fuerit, non potest ambigi. Nam de vulnere vbi imago transfossa fuerat, sanguis effluxit. Quod ipse iniquus spiculator, oppletus furore non sensit. Cùm autem per obscure noctis tenebras, domum suam fuisset ingressus, lumine adhibito cernit se totum sanguine cruentatum: timensque ne scelus suum patefieret, abiectam à se tabulam abdidit in obscutis: nec ausus est vltra contingere, quod iniquè præsumpsit auferre. Venientes autem Christiani ad domum Dei, iconicam non inueniunt, stupentesque ac requirentes quod fuerat factum, cruoris vestigia deprehendunt. Quod sequentes, ad domum Dei accedunt. Denique scisciatari de tabula, nihil certi cognoscunt. Requirentes autem eam sollicitè, in angulo cellulæ Iudæi reperiunt: qua Ecclesiæ reddita, furem lapidibus obruerunt.

Eno-

Habetur inter sermones D. Aug. à Vlimmerio emissos.

Euodius Vzalensis Episcopus (qui claruit tempore D. Augustini) in lib. 2. de miracu S. Stephani, & citat Ioan Molanus lib picturis cap. 8. De imagine D. Steph Protomartyris diuinitus allata, & q per illam picturam Deus insinuare volu hominibus.

CAP. VIII.

CVM immensæ magnitudinis draco die nundinarum Vzali è nubibus p pederet, relicta omni negotiatione magnus multitudinis concursus ad grem Ecclesię matris. Ad ipsam amici Dei sacra memoriam in facie prostrata iacebat diu ætas, dispar quoque sexus, donec Stephani ce fusa, clementia Dei draconem illum traheret. Sequenti die negotiator nũquam gnitus, aut verius angelus, Sennulo Vzal Ecclesiæ subdiacono attulit velum, vari loribus pictum, in quo inerat pictura ha dextera veli parte, ipse sanctus Stephan debatur adstare, & glorioſam crucem prijs repositam humeris baiulare: qua cu cuspide portam ciuitatis videbatur pul ex qua profugiens draco teterrimus, cern tur exire, amico Dei velut aduentante. Ve ille serpens noxius, nec in fuga ipsa tut mus, sub triumphali pede martyris Chr contritus aspiciebatur, & pressus. Talis ita pictura veli à subdiacono suspẽsa est ante moriam tanti patroni: & omnis ætas om

que sexus intueri cœpit, & mirari tanquam grande spectaculum, quo scilicet authore, quóue liberatore, draco ille extinctus est, hostisque deuictus. Nam reuera Dei fuit ad homines quædam allocutio, in velo tacitè dicentis: O miseri mortales, quale hesterna die draconis euaseritis incendium, vel cuius pro vobis aduocati fuerit acceptum suffragium, isto sequenti die istius veli significatione intelligite, atque gaudete: Ecce draconem de vestra ciuitate cernitis fugatum, & expulsum: ecce conterentem caput eius primum martyrem meum: ecce crucis trophæum, per quod vicistis inimicum.

De cœmiterio S. Priscillæ virginis Romæ anno 1578. in Iulio inuento, de antiquissimis in eodem picturis, & altari, & bis mille sepulturis. Excusum habetur ad calcem libelli Piorum & deuotorum exercitiorum Colon. apud Ludouic. Alector Anno 1579.

CAP. IX.

SVperioribus diebus extra portam Salariam, secundo ab vrbe lapide: in vinea cuiusdam Hispani, inter effodiendum sub nigram arenam (quam Puteolanam vocant) in vsum ædificia extruendi, euenit vt profundius effodiendo, magna omnium admiratione via quædam subterranea inueniretur atque aperiretur, compertisque ibidem Christianæ religionis signis, eo personæ religiosæ, Cardinales, Prælati, & cuiuscunque conditionis viri con-

ri concurrere cœpere omnes, tam vetuſtat
ſtudioſi, quàm alij, vno ore dicentes, illud e
cœmiterium B. Priſcillæ virginis, iam in
ab incurſionibus Gothorum occultum: in q
ante receptam publicè Chriſtianam fide
ſanctiſsima fœmina, (vtpotè illius agri ac
ci domina) & alij pij viri ſanctorum corpo
præcipuè martyrum, & aliorum Chriſtifi
lium defunctorum condebant, atque et
Chriſtiani illi Ethnicis magis ſuſpecti &
oſi latitabant. Ibi præcipua via eſt ſatis la
alta, in cuius parietibus vtrinque ſunt ex
ſepulturæ, vna quidem ſupra aliam, tanqu
thecæ ſeu arculæ quædam, ante quarum o
cium erant lapides cum inſcriptionibus L
nis & Græcis. Sed pleriſque huiuſmohi
des aut ſunt ſublati aut exciſi aut confracti
cut etiam oſſa ſunt ſublata. Sed nihilomi
adhuc aliqua extant, hactenus autem ſun
uentæ bis mille & eo amplius ſepulturæ. E
ſta præcipua via, tot aliæ viæ depreſsiore
arctiores, tot cuniculi deducuntur, vt ſub
ranea quædam mortuorum ciuitas videa
inſtar tamen Labyrinthi viarum ambag
implicita, cuius circuitus ad vnum mil
um exiſtimatur, adeò vt non temerè qui
committat perquiſitioni loci, abſque mu
funiculorum globulis ac tædis, atque igne
ſi fortè tedæ extinguerétur. Ibi in abdito
dam receſſu capella cum paruulo altari re
ritur. Ibidemq; crucifixi imago picta con

citur cum imagine duorum sanctorum ab vno latere, ab altero verò vnius matronæ, quæ existimatur B. Priscilla esse. In pluribus autem dicti cœmiterij locis est videre pictum pastorem ouem in humeris gestantem, sæpius pariter D. Ignatium inter duos leones. Abrahæ sacrificium, & mulierem spongiam in manibus habentem, hanc credunt esse S. Praxedis imaginem, eius corpus & pariter S. Potentianæ eius sororis ibidem conditum fuisse sacræ testantur historiæ. Extant quoque signa aliarum imaginum, quæ præ nimia antiquitate cognosci non possuut. Estque locus tanta venustate, religione, & sanctitate verendus, vt omnibus ingredientibus & benè perpendentibus terror quidem incutiatur, & lachrymę excutiantur. Inde est conijcere, persecutiones & ęrumnas, simul & pietatem sanctorum illorum virorum primitiuæ Ecclesiæ ibi ad confirmationem nostræ indubitatæ & certissimæ religionis Catholicæ, ritumque Catholicorum, est videre religionem, curam & diligentiam illorum Dei amicorum circa humationem corporum. Ibi manifestissimè ipsis oculis cernitur, quod Ethnicorum & Idololatrarũ temporibus pij illi & sancti Dei amici, cùm publicè & in huius sæculi luce non possent, in antris saltem & cauernis terræ pias imagines pingebant, ac venerabãtur. Nunc autem inter Christianos ipsos, ô nimiam cœcitatem huius temporis, non desunt qui ipsas è sacris templis ab-

radere & deturbare temerario ausu præ-
sumant. Sed quod attinet ad cœmiteriu
iam portis clauditur, nec cuiuis ingressus
tur. Suntque iussi illius vineæ domini &
sub certis pœnis, quod tam lapides quàm
inde ablata, Reuerendissimo vrbi vicario
signare debeant. Intereà autem deliberat
an extruendum sit ibidem aliquod templ
Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De L
Armenio Imperat. quibus impostur
ductus sit, vt oppugnaret venerandas
gines.

CAP. X.

VNde in eum furorem inciderit Leo
perator, vt sacras imagines oppugn
exponam. Ei monacho, à quo imper
ipsi prædictum fuerat, gratiam relaturus
quendam ex intimis suis dona misit. Is no
ipsum incidit, quippè iam mortuum, sed
aliũ inuenisset ibi habitãtem, eũ, vt quem
nosset, accesit. Ille verò (erat enim oppu
tor imaginum, eiusque sectæ vehemen
mus propugnator) neque munera accep
eo quò afferebantur, dimisso: se à simula
rum adoratore nihil accipere dixit. Leo
regni & vitę iacturam breui comminatu
adoratione simulacrorum (sic enim ven
das imagines appellabat) abstineret. Hæc
ciata solicitum fecerunt Leonem: rem ig
cum quodam ex familiaribus Theodoto
lisseno communicat, qui oppugnatoribus
gra

ginum ſtudebat. Is eum dolo aggreſſus, monet vt negotium cum quodam monacho, quem eiuſdem ſecum opinionis eſſe norat, communicet, & quod ille ſuaſiſſet, exequeretur. Virum enim eum plenum eſſe gratia ſpiritus, ac res futuras & prę uidere & prędicere. Aſſenſo Imperatore, monachum conuenit, Imperatorem habitu priuati hominis ad eum venturum eſſe indicat, & qua gratia ſit venturus, quæque cum eo differenda ſint, inſtruit. Imperator noctu ad monachum abit, mutata veſte, ne agnoſceretur, Theodoto comitante. At monachus, vt ab illo ſpiritu commẽtum edoctus, Leonẽ pro Imperatore ſalutat: &, Ne (inquit) maieſtatem tuam celaris, neq; imponere velis noſtrę vilitati, ſed ſcito te de religione perperam ſentire, & planè ſimulacrorum cultorem eſſe, & te & omnes qui tibi parent. Quod ſi ex Eccleſijs ſimulacra ſuſtuleris, & vita & imperium tibi diuturnum & fortunatum eſt futurum. Sin minus, ſcito te breui vtrumque amiſſurum, præterea ſupplicia æterna ſubiturum. His Leo auditis, miratus monachum, ob prædictionem, vtique ignarus impoſturæ Theodoti, verbis illius captus eſt, & contra ſacroſanctas imagines vehementiſsimè ſæuijt, & eas omnes edicto tolli iuſsit: cumque ſanctiſſimum Patriarcham Nicephorum in ſuam ſententiam pertracturus eſſet, ille verò acriter aduerſaretur, & edictum illud & ſcriptis & oratione impietatis argueret: virum iuſtum

relegat, qui quidem improbos Leonis more
præsensisse fertur, qui orthodoxis offendic
lo futurus esset, Ecclesiæ tumultus occasi
Nam cum eius capiti diadema imponeret, n
num suam spinis compungi putauit. Dum a
tem Præconnesium exulatium abducitur, m
gni agri magister Theophanes confessor, tr
situ illius spiritu cognito (neque enim vid
bat sanctum) cæreis incensis & suffitu, emin
eum excipit, & prosequitur, atque ille vic
sim eum flexis genibus veneratur, cùm neq
videret, neq; videretur. Quod Patriarchæ
mitibus admirantibus, & cui honorem ill
præberet percontantibus: respondit, confe
ri Theophani magni Agri magistro: con
sionem vaticinatus, necdum enim ea dign
fuerat.

*Venerabilis Beda lib. 3. cap. 2. histor. Eccles
Anglicanæ, vt de ligno crucis quod rex
suualdus contra Barbaros pugnaturus
xerat, inter innumera sanitatum mira
la, quidam adolescens sit brachij lang
curatus.*

CAP. XI.

OSTenditur vsque hodiè, & in magna
neratione habetur locus ille, vbi ve
turus ad hanc pugnam Osuualdus,
num sanctæ crucis erexit, ac flexis gen
Deum deprecatus est, vt in tanta rerum ne
sitate suis cultoribus cœlesti succurreret
xilio. Denique fertur, quia facta citato op

ruce,ac fouea præparata, in qua ſtatui debe-
ret, ipſe fide ſeruiens hanc arripuerit, donec
aggeſto à militibus puluere,terræ figeretur:&
hoc facto, elata in altum voce, cuncto exerci-
tui proclamauerit:Flectamus omnes genua, &
Deum omnipotentem ac verum in communi
deprecemur, vti nos ab hoſte ſuperbo & fero-
ce ſua miſeratione defendat. Scit enim ipſe
quia iuſta pro ſalute gentis noſtræ bella ſuſce-
pimus.Fecerunt omnes,vt iuſſerat.Et ſic,inci-
piente diluculo, in hoſtem progreſsi, iuxta
meritum ſuæ fidei victoria potiti ſunt. In cu-
ius loco orationis, innumeræ virtutes ſanita-
tum noſcuntur eſſe patratæ,ad iudicium vide-
licet ac memoriam fidei regis. Nam & vſque
hodie multi de ipſo ligno ſacroſanctæ crucis
aſſulas excidere ſolent: quas cũ in aquas miſe-
rint, eiſque languentes homines ac pecudes
potauerint, ſiue aſperſerint, mox ſanitati re-
ſtituuntur. Vocatur locus ille lingua An-
glorum Heofonfeld, quod dici poteſt latinè,
cœleſtis campus: quod certè vtique præſagio
futurorum antiquitus nomen accepit: ſignifi-
cans nimirùm,quod cœleſte ibidem erigen-
dum trophæum, cœleſtis inchoanda victoria,
cœleſtia vſque hodiè forent miracula cele-
branda. Eſt autem locus ille iuxta murum il-
lum ad aquilonem, quo Romani quondam ob
arcendos Barbarorum impetus, totam à mari
vſque ad mare præcinxêre Britanniam, vt ſu-
pra docuimus. In quo videlicet loco conſue-

Nota hæc de miraculis crucis.

tudinem multo iam tempore fecerunt fratr
Haguſtaldenſis Eccleſiæ, quæ non longè abe
aduenientes omni anno pridie, quam poſt
idem rex Oſuualdus occiſus eſt, vigilias p
ſalute animæ eius facere, plurimaque pſalm
rum laude celebrata, victimam pro eo ma
ſacræ oblationis offerre. Qui etiam creſce
bona conſuetudine, nuper ibidem Eccle
conſtructa atque dedicata, ſacratiorem & c
ctis honorabiliorem locum omnibus fec
Nec immeritò: quia nullum, vt comperim
fidei Chriſtianæ ſignum, nulla Eccleſia, n
lum altare in tota Berniciorũ gente erectũ
priuſquàm hoc ſacræ crucis vexillum no
militiæ eductor, dictante fidei deuotione,
tra hoſtem immaniſsimum pugnaturus, ſta
eret. Nec ab re eſt vnum è pluribus, qu
hanc crucem patrata ſunt, virtutis miracul
narrare. Quidam è fratribus eiuſdem Ha
ſtaldenſis Eccleſiæ, nomine Bothelmus,
nunc ſupereſt, ante paucos annos, dum in
tus fortè noctu in glacie incederet, rep
corruens, brachium contriuit, ac grauiſ
fracturæ ipſius cœpit moleſtia fatigari, i
nec ad os quidem adducere ipſum brach
vllatenus, dolore arcente, valeret. Qui
die quadam manè audiret, vnum de fratr
ad locum ſanctæ crucis aſcendere diſpoſu
rogauit vt aliquam ſibi partem de illo l
venerabili rediens afferret: credere ſe dic
quia per hoc, donante domino, ſalutem p

Preces & ſacrificia pro defunctis.

consequi. Fecit ille vt rogatus est, & reuersus ad vesperam, sedentibus iam ad mensam fratribus, obtulit ei aliquid de veteri musco, quo superficies ligni erat obsita. Qui cùm sedens ad mensam non haberet ad manum, vbi oblatum sibi munus reponeret, misit hoc in sinum suum. Et dum iret cubitum, oblitus hoc alicubi deponere, permisit suo in sinu permanere. At medio noctis tempore, cùm euigilaret, sensit nescio quid frigidi suo lateri adiacere. Admotaque manu requirendo quid esset, ita sanum brachium manumque reperit, ac si nihil vnquam tanti languoris habuisset.

Fulgos. libr. 1. cap. 6. Conrad. Lycosthen. libr. 12. Theatri, lignea crucis Christi imago sagitta sauciata, sanguinem emisit, Sagittarius pœnitentia ductus, contra Christi hostes bellare cœpit.

CAP. XII.

IMperãtibus Ottone & Philippo, in eo bello quod pro Germanico imperio inter se gesserunt, cum permulti se cum rebus suis in fanum sancti Gouari, haud longè à Treuiris recepissent, quia & natura & arte satis munitus videbatur is locus, eoque oppugnaturus templum Vernherus Bolanus venisset: quẽ intus obsidebantur, cùm suspectam haberent fenestram, ne ea hostes aditum sibi in templum facerent, posita in eo loco crucifixi CHristi imagine, quæ lignea erat, satis cauisse rebantur, ne inde hostes venirent. Sed cùm auaritia

pro Deo aurum colat, Sagittarius quidam po-
pulationis ſpe ſagittam in eum ipſum locu-
direxit, vbi in Chriſti imagine confixa fuit,
mox tanquam ex viuente corpore à ligu-
Chriſti effigie ſanguis manauit. Ea re terri-
Vernherus, cruce ſumpta, mare ad bellum co-
tra Chriſti hoſtes gerendum traiecit: ima-
autem ſagittaque ſanguine conſperſæ, in hu-
vſque diem aſſeruantur.

Conradus Lycoſthenes libr. 14. Theatri, citat
M. Friiſchium in Meteoris. Alea-
quidam pecunijs amiſſis deſperabun-
imaginem crucis ſaxo ferit quæ ſanguin-
emiſit. Aleator ipſe diuina vltione horra-
punitus.

CAP. XIII.

DVdæ, Pannoniæ vrbe, duo aleatores
conuenerant, vt alter in Dei nomi-
alter in nomine diaboli luderet. C
Deum nequitiæ fautorem faciebat, pecu-
omnes, ipſas quoque veſtes amiſit: intempe-
nocte deſperabundus domum rediens, per-
miterium iter facit. Ibi ſaluatoris cruci-
imaginem conſpicatus, ira & furore plen-
ſaxum arreptum violenter fronti illiſit. M-
culosè igitur ſaxum in vulnere hæſit, & co-
oſus ſanguis profluxit. Cœmiterio vicinu-
bitabat lanius ſenex podagricus, is per eo-
tem vocem incertam audit: ſurgeret, & cul-
proximum quemuis ſibi obuiam factum c-
foderet. Quam vocem cùm tertiò iterat-

multis cum minis instantem audiuisset, parcere decreuit. Itaque cùm prius ne mouere quidem sese lecto posset, impigrè surgens, laniario cultro arrepto, in cœmiterium descendens, aleatorem infœlicem furibundum sibi obuiam factum cultro confixit. Hoc patrato facinore, iudicis ędes accedens, aditum & colloquiũ postulat. Iudex non credere, sed phantasma dæmonis arbitrari. Tandem admissus, somnium & cædem indicat. Cùm iam illuxisset, ad cœmiterium conueniunt, cadauer circumstant. Interim dæmones cum terribili vlulatu in sublimè raptum cadauer, ex hominum conspectu abstulerunt. Ea res, præter vulnus crucifixo illatum, aleatoris perfidiam arguit, & lanium à periculo liberauit.

Eutropius li. 21. rerum Romanarum, de quodã Constantino, imaginem Dei genitricis violante, eiusq; diuina vltione.

CAP. XIIII.

COnstãtinus quidam strator Artabasdi, videns imaginem Dei penitricis stantem, apprehensum lapidem aduersus eam proiecit, & contriuit: & cùm cecidisset, calcauit. Et vidit in somnis astantem sibi Dominam nostram, & dicentem: Nosti quàm fortem causam in me operatus fueris, verùm contra caput tuum feciſti. Posteà verò dum Saraceni aduersus murum congressionem facerent, & ageretur bellum, currens ad murum vt fortis miles infœlix ille, eijcitur à lapide

transſ-

transmisso ex Mangone, & cõtritum est capu-
cius & facies, dignam impietatis suæ retribu-
tionem percipiens.

*D. Ioannes Damascenus lib. 3. de venerat sanct. imaginum, ex Arcadio Archiepis-
po Cypri. De funesto interitu illorum qui
imaginem S. Simeonis mirifici deturba-
conati sunt.*

CAP. XV.

COntigit diebus illis virum quendã
negociatorem ciuitatis Antiochiæ
riculoso angore animi detineri, id p
curante maligno dæmone, diuque ita anxie
te vrgeri, vt compressione anheli spiritus
nè illum suffocaret. Hic quum sanctum Sim
onem adijsset, essetque eius deprecatione
sequutus sanitatem, ita vt nullum videret
eatenus passus malum, inque suam domum
gressus, pro gratiarum actione erexit sanc
illi imaginem in publico & conspicuo om
bus ciuitatis loco, supra fores officinæ sua
verò quum perspexissent infidelium quid
tanto honore & gloria illustrari, vna cum
minaribus & descriptione astrorum ip
ambientium, impleti zelo homines sui
les, nempè turbulentos & incomposita
conciuerunt ad seditiosam coitionem, &
numerosa multitudo conuenerit & obstr
peras voces ediderit, clamando: Tolle
qui hoc fecit, ac deturbetur imago. Dei au
dispensatione, contigit tunc virum non p

isse in sua deprehendi domo. Prius enim magno tenebantur studio, vt eum malè multarent & occiderent, alijs alia vociferantibus. Istorum nequitia multa & nimis quàm magna in conspectu Dei apparuit, inuidia insuper præter omnem modum, per quam dæmonico spiritu obsessi in hoc conspirarunt, arbitrati se occasionem inuenisse concitandæ seditionis, & contumelijs infectandi sanctum, quod is sæpenumero coarguisset perfidiam, & ipsorum errorem, qui gentilium superstitionem sectabantur. Tantum igitur insaniæ pondus quum ferre non possent, vnicuipiam militum prouinciam hanc delegarunt, vt concensis gradibus deturbaret imaginem. Ille quum ascendisset, manusque expandisset, vt demandatum expleret opus, ex alto in imam delapsus terram, momento est medius perruptus, & in turba non mediocris exortus est tumultus, nihilominus Redaccensis animis adiecerunt, vt & alterum eò adigerent. Et ille quidem experrectis manibus, vt imaginem detraheret, in terram pariter delapsus perfractus est. Hoc edito exemplo terrore perculsi omnes cœperunt sibiipsis imprimere S. crucis signaculum. Cumque perfidi illi vehementiore insania furerent, adiecerunt, vt & tertium ad hoc opus adigerent. Et hic vt manus extendit primùm ad deijciendam imaginem, consimiliter perruptus concidit in terram. Tunc timor magnus inuasit omnes, qui fideles circumsteterant, &

atto-

attoniti super cęcitate ac temerario ausu per-
fidorum & impiorum, adorata imagine cum
supplici deprecatione illinc abierunt.

D. Ioannes Damascenus libr. 3. de venerat.
SS. imagin. De quodam Saraceno, qui cum
sagittam eiaculatus esset in imaginem
Theodori, sanguis ex ea profluxit, ipse ve-
cum alijs Saracenis infeliciter periit.

CAP. XVI.

AGellus est à Damasco miliaribus qu
tuor dissitus, dictus nomine Carsa
In eo terræ tractu, templum est sanc
Theodoro sacrum, quod quidem templum
mel ingressi Saraceni demorati sunt, in eo
ercentes genus omne obscęnitatis & imm
ditiæ per mulieres, pueros & brutas anim
tes. Vna igitur dierum, quum considerent
rum permulti, simulque fabularentur, ex
vnus iecit sagittam aduersus imaginem The
dori, quę humerum eius dextrum percuti
eo vulnere mox exiliuit sanguis, q & ad
vsque imaginis partem delapsus est, spect
bus omnibus quod fiebat signum, simul &
pactam sagittam humero sancti & defluen
sanguinem. Et ne sic quidem spectatores
mirabili hoc signo admoniti ad conscien
redierunt. Qui sagittam impegerat sanc
nullam egit pœnitentiam. Ne vnus quide
istorum est animo motus, nec è templo
serunt, neque sibi temperarunt ab eius con
minatione. Veruntamen extremam dedere
ob

commissorum vltricem pœnam. Quum enim familiæ essent eorum qui incolebant templũ, quatuor & viginti, ad vnum omnes amarulenta morte extincti sunt: eorum verò qui in viculo morabantur, nemo interim diem suum obijt. Ipsa autem imago appetita missili sagitta etiamnum hodie supereſt, plagam retinens iactu sagittæ impactam, simul & defluentis sanguinis vestigium. Nec pauci eorum sunt superstites qui fuerunt spectatores, remque deprehenderunt tunc, quando mirabile signum hoc factum est. Quinetiam ipse ego rei gestæ in imaginem spectator, quum inuisissem, quod videram, scripsi.

Ex vita S. Alberti de monte Drepano Carmelitæ, authore ni fallor, Ioanne à Maria Politiano, quam habes 7. Augusti in Tomis Laurentij Surij cap. 24. De quodam qui cum taxillorum lusu rem perdidisset, imaginis B. virginis & S. Alberti inuasit, ex quibus sanguis profluxit, author sceleris fulmine ictus.

CAP. XVII.

IN castro Drepanensi quidam taxillorum lusu omnem rem suam perdidit, tanto animi dolore, vt pariter à fide ad desperationem deficeret: & ecce venit ad locum vbi erãt imagines B. Virginis & S. Alberti: Eas intuens, dicit ad imaginem S. Alberti: Toties inuocaui te, & non me audisti in necessitatibus meis. Quid igitur causæ est, vt te sanctum prædicem,

dicem, cùm nulla ratione me potueris iura-
re? Absit vt posthac te pro sancto habeam. Tu
quoque Maria, quæ mater gratiæ diceris, pu
aures tuas occlusisti ad preces meas. Indeam
pto gladio, vtramque imaginem secat, & co
festim ex ambabus distillat sanguis multus
terram. Vidit id quidam puer, sublataque v
ce clamat in sacrilegum. Ille audito clamo
exit è templo, sed repentè horrendo existe
tonitru, fulminis ictu totus in puluerem ad
res Ecclesiæ redigitur.

*Ex historia violatæ crucis Theodorici Gri
mundi, De imaginibus CHristi crucifix
D. virginis, aliorumq; sanctorum prope
guntiam anno 1383. à quodam vulnera
ex quibus sanguis vbertim profluxit, &
funesto istius iconomachi interitu.*

CAP. XVIII.

ANno salutis nostræ M. CCC.LXXX
fuit in his regionibus homo quid
cui nomẽ Schelkropff: de cuius or
& patria neque aliquid adhuc compertum
beo, neque magnopere attinet rimari. Hu
certè genere, & ex infima plebe fuisse om
fama consentit, sed qui natalium obscur
tem veluti alter Horostratus incensor de
bri Ephesiæ Dianæ, insigni scelere illustra
immortali quadam infamia nominatissim
Hic igitur cùm alioquin natura præditus e
maligno ingenio, factus est etiam vltrò tam
centia quàm cõsuetudine peccandi deter

Neque flagitijs tamen, sed etiam infamia ipsa delectatus, in lustris & tabernis ætatem agebat. Fuit autem appetentissimus ludi: ex quo pleraque vitiorum genera tanquam vermes è putri cadauere vbertim erumpunt. Præcipuè verò impietas erga Deum inde nascitur, qua duce Schelkropff tantum nefas admisit, quantum vix omnibus retrò seculis auditum est. Cùm enim aliquando volens pro consuetudine sua fortunam ludo experiri: quosdam etiam sui similes ad eius rei communionem illexisset (nam ferè nunquam in magna ciuitate complices peccaturo defuêre) itum est ab illis in quoddam diuersorium publicum siue tabernam suburbij Maguntini Filtzbach appellati. Nomen verò & signum ipsius tabernę flos erat dicebaturque vulgò: Zu der Blomen. Cumque illic aliquamdiu taxillis lusissent: cõtigit fortè vt Schelkropff parum prospera fortuna vsus, pecuniam ferè omnem quam habebat perderet, multumque detrimenti (opinione sua) acciperet, quod cùm per ludi progressum nedum non emendaret, verùm etiam immodicè augeret, cœpit tandem (vti solebat) grauiter stomachari, & post conuitia collusoribus dicta, Deum etiam & sanctos blasphemare. Sunt qui referant eum hac ira & impietate succensum palam fuisse minitatũ, quamcumq; crucifixi IESV imaginem primum obuiam habuisset, ab ea se præsentis damni pœnas & vindictam repetiturũ. Quod etsi huius

hominis impietati plurimum congrue
multumq; credibile est, tamē id pro comp
to affirmare non ausim. Hoc sanè constat,
à socijs nihil placatiore animo digres
peruenisse ad sacellum quoddam inter
diui Albani: & hanc B. virginis Ecclesia
tum, vbi iam olim hæc simulachra fuera
posita. Plenus erat Schelkropff haud dubi
pietatis, & qui scelus abominabile iam
dum animo conceptum, mox effundere
cupisceret, quamprimum ergo ad id sa
peruenit. Hanc imaginem crucifixi ea qu
des, atrocitate vulnerauit. Pro modo eni
quæ illius impetum scelestissimum ad
uabat, vnico ictu ceruicem crucifixi disse
ita vt ne vllatenus hæreret quidem. Mox
virginis, aliorumque sanctorum signis
astantibus, cęsim & punctim pleraque v
ra inflixit. Haud absimilis lupo, qui m
interdum cædis libidine, quàm fame per
in ouile indefensū grassatur. Hactenus S
kropff debacchatus est, quæ verò sequ
ad vindictam diuinā & miraculū ipsum
tinent. Terrificus enim & admirabil
cruor, quem hic tibi videre licet, sub
vulneribus à crudelissimo illo sicario
sim illatis effluxit, ceu non lignea simula
sed viui homines eam iniuriam perpe
rent. Crederes Deum ipsum tanto scele
petitum quodammodo indoluisse, & tam
pendo miraculo veluti manifesta dolori

fessione, mortales ad vindictam faciendam animasse. Schelkropff autem iam expleta impietate sua, siue nutu Dei affixus, siue ipso cruoris miraculo exterritus: inde pedem non mouit, donec à superuenientibus in flagranti crimine deprehensus, & in vrbem Maguntinam captiuus deductus est, non iam suæ, sed diuinæ iræ memor, anxiusque metu pœnarum, quas paulò post dedit, non quidem flagitio suo respõdentes (non. n. tantæ impietati par supplicium excogitari poterat,) sed quas homini homines infligere debuerunt: vitus enim in conspectu populi exustus est, non longè ab vrbe eo in loco, quem Iudęorum harenam vulgo appellant, quod Iudæi quondam cadauera sua illic humare solerent. Hac morte impijssimus ille Schelkropff consumptus est. Imagines verò vulneribus & cruore insignes ab ędicula illa veteri ad hoc templum summa veneratione sacerdotum manibus translatæ fuerunt: vbi in hodiernum vsque diem terrificus ille cruor visitur, & admodum religiosè colitur, multique mortales variè afflicti susceptis votis Dei Optimi Max. clementiam experti, & salutem adepti sunt. extat de hac ipsa re prolixum & elegans carmẽ eiusdem Theodori Gresemundi, quod ne lectori fastidio essemus, omisimus. In fine verò eiusdem carminis, inter alia complura epigrammata, insertum est distichon, totius negotij summã, & numerũ anni quo eõtigit cõplectens, quod hîc subijcimus.

A ludo lusus Schelkropff statuaria fossa,
Perstat, tentatur, igne crematus obit.

Sunt quoque qui affirmant, peracto facino brachiũ ipsius Schelkropffij diriguisse, neq hodiernum vsq; diem gramina istic loci, facinus admissum est succrescere.

De mulere ab ineunte ætate clauda, que in Ecclesia Embricensi coram imag Deiparæ virginis prouoluta oraret, mem rum integritatem consecuta est.

CAP. XIX.

MVltò aliam mentem habuit non multos annos in ciuitate Embric fœmina quædam Odilia wyeri ta, à prima ætate clauda, quæ vel diuino vel sola animi pietate ducta, cũ ad Eccl S. Aldegundis, quo poterat modo progred set, coram imagine S. virginis Deiparę pro luta, preces suas in sinum pientissimæ m effudit. Nec multò post exurgens, lętab comperit se insperatam debilium mem rum sanitatem consecutam. Pulsatę mox cti miraculum, & populi lætitiam omnc panæ. Vidit autem eandem mulierem & dam & membris integram, ipsumque ca narum pulsum audiuit probatissima qu matrona Anna nuper in Domino defu mihi propinquo cognationis gradu con cta, alijq; insuper testes rem suis fermon confirmauerunt. Eadem matrona vidit eã imaginem vberrimè lachrymantem, ad

religioso quodam viro lachrymas abstergente, nouæ defluerent, & pectorale madefacerēt. Pulsatę ob facti miraculum omnes eo tempore campanæ. Contigit autem circa annum Domini 1527. Incipiebant id temporis grassari diuersæ hæreses, quarum occasione hodie vniuersum Belgium miserè ac fœdè turbari videmus. Vltima est ducatus Cliuensis ciuitas istic loci Embrica, ditionibus tumultuantibus contermina, quæ videtur tunc precibus Deiparæ virginis obtinuisse, vt sit turbarum & seditionum limes & pessulus, ne procellæ turbarum in ipsam vel vltra illam tam furioso impetu inundent, quāto in ipsum Belgium etiamnum defæuire conspiciuntur. Sic legimus olim D. Stephanum visum esse pro ciuitate Merensi, Oniam quoque & Hieremiam pro populo Iudæorum intercedere, aliosque complures sanctos, vti videre est libro 4. huius operis cap. 22. & sequentibus. *Greg. Turo. lib 2 c. 6 histor. Franco.*

De quodam, qui Augustæ Vindelicorum imaginem D. virginis matris violans, in furias actus interiit.

CAP. XX.

ANno 1536. Senatus Augustæ Vindelicorum instigantibus nouæ doctrinæ preconibus, vniuerso vrbis clero mandauit, vt ante Solis occasum vrbe excederent. Eadem igitur die circa horam vndecimam reuerendus & nobilis vir D. Philippus N. Decanus Ecclesiæ Cathedralis, templum idem cui præ-

erat, ingreditur, visurus quid rerum in eo ma
lirentur. Cumque altaria omnia illæsa vide
ret, statuas quoque illæsas & inuiolatas, vna
in locum congestas, tandem videt quédam
virginis matris statuam pallio ceruleo co
pertam, ac iuxta chorum ad parietem erec
inuadere, & confringere conantem. Quem
increpasset, illeque alio se proriperet, mox
rijs Parthenomachus ille & œstro corripi
interrogatusque quid sibi accidisset, hoc
respondit: mulier ceruleo pallio vestita,
insecuta, manu me pupugit, ac tandem du
te insana mentis impotentia & furore ex
ctus est. Hæc nobis retulit primarius quid
Principis Electoris Consiliarius, multis
noratis viris præsentibus.

*Ex violata D. virginis genitricis imagi
& sanguis profluxit. Iconomachus fluxu
sistere non valens, seipsum submergit.*

CAP. XXI.

IN Monasterio Montis S. Ruperti, q
quiescit corpus S. Hildegardis, propc
tatem Bingam infra Moguntiam, con
anno Domini 1302. quendam militem, a
sacrilego in templum irrepere. Cumque
altare quoddam imaginem virginis Dei
depictam videret, quæ in pectore qui
gemmis crystallinis decorata erat, pro
ad imaginem, & gemmas quatuor scalpe
laxauit, & extraxit. Cùm verò ad quint
mili modo laxandam progrederetur, ecce

temeratæ virginis castissimus animus, non sustinens hostilem/in sacratissimo pectore contrectationem, excanduit, stupendoque prodigio mox ex quintæ gemmæ arcula, quæ sacratissimis vberibus inerat, lac & sanguis profluxerunt. Sacrilegus miles viso prodigio expalluit, arreptoque puluere, fluxum sistere conatus est, nec potuit, quin lacteus ille sanguineusque liquor magis magisq; profluueret, moxque præmetis inopia in profluentem Nahum procurrit, ac seipsum miser submergit, in virginem Deiparam impius, in seipsum crudelissimus. Lacteus ille sanguineusque liquor à sanctimonialibus istius loci collectus vitroq; exceptus, in sacrarium diligéter repositus est, vbi etiamnum asseruatur, & à multis religiose visitur.

De Iconomacho quodam, D. virginis imaginẽ deturbante, & à Deiparæ virginis puero IESV sæuerè punito.

CAP. XXII.

CIRCA annum Dominicæ incarnationis 1577. cùm passim in toto penè Belgio Iconomachi in templa & imagines irruere cœpissent, contigit in celebri quodam pago Lokeren appellato, quatuor milliaribus à Gandauo disito, quendam D. virginis Deiparæ statuam inuadere ac demoliri, cumque magno labore tandem imaginem luxasset, decidens illa, sui ipsius casu, vindictã inflixit iconomacho. Nam casus iste imaginis, nutu diui-

no sic accidit, vt puellus ille CHristus Dominus qué virgo mater vlnis gestabat, quàtumcunque antea blandulus, nunc vltrici manu (quam arte sculptoris protensam habebat) recta in caput ipsamque maxillam iconomachi impingeret, eandemque velut armilla quadam acu perforaret, sicut de Leuiathan apud Iobum legimus, & Psal. 31. in chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Quanquam hic animo præpostero nimis proximauerit. Historia ab oculatis & fidedignis testibus in confessu honoratorum virorum nobis relata est.

Iob. 40.

De imagine virginis Deiparæ, quam nulla iconomachorum vi aut rabie deturbare potuit.

CAP. XXIII.

ANtuerpię, celeberrimo totius Belgii oppido, cùm iconomachi anno 1566. deinceps, Ecclesias passim vastarent, Monasterio Franciscanorum, eodem furore debacchati sunt, cumque altaria, imagines, statuas vniuersas essent demoliti, progressi sunt ad imaginem B. virginis Deiparæ, amictam Sole & Lunam sub pedibus habentem, et queari Ecclesiæ dependentem, hanc verò nulla vi nec arte, quantumcunque fatigarent, luxare, nedum deturbare potuerunt, immo illa & immota, inuitis omnibus istis perurante, & de furore hostium suorum triumphante. Ipsi nos eandem imaginem eodem

loco etiam tum pendentem paulò post conspeximus. Non haberent homines isti in CHristi & sanctorum eius venerandas imagines potestatem vel minimam, nisi data illis esset desuper. Qui legem posuit aquis, ne transeant fines suos, idem & eiusmodi hominum rabiem vel minimo nutu coërcere potest, & sæpenumerò vel miraculosè coërcet, vel exertam in se suosque sanctos rabiem, cùm acceperit tempus, sæuerissimè indicat.

De tribus Deiparæ virginis imaginibus, ab incendio circumquaque grassante diuinitus conseruatis.

CAP. XXIIII.

CIrca annum Domini 1533. oppidũ Delphense in Comitatu Hollandiæ, incendio conflagrauit. Erant autem id temporis in eodem oppido tres imagines Deiparæ virginis præ cæteris omnibus præcipuę artis, venustatis & venerationis. Prima in antiquo templo, altera apud domum Senatoriàm; tertia iuxta ædes Prætoris. Grassante incendio omnia circumquaque flammis vastata, atque in cineres redacta fuerunt: tres verò istę Deiparæ virginis imagines, quæ multis inde ab annis pietatis & religionis ergò istis in locis erectæ erant, inuiolatæ & illæsæ penitus permanserunt. Sic placuit Altissimo, sacratissimæ atque integerrimæ matris suæ iconas honorare, qui dum in assumpta ab ea carne homo inter homines conuersaretur, non dedig-

Luc. 2. natus est teneræ virgini & putatitio patri subditus esse.

De puella, quæ voto ante imaginem Deiparæ facto, à diuturna infirmitate conualuit: ipsa verò imago iam ante ex nimia vetustate caduca, ac postmodum per platearum confragosa raptata ab hæreticis, illæsa permansit.

CAP. XXV.

PRæsentem historiam, & tres præcedẽtes retulit nobis quidam doctrina, ætate & vitæ sanctimonia admodum venerãdus, qui Delphis agens, anno Dominicæ incarnationis 1535. habuit istic inter cæteras religiosas virgines, quandam suæ confessionis filiam, circiter 10. annorum. Quæ cùm id temporis ad quamdiu graui præmeretur infirmitate, puellæ matertera, etiamnum superstes, templum quod ibidem vocant Nouum, ingressa, ante quandam imaginem dolorum sacratissimæ virginis in orationem se resoluens, vouit tantum frumenti, quantum infirma iuuenculæ ponderaret. Quo voto præstito, mox puella pristinæ sanitati restituta est. Imago verò ita tantæ fuit antiquitatis, vt planè esset carie necessumque esset exeso capiti nouum substituere. Quin & brachium longa vetustate lutum, vno duntaxat clauiculo firmatum, quasi tercunq; adhuc corpori exeso adhærebat. Hanc Deiparę imaginẽ iconomachi anno 1566. tum Belgio tumultuantes inuaserunt, iniectis

funibus, è loco sacro trahentes, per vniuersam ciuitatem, per aspera & confragosa loca passim raptauerunt, nec tamen ex tanta concussione vllam accepit læsionem, quæ ex carie & nimia vetustate, iam ante erat planè fragilis & caduca, alteroque brachio prorsus luxato.

Porrò de admirandis id genus miraculis, & varijs beneficijs humano generi per virginem Deiparam varijs in locis collatis, multi præclara scripsere volumina. Apud veterem quoque Oetingam Bauariæ in sacello D. virginis Mariæ, quam multi diuersorum hominũ languores & morbi non solùm prioribus sæculis, sed etiam æuo nostro, sacratissimæ virginis beneficio diuinitus curati sint, prolixè describit D. Martinus Eisengreinius in libro de sacello B. virginis apud veterẽ Oetingam. Nos ex plurimis probatissimis authoribus pauciſsima duntaxat decerpsimus, quæ lectorem nõ omninò fastidiosum aut prophanum, & afficere, & ad pientissimæ virginis cultum meritò excitare possint.

Romæ in templo D. Antonij conspicitur imago hominis ardẽtis depicta, cũ hac inscriptione.

CAP. XXVI.

MArcus Brixianus miles admota aræ D. Antonij manu, periurus, vltore numinis igne correptus, moritur idibus Augusti anno 1537.

Quo-

Quomodo apud Embricam quidam imaginem D. Antonij inuadens & pedibus conculcans, horribili totius corporis incendio & morte diuinitus sit punitus.

CAP. XXVII.

PVblico multorum sermone, editisq; sc
ptis constat, atque etiamnum hodiè
perstites sunt viri fide dignissimi, q
nobis retulerunt, eo ipso tempore cùm Ge
in Belgio tumultuarentur, & Guilhelmus C
mes Montensis Aurangiæ Principis Guilh
mi Sororius, Monasterium Franciscano
propè Embricam ab eiusdem Comitis Ma
ribus, vt fertur, quòdam religiosè fundat
demoliretur, (cuius demolitionis per me
aliquot succesiuè durantis, postremos ac
ego ipsemet vidi) quendam hominem no
dogmatibus dementatum superuenisse, &
mnibus iã statuis, imaginibus & altaribus, q
statis & exturbatis, inuenisse adhuc refic
ibi statuam D. Antonij. Quam iste prot
proterua manu corripiens, in terram coll
rit, pedibusque conculcauerit, & quibusc
que poterat modis exagitauerit. Euenit a
vt fortè assisteret mulier quæpiam Catholi
que hominem compellans, ait: Quid in te p
cauit D. Antonius, quod statuam eius, tam
dignè exagitas? Me protinus in proteruã hu
vocem prorupit. Quid tu mihi obstrepis de
Antonio? Si quam ille vim aut virtutem
bet, eam declaret. Nec mora, euestigio

in sanctum blasphemus, igne sacro, quem vocant D. Antonij corripitur, totoque corpore vstulatur, & tandem sacro igne totus Deo vindicante, excarnificatus, animam exhalat.

D. Wilhel. Lindan. lib. 2. cap. 1. de fugiendis idolis. In ciuitate Hasselensi Gosijs templi imagines circa noctem confringere volentibus, omnium lucernarum lumina bis terve miraculosè esse extincta, idem commemorat Laurent. Surius in Chronicis.

CAP. XXVIII.

CVM Hermannus Modet, seditiosorum fax apud Hasselense oppidum Hasbaniæ Leodiensis diœcesis anno 1566. bis ter in templum veniisset, vt SS. imagines confringeret, fuit lucernarum lumen bis ter extinctum: denique eum rogum immanem excitasset, vt iniectas in eum SS. imagines exureret, fuit ille rogus iniectis venerandis imaginibus haud aliter subitò extinctus, quàm si copiosissimo fuisset imbre perfusus. Ita quidem Deus Optim. Maxim. sacras imagines, & tutatus est, & alicubi vltus, quemadmodum fide dignissimi viri nobis narrare, etiam seueriter sub Dei iudicio admoniti, non dubitarunt, quorum plura exempla Ecclesiastica dabit historia. Hæc tibi D. Lindanus. Mirum verò est istud hominum genus, toties ac tam varijs modis diuinitus corripi, miraculis terreri, flagellis conteri, vindictis cœlestibus puniri, nec tamen erudiri, vt errorum suorum vesaniam

&

& impietatem agnoscere ac resipiscere insti-
neant. Vtinam vel cum brutis asinis discant
ea cauere, in quæ toties infeliciter impege-
runt.

*D. Vvilhel. Lindanus lib 2. de fugiendis id-
lis cap 1. Item Apologetici ad Germa-
Tom. 2. cap. 11. De Gœsijs statuam D. A-
tonij inuadentibus, & diuina eorundem v-
dicta.*

CAP. XXIX.

ANno illo Gosaico 1566. cũ per Belg-
passim iconoclastæ in venerandas s-
ctorum imagines desæuirent, Busc-
cis accidit, quosdam D. Antonij imaginẽ co-
cidere, vt incendio via publica abolerent, v-
rum quid accidit, non sanè impunè tulere
pij: euestigio namque illa peste, quam D. A-
tonij iam olim appellamus Christiani (qu-
illi depellendæ sint eius, apud Deum pij
perti sæpè Patronum) corripiuntur, toto
vtriusque corpore instar granorum pipe-
pestilens ille ignis ebulllit: domum se rec-
unt infœlices, quorum plaga socij deter-
regum deserunt trepidi. Tam atroci atque
raci consumebantur miseri totum per corp-
incendio, vt postridie impiam effiarint a-
mam, & funesta reliquerint cadauera var-
rum colorum stigmatibus, ceruleis, para-
atris insignita. Illud tam est tota vicinia no-
vt plurimos huius rei non solùm audierim-
concorditer historiam ad viuum depingi-

additis etiam tam sacrilegorum, quàm familiarium nominibus: sed publici etiam viderimus Notarij fide non indigni neq; obscuri testimonium.

D. Vvilhelm. Lindanus libr. 2. cap. 1 de fugiendis idolis, De tribus militibus Hugonotis, qui statuam D. Antonij inuadentes horrenda morte perierunt: tertius verò precibus circumstantium adiutus, cum totus terribili febre æstuaret, tandem peracto sacrificio & adhibita aqua benedicta, sibi restitutus errorem suum agnouit.

CAP. XXX.

ANno 76. in Gallijs vsu veniisse scribunt, cuius talem historiam Parisijs impressam vidimus, quæ hic ruditer est transfusa.

Anno Domini 1576. 21. Iulij dum Dux Alensonius frater regis Frãciæ esset in vrbe Castillon, & excubię pedestrium copiarum in villa, quæ dicitur Soulci, à dicta ciuitate vno plus minus miliari distante, agerentur, tres milites malè feriati deprehenderũt præ foribus imaginem B. Antonij in petra erectam, ac post multa scandala, ludibria & dicteria in eam congesta, caput quidem imaginis galea, manus verò armarunt hallebardia, talia cum execrandis blasphemijs euomentes, tu, si quid vales, si qua tibi potestas, in præsentiarum nũç eam demonstra contra nos, ac te defende. Quo dicto suis armis imaginẽ impetũt multis ictibus.

bus. Quibus non contenti, vnus eorum bis, aut ter diſploſa bombarda, imaginem illam oppugnare aggreditur, ac eius faciem inter mentum & inferius labrum iaculatus globulo mentario lacerat ſacrilegus. At non impune. Nam eodem momento ille impius magnoiulatu exclamans, horridumque eiulans, tus, inquit ardeo, totus comburor, ſtatimque prolabitur mortuus in terram. In cuius faceodem loco, vbi imaginem globo violarat, ce reddita ignis ſcelerum vindex, qui totum inde os replebat, velut via facta erumpés pluxit eum deuorans, etiam cum iam miſeram exhalaſſet animam. Secundus autem nonnus ſentiens Dei omnipotentis manum, clamat quoque, ignis vim ſe ferre non poſſe volenſque inteſtina tormenta per aquam fugere, in torrentem proximum præceps inlijt: nec Dei præſentiam effugit. Nam ſtatim aquis ſubmerſus & ſuffocatus interijt.

Porrò tertius cernens ſuorum miſerabilem exitum, ſui impos ac totus exanimis humi fligitur, ac deportatus in proximam domum totus feruentiſsimis febribus æſtuabat, atque violentis, vt miſerum de ſe ſpectaculum omnibus exhiberet. Cuius miſeria permota cognati, amici maximè & commilitones Catholici, ad templum velut ad aſylum confugere, Deo patri (ſacerdote perquiſito) ſacrificium mediatoris ſolenni cantu coram imagine B. Antonij immolare, ac vnanimiter cum

uatim prorumpentes tam milites quàm dicti loci incolæ Deum summa animi deuotione pro miseri fratris salute comprecari, postque sacrificium & multas preces afflictum inuisere, præmissisque multis alijs orationibus, aquam ei benedictam sacerdos aspergebat. Euestigiò ille miser sibi redditus, crimen agnoscit, Dei misericordiam inclamat, ac manus tendens in cœlum, humilibus ac magnis precibus suum errorem professus accusans, omnium deprecationes supplex ambit, vt pro ipso Deum clementiss. impellent. Nec defuit diuina misericordia: nam statim pristinæ valetudini ac menti restituitur, eaque etiamnum hodie fruitur. Hæc veraciter sub oculis plus quàm triũmillium hominum palàm gesta docent, quam reuerentiam venerandis sanctorum imaginibus debeamus, nam etsi numen in illis nullum sit: tamen eorum nobis refricans subinde memoriam, quos repræsentant, ac ad glorioſa Dei in suis sanctis opera collaudanda, eorumque pia patrocinia imploranda, plerosq; Christianorum extimulant. Quin & contumelia illata ipsis in Dei seruos, immò in cõmunem Dominum redundat. Qui hic aliquando etsi silere videatur, non tamen silebit semper. Hactenus ex libello illo anno 76. Parisijs impresso apud VVilhel. Merlin.

mini illic fortè reliquit, obliuione quidem illud, sed tamen diuina dispensatione. Iudęus autem commoditate loci captus, ædiculam illam conduxit, nōdum animaduertens eiuscemodi imaginem illic affixam: suaq; istuc trāsferens, aliquàmdiu illic habitauit.

Christi imago in ciuiusdā Iudæi domo relicta.

Quodā autem die cum hic gentilium suorum quosdam in prandium inuitasset, contigit, vt quidam conuiuarum, sublatis oculis, imaginem CHristi Domini nostri inspiceret: moxque conuersus ad conuiuatorem, tu inquit, Iudæus cum sis, qua fronte tandem audes huiuscemodi imaginem domi tuæ habere? Non dicam, hic quot plaustra conuiciorum & maledicta in Dominum saluatorem effuderit. Conuiciator autem seipsum purgare studens, affirmabat etiam sanctè, se huiuscemodi imaginem hactenus non vidisse: atque ita qui inuitatus erat, tacuit. Postquàm autem fuisset egressus, ad principes sacerdotum hominem detulit, quod imaginem saluatoris in ædibus conseruaret, Nazaręumque non eiecisset. Illi verò audita re, interrogauerunt num id posset approbare. Clamante illo, se posse confirmare quæ diceret, omnes congregati & furore perciti, illo quidem die nihil egerunt: sed manè facto, congregati summi sacerdotes & seniores, cum ingenti hominum eiusdem nationis turba, assumpto simul delatore Iudæo, ad ædes illas, in quibus imago Domini nostri habebatur, ire pergunt.

COLLATI
ONVM SACRARV
LIBER QVARTVS.

DE MIRIFICIS OPERAT
ONIBVS QVORVNDAM
illustrium Sanctorum.

Miraculum sanè memorabile diuinitu
claratum in homine quodam flammis
serè exusto, & tamen in vita conser
admirabiliter, donec confessione & Eu
ristia munitus esset, meritis sanctissima
tyris Barbaræ a Theodorico Pauli G
mensi, qui præsens interfuit, conscrip
Contigit miraculum hoc, anno Christi
Habetur in Tomis Surij 4. Decemb.

CAP. PRIMVM.

POst mortem Domini Frederici de B
ckenheim, Traiectensis Ecclesiæ Epi
pi, propter electionis dissidium d
cidit pro Episcopatu contendere: è quib
ter quamuis canonicè electus, & à subdit
ceptus, paulò post tamen vi denuò est exp
atque fugatus. Eam ob rem Martino Pap
rebelles schismaticosque excommunica
nis censura animaduertente, accidit, m
tum Ecclesiasticos, tum Plebeios DEV

mentes à Traiecto, propterea quod Apostolica ibi censura cõtemnebatur, discedere: quippè qui inobedientiæ exilium præferre mallent. Inter hos lanius quidam non minus pius quàm diues, ne peccatis consentiret alienis, néue anathema cõtemneret, in Gorcum, quod est Hollandiæ oppidum, exul sese continuit. Nomen viro erat Henrico Kock. Hic diuam virginem ac martyrem Barbaram quotidie consueuerat venerari. Audierat nanque, quisquis hanc in honore habuisset in vita, absque confessione & Eucharistiæ Sacramento non mori.

Agebat vitæ suæ annum fermè septuagesimum, qui diuinæ incarnationis erat millesimus quadringentesimus quadragesimus octauus, dum ex agro redeunti, hæc accidit calamitas. Siquidem in nocte, qua festum agitur diui Augustini, quando labore rurali fatigatus dormiebat, candela ardens in stramina, quorum tum fortè ingens copia aderat, cecidit. Vnde domus accensa ilicò tota flagrauit. Euigilarunt prædictus Henricus & Andreas filius eius, & pariter territi vix incẽdium vel nudi euasêre. Nam Andreas inter fugiendum ab igne circa genitalia læditur: Henrico verò patri indusium quo caput inuoluerat, duobus in locis ardere cœpit. Verùm corpore liberatus, pro pecuniæ amissione maiori solicitudine cœpit vrgeri. Quare in domum redire statuit extracturus nummos. Itaq; signo crucis se

muniens, vbi in domum flammis relictam cu-
currit, hæc ante ſuper corpus eius nudum cor-
ruit, quam ad conclaue, in quo pecunia recon-
dita iacebat, perueniret. Hinc cùm certa ei
mors inſtaret, tametſi vrentibus flammis gra-
uiter torqueretur, maiori tamen dolore af-
ciebatur, quod Sacramentis Eccleſiaſticis non
eſſet præmunitus. Ea propter, deſperata cor-
poris ſalute, pro animæ duntaxat remedio
diuam Barbaram, qua tunc potuit deuotione
ſe contulit. Orans igitur: Sancta, inquit, Bar-
bara, quod per ſponſum tuum nunc potes, ſuc-
curre miſero, & in peccatis morienti. Fiat
is precibus in me, quod olim pro Chriſto
morienti cœlitus eſt promiſſum. Memor
ſponſus tuus ſanguinis tui roſci atque vir-
nei: memor ſit caſtiſsimi atque feruentiſ-
moris tui, ne de corpore meo egrediatur a-
ma, niſi cõfeſsionis ſacramento ante purga-
& ſaluifico viatico præmunita.

Vix orationem finierat, & ecce virgo ad-
decora ſanctiſsima Barbara, eo ſcilicet ha-
mate, quo in templo picta cernebatur. Et
pallio ſuo mox ignium globos reſtinguēs, ac
ſtramineum tectum candida ſua manu illa-
eduxit, atque tuto in loco ſtatuens, ſic illi lo-
cuta eſt: Quia grata mihi ſæpenumerò deuo-
onis obſequia obtuliſti, & modo diuinam mi-
ſericordiam per meum patrocinium impe-
raſti, meo ſcias interuentu tibi ad aurorā
que vitam prorogatam: quo viuendi ſpa-

confeſsionis, Euchariſtiæ, atque æternæ vnctionis ſacramenta recipias. His dictis ad ſuperna rediens, Barbara virgo diſparuit. Sæuiebat intereà ignis, & vicinas domos abſorbere feſtinabat. Clamant vigiles, & pulſatis campanis ciues excitati, accurrunt. Cæterùm Henricus ille prædictus, ſanctiſsimæ Barbaræ præſidio flammis ereptus, ab imo pedum vſque ad verticem capitis fuerat aduſtus, nec minus intus quàm extra in corpore torridus. Vnde aſſati cadaueris ſpeciem magis, quàm hominis præferebat. Siquidem verenda eius ignis edax adeò abſumpſerat, vt hiantibus in inguine vulneribus, etiam exta nudarentur cremata. Nates & clunes eius flamma vorauit; hypochondria, venter, pectus, aſcellæ, collum, ac ſcapulæ nõ modo aduſta, ſed inflexabilia quoque, & vt ferrum rigida erant. A vertice denique capitis capilli cum carnibus defluentes, & oſſa nudãtes, in genis hærebant. Quid multa recenſeo? Adeo fuit crematus, vt oſsibus vix modica adhæreret caro tanquam Aethiopis nigra. Nam præter oculos, linguam & cor, quæ per beatæ Barbaræ ſubuentionem ex diuina miſeratione adhuc ſuo in vigore viuebant, nihil in eo manebat reliquum.

Hic itaque, quamuis in eo nihil cernere. tur præter admirabile, horrendumq; cunctis ſimulachrum, per duos longos vicos, & plateam dictam die Moelenſtraet de incendij loco ad filiæ ſuæ dilectæ Dietuardæ, quę viro ho-

norabili Neudoni filio Arnoldi dudum ma-
pſerat, domum ſolus iuit: vbi arentes pedic
inter eundem à corpore eius decidentes, com-
buſtionis pariter ac miraculi euidens testi-
monium præbuêre. Hæ tamen altero die co-
lectæ, humandi eius corpori ſociatæ ſunt. Is
que ad filiæ domum poſtquàm aduenit, pr
mortuum eius corpus lecto impoſitum eſſ
ſe verò nihil aliud, quàm ſacramenta Eccle
aſtica, paulò poſt moriturus expetijt: om
bus interim manifeſtans, quanta ſit Dei mi
ricordia, beatæ Barbaræ precibus ac meri
in ſe collata. Quippè cuius mortuo atque
mato corpori, ne ſacramentorum expers
reretur, vita ſeruabatur.

Percrebuit interea per ciuitatem ſuper
huius miraculi tumor: & licèt incendium
terim omni ferè momẽto ſeipſo fieret ma
adeò vt ad templum vſque diuæ Agnetis
aliquoties etiam accenſum multas domos
ſumeret, ad ſpectaculum tamen hoc mirab
cadaueris, vt ita dixerim, morituri pl
quàm ad reſtinguendum ignem, confluebat
Idcircò vt maius fieret miraculum, confor
tus à Deo Henricus, perindè ac ſanus & in
lumis, populo aduentanti prædicabat. Nolle
bat omnes, & ad terrenorum cõtemptum, c
leſtiumque amorem, quoſcunque poterat, e
uitabat. Flentes pro ſe propterea argue
quod pro ſe non vltrà dolendum ſentie
quippè cum quo Deus miſericordiam fec
He

Hortabatur quoque eos, qui aderant, vt Deum in cunctis eius operibus laudarent, casta ac feruenti deuotione colerent, & eius matrem virginem Mariam pia veneratione diligerent, sanctissimam quoque Christi sponsam Barbaram præcipua deuotione honorarent. Hæc enim, inquit, vt cernitis nunc oculis vestris, honorantibus se sacramenta confessionis & Eucharistiæ ante mortem impetrat. Ad hæc miraculi huius in se facti narrans ordinem atque modum replicat, addens illucescente aurora quãtocius in testimonium veritatis è sæculo se migraturum.

Ne verò de miraculi adhuc veritate quis dubitaret, aut quod diuinæ erat miserationis, naturæ aut fortunę adscriberet, rogabat honestissimos quosque vtriusque sexus senes, vt accederent, & exploratis visu, tactuque probatis singulis & membris & locis, discerent non virtutis humanæ, quod viueret, sed potestatis esse diuinæ. Accedentibus ad lectum multis, & cum trepidatione tangentibus: Non sentio, inquit, vestro ex tactu læsionem. Tangite securi adusta membra, & hiantia vulnera, corporisq; rimas, quoniam gloriam Dei loquuntur, etiam oculis explorate. Videbitis quidem combusta ac præmortua omnia, nec sine mirabili Dei virtute mihi adesse vitam. Ad hęc humana curiositate permoti, cùm multi omnia lustrassent, Dei omnipotentiam, & sanctę Barbaræ merita benedixerunt.

His ita peractis, cùm omnium peccatorum suorũ ab infantia confessionẽ fecisset, & sumptis sacramentis, ter adhuc confessionem repetisset, S. Barbaram electam suam patronam, diuinumque Laurentium inuocauit, orans ut hæc assatio corporalis & temporalis, quam sustinuerat, incendij pœna, sibi in omnium cederet expiationem peccatorum. Postremò illucescente aurora, confessori & astantibus dixit: O pater amande confessor, cæterique omnes amici, adest iam hora, qua moriens à vobis recedam. Quapropter hoc temporis breui spatio à me, quæso, nolite recedere, sed orationibus me vestris iuuate. Hæc dicens, ad Deum orando se conuertit, atque beatissimæ virgini Mariæ, B. Barbaræ, atque omnium Dei electorum precibus se commendit, suorum veniam peccatorum iterum orans. Post hæc sonora voce: Domine, inquit IESV CHriste misericordissime Deus, qui me in ara sanctæ crucis pretiosissimo sanguine, & acerbissima morte redemisti, miserere mei. Ecce in manus tuas commendo spiritum meum. Hæc dicens, emisit spiritum. Ad laudem igitur Dei, & honorem beatæ virginis ac gloriosę Barbaræ, crematum eius corpus oculis omnium intra domum contuendum exponitur, & tandem in templo Gorcomensi iuxta suggestum, ciuibus omnibus pro amore viri accurrentibus vesperè sepelitur.

His ego Theodoricus Pauli de Gorcum qui

quia interfui & prædicti Henrici confessionem quater audiui, sacramenta administraui, vulnera eius ac membra tractaui, tractandaque alijs obtuli, ipsum præterea tenui inter brachia mea morientem, & ne modico quidem tempore, vt rogatus quoque à filiabus & amicis, ab eodem recessi, non potui tam glorioso miraculo testimonium non præstare, & hæc ad Dei gloriam scribere.

D. Ludouicus de Granata, concione 1. de festo S. Mariæ Magdalenæ citat sequentem historiam ex Syluestro Prierio in qua simul recitatur, quomodo B. Magdalena Eliam monachum Dominicanum in seruitio B. Magdalenæ tepescentem, ad perseuerantiam animauit, suæq; vitæ seriem eidem Eliæ commemorauit.

CAP. II.

CVM anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, deuotionis gratia antrum in quo pœnituit B. Maria Magdalena, & sacras eius reliquias apud S. Maximinum visitassem, ostēsum est mihi plureis sacrum & venerabile caput eius grande valde, & totum vndique ad os vsq; denudatum, excepta ea parte frontis, quam saluatorem omnium diximus tetigisse. Ibi enim pellis ad instar quasi Aethiopissæ, seu cadaueris antiqui clarè apparet, & in pelle duæ fossæ duorum extremitatum digitorum: quarum altera multò est reliqua euidentior atque pro-

fundior:& sub pelle caro ad albedinem decli-
nans. Ostensi sunt & in vitrea ampulla eius
capilli non omnes, sed qui pedes CHristi ter-
sêre: necnon & ampulla vitrea, plena terra,
habente colorem medium inter rubeum &
nigrum, quam in Parasceue B. Magdalena sub
cruce collegit: quæ vt omnes mihi sine hæsi-
tione affirmabant, singulis annis in die Para-
ceues, perlecta passione, euidenter & clarè
bullit, ac si ibi videatur sanguis ebullire. &
post pauca refert idem Syluester: quod cùm
archiuis eius loci diligenter ea, quæ ad his-
riam huius beatę peccatricis pertinent, inq-
sisset, se in illis deprehendisse quendam e-
miæ sanctitatis monachum Dominicanum,
liam nomine, qui in specu B. Magdalenæ
tioni vacare solebat, cùm ad eum locum
iam moriturus peruenisset, hęc nouissima
ba dixisse: Fratres, dies venit & hora mihi
expectatæ mortis. Igitur quæ ad B. Magdale-
gloriam, & vestræ salutis argumentum e-
ro, percipite. Cùm beatæ Magdalenæ seru-
rus, desertum istud & rupem horridam p-
uissem, exacto hic mense, solitudinem fa-
ens, pœnitui, & discessum tacitus cogi-
Quadam igitur nocte cogitationibus ag-
zans, astitit mihi B. Magdalena, & inter
hæc mihi dixit: Tu hinc à meo seruitio d-
dere cogitasti, sed audi quæ dicam, & de-
age, quæ libet. Vt nosti, inquit, à Hierusa-
Massiliam multi Deo volente, & nauem

Sanguis Christi à B. Magdalena sub cruce collectus quotãnis in die Parasceues ebullit.

Elias monachus Dominicanus in B. Magdalenæ seruitio tepescit.

B. Magdalena apparet Eliæ.

B. Magdalena narrat Eliæ seriem vitæ suæ.

uehente, deuenimus. At vbi Massilia, & pars non parua regionis IESV CHristi fidem susce-pit, tatum circa nos humanus feruor & inqui-etudo creuerunt, vt hominum consortia fuge-re cogitarem. Rapta verò diuinitus, sub huius antri fui ore depositа. Cumque hinc inde per locum mihi à Deo paratum lumina direxis-sem, draconem, quem mea soror Martha occi-dit, repentè inter lucem & tenebras aspexi, cuius horrorem sufficienter exprimeret ne-mo: erat bubalo maior: vidi & omnis generis Viperas. Cumq; iam me deglutiẽdam draco in sua ora traxisset, quia lingua non poteram, sic sum profundo & securo corde locuta: Dulcis amor IESV, tristem ne ac solam in deserto post innumera tua dona me draconis escam effecisti? Tunc subitò angelus de ore draconis eductam me allocutus est, dicens: Beata, quæ fi-dem tenes: ac draconem calce percutiens, E-gredere, inquit, hinc draco, & omnes Viperæ tecum. Deinde verò ad me conuersus, Deus, inquit, quem tantum, ô Magdalena, concupis-cis, te vult hunc locum lachrymis irrigare, p-fusis, vt futuris sęculis exemplum pœnitentię ppetuò sias. Remansi eo disparẽte perterrita, & loco lustrato hominibus inuiũ alcẽsum de-scensumq;, rupe vetante, cognoui. Tunc amo-ris dulcedine in lachrymas resoluta me ad ter ram prostraui adorans ac dicens: Gratias tibi CHriste ago, quod me omni affectione reple-sti, sed oro fontem in rupe hac exhibe depre-can-

Draco Mag-dalenam in-uadit.

Angelus dra conem fugit.

Ad preces Magdalenæ fons ex rupe erumpit.

canti. Crepuit statim sub meis oculis immanis hoc saxum, & quas cernis, Elia, aquæ è duro silice scaturiêre. Cumque ante ipsum limpidissimum fontem genu flexo CHristo gratias gerem, ecce plus quàm mille spiritus vidi speluncæ dextera stetisse, verba suauissima moris hebraica lingua decantantes. Cùmque tur postremò subintuliissent, non expedire nimæ tam assiduam orationum frequentiam dæmones esse intelligens, IESVM territa clamassem, repentè cum suis militijs angelis Michael adfuit, dicens: Adsum Magdalena timeas. Denique malignis spiritibus confusus, eos omnes in fugam compulit, ita clamantes. Non eris tamen ideò beata tu, quæ orationibus vacas in antro. Crucem igitur in speluncæ angelus erexit, dicens: Cauendum mescas in posterum: custos tui est altissimus. Igitur ante crucem eo disparente cùm iacuisem, timore nimio exciccatis viscerib tioni instare attenta non prævalens, colle duas radices in ipso ore speluncæ, & lera medens, aquam de fonte bibi, postquam humanum aliquid non gustaui. Crucem de complexa, ea die ac nocte sequenti orto Sole oculos ad crucem ipsam leuauit loris, vt videbatur, crystallini, & radiis gentibus choruscam. Cumque in me vehe tissimi amoris flammam persensissem, tam læta & iubilans angelorum turba vt æternam vitam in hoc antro credi

Dæmones in angelos transformati dissuadent Magdalenæ orationum assiduitatem.

S. Michael dæmones fugat.

Angelus crucem erigit cõtra terrores dæmonum.

Angelorũ turmæ apparent Magdalenæ.

Ducitur Magdal. ad loca inferni & purgatorij.

Repentè igitur ab his ad infernalia loca delata, pœnarum genera, & punitorum turmas inſpexi. Cumque ad loca purgatorij ventum eſſet, tanta dulcedine me ſpiritus deuoti circũſteterũt, vt mihi viderer eſſe in patria, & cum magna teneritudine dixerunt: Ora pro nobis ô Magdalena noſtra. Quibus ego: Vtinam inquio, veſtra voluntas per me impleatur.

Animæ exposcũt ſuffragia Magdalenæ.

Deinde verò ad crucem iterum repoſitæ mihi angelus ait: Quanto tempore tuus ac noſter amor IESVS in terris te propter vixit, tanto tu quoque in hac ſpelunca moraberis. Steti igitur eo diſparente, ad crucem orans, & Chriſtum ſalutem meam contemplabar. Omni autem euoluto die angelorum adfuêre militiæ, & me tam ſublimem in aëra ſuſtulerunt, vt cœleſtes audiuerim reſonare melodias. Quod abinde citra ſepties ſemper intra diem ac noctem fecerunt. Frigus ac gelu igne ſuccenſa, iam non curabam. Cumque meæ veſtes paulatim vetuſtate deciderent, paulatim quoque diuina pietate mei creuere capilli, in ipſa vecruce Chriſti myſteria cuncta videbantur. Ibi Annæ & Ioachim hiſtorias: ibi Mariam IESVM meum mihi parientem: ibi crucifixi tetrum liuorem: ibi pium cruorem: ibi dura vulnera: ibi crucem ac mortem eius dabatur intueri, & eundem regredientem ab inferis, & cœli ſydera penetrantem. Cumque his cibata ferculis nocte dieque flerem, cùm lauandi vultus gratia fontem petiuiſſem, obuium mihi

Magdal. ante crucẽ orat.

Omni die ſepties in ſublime fertur & audit angelicas melodias

Magd. in cruce videt cuncta myſteria Chriſti.

IESVS apparet Magdalenæ in forma humana.

IESVS corã Magdalena trãsfiguratur

IESVS Magdalenã cẽties & decies in spelunca visitauit.

Magdalena hortatur Eliam monachum ad perseueramiam.

mihi humana forma IESVM me his verbis loquentem vidi: Te propter Maria loca ista stitui. Circumstabant cœlestes militiæ regem suum, florum serta gestantes, & oliuarum palmarumque ramos tenentes in manibus. Et ce resplenduit subitò assumpta humanitas, seipsum ad instar sui, cùm esset in mon Thabor, Saluator transfigurauit, adeò vt me culos inflectere tãta maiestas compulerit. quidem ad vultum dilectum oculos attol dulcis amor inflammabat, sed minimè vi Cumque mecum multa contuliſſet, illa est cœlo, & quoad vixi centies ac decies mu spelunca pro sua pietate visitauit. Itaque consulo teque rogo, vt in hac rupe Christi des exoluas, quo te ad vitæ portum tand adducam. Sterilem locum sola ac nuda ege diui; tu verò fratrum habes solatia, & vi vestituique abundanter opportuna. Igitur perseuerantia cogita. His dictis, ab oc meis, inquit Elias, Magdalena euanuit, & in hanc vsque horam omnes homines pr cta celaui. His dictis, post horulam beatus pater expirauit, statimque ipsæ campanul ipsa rupe suspensæ, nullo hominum moner iubilarunt. Omnia hæc ex dicto libello bi liter assumpsi. Mirabitur autem fortasse animalis, diuinam pietatem peccatricem a mam tam præclaris donis extuliſſe: sed fr derit, qui eiusmodi est, prædicantem CH STVM, & Mariam subitò diuini sermon

culo percussam, sui pectoris arcana lachrymis & singultibus reserare, si viderit repentè agitatam doloribus & amore liquefactam, torques, armillas, dextralia, margaritasque deponere, & effusis comis lugubres assumere vestes; si inquam viderit hanc IESV CHristi tenuisse vestigia, & hæc lachrymarum flumine lota exiccare capillis, & cordialibus osculis, ac miserandis vocibus misericordiam suis sceleribus implorare; si à maculis absolutam, in pace Christi pietate remissam: si prædicantem vbique Christum, & Mariam comitatem, haurientem quidem Christi doctrinam, sed substantiam effundentem. Si hanc viderit, paupere m ac itinere fatigatum saluatorem mundi excipere domo, fouere vnguentis, dapibus recreare, & discipulorum eius turbam suis facultatibus sustentare: si propinquis, imò & discipulis fugientibus inter carnifices intrepidam cruci astitisse, cruentam sanguine lachrymis infusam, aërem eiulatibus adimplẽtem: si contemplari sepulchrum & vnguenta parare: si mulierem fragilem sexu, noctis tenebras & arma custodum non extimuisse, (ô vim amoris immensam) quin dilectum extinctum quæreret in sepulchro: si postremò hanc viderit vacuo sepulchro colligatam, & nullam iam præter lachrymas habentem solatia, videbit pariter diuinam pietatem hanc ex extremo in extremum non nisi per opportuna media deduxisse. Quæ enim crimina possent tot

gemiti-

gemitibus, tot lachrymis, tanto ardore eos esse abolita? Si animas sceleſtiſsimas baptismalis vnda, sanguinis CHriſti operante virtute, pulcherrimas, & in oculis Dei Optimi Maximi splendentes restituit: quid in Maria sanguis Christi è cruce stillans effecit? Mirari igitur magis oportet ignauiam hominum atque socordiam, qui in Maria CHriſti pietate perspecta, subitò, quamuis, atroces, quamuis sceleſti & flagitioſi non atteruntur, vt vbi superabūdauit delictū, superabundet & gratia. *D. Auguſtinus libr. 22. cap. 8. de ciuitate Dei.*

De Innocentia fœmina diuinitus à cancre curata.

CAP. III.

IN Carthagine Innocentia religioſiſsima fœmina de primarijs ipsius ciuitatis, in mammilla cancrum habebat, rem sicut medici dicunt, à nullis medicamentis sanabilem. Ac ergò præscidi solet, & à corpore separari membrum vbi nascitur, aut vt aliquantò homo diutius viuat, nam inde mortem quantumlibet tardius affuturam, secundum Hypocratis, fertur, sententiā, omnis est omittēda cura. Hoc illa à perito medico & suæ domui familiariſsimo, accepat, & ad solū Deū orādo conuerterat. Admonetur in somnis appropinquante Paſcha, vt in parte fœminarū obſeruāti ad baptiſterium, quæcunque illi baptizata primatus occurriſſet, eundem locum signo CHriſti signaret: fecit, & confestim sanitas secuta est.

Medicus sanè qui ei dixerat, vt nihil curatio-
nis adhiberet, si paulò diutius vellet viuere,
cùm inspexisset eam posteà, & sanissimam cō-
perisset, quam prius habere illud malum tali
inspectione cognouerat, quæsiuit ab ea vehe-
menter quid adhibuisset curationis, cupiens
quantum intelligi datur, nosse medica-
mentum, quo Hypocratis definitio definitio
vinceretur. Cumque ab ea quid factum esset
audisset, voce velut contemnentis & vultu,
ita vt illa metueret, ne aliquod contumelio-
sum verbum proferret in Christum, religiosa
vrbanitate respondisse fertur: Putabam, in-
quit magnum aliquid te mihi fuisse dicturā.
Atque illa iam exhorrescente, mox addidit:
Quid grande fecit CHristus, sanare cancrum,
qui quatriduanum mortuum suscitauit? Hoc
ergò cùm audissem & vehementer stomacha-
rer, in illa ciuitate atque in illa persona, non
vtiq; obscura, factum tam ingens miraculum
sic latere, hinc eam & admonendam & penè
obiurgandam putaui. Quæ cùm mihi respon-
disset, non se inde tacuisse, quæsiui ab eis, quas
fortè tunc matronas amicissimas secum habe-
bat, vtrum hoc antea sciissent. Responderunt
se omnino nescisse. Ecce, inquam, quomodo
non taces, vt nec istæ audiant, quę tibi tanta fa-
miliaritate iunguntur? Et quia breuiter ab ea
quæsiuerā, feci vt illis audientibus multumq;
mirantibus & glorificantibus Deū, totū ex or-
dine quemadmodū gestum fuerit indicaret.

Idem Augustinus de cœco ad corpora sanc-rum martyrum Protasij & Geruasij illuminato.

CAP. IIII.

MIraculum, quod Mediolani factum cùm illic essemus, quando illum tus est cœcus, ad multorum not potuit peruenire, quia & grandis est ci & ibi erat tunc Imperator, & immenso p lo teste res gesta est concurrente ad co martyrum Protasij & Geruasij. Quæ cùm rent, & penitus nescirentur, Episcop brosio per somnium reuelata reperta su cœcus ille depulsis veteribus tenebri vidit.

Augustin. ibidem de Innocentio exad suis aliorumq; precibus apud Carthag miraculose curato.

CAP. V.

APVD Carthaginem quis nouit, p admodum pauciſsimos salutem, p cta est Innocentio exaduocato præfecturæ, vbi nos interfuimus, & oc peximus nostris? Venientes enim de t rinis, me & fratrem meum Alipium, no quidem clericos, sed iam Deo seruientes rat cum tota domo sua religioſissimus p sceperat, & apud eum tunc habitabamus rabatur à medicis propter fistulas, quas m rosas atque perplexas habuit in poster que ima corporis parte. Iam secuerant

Innocentij quondam aduocati hospitalitas eiusdē totiusq; eius domus religio & pietas

artis suæ cætera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa & diuturnos & acerbos dolores. Sed vnus inter multos sinus fefellerat medicos, atque ita latuerat, vt eum non tangerent, quem ferro aperire debuerãt. Denique sanatis omnibus quæ aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas moras ille suspectas habens, multumque formidans, ne iterum secaretur, quod ei prædixerat alius medicus domesticus eius, quem non admiserant illi, vt saltem videret, cùm primum sectus est, quomodo id facerent, iratusq; illũ domo abiecerat, vixque receperat, erupit, atq; ait: Iterum me secturi estis? Ad illius quem noluistis esse præsentem verba venturus sum? Irridere illi medicum imperitum, metumque hominis bonis verbis, promissionibusque lenire. Præterierunt & alij dies plurimi, nihilque proficiebat omne quod fiebat. Medici tamen in sua pollicitatione persistebant, nõ se illum sinum ferro, sed medicamentis esse clausuros: Adhibuerunt & alium grandæuum iam medicum, satisq; in ea arte laudatum, adhuc enim viuebat Ammonius, qui loco inspecto, idem quod illi eorum diligentia peritiaq; promisit. Cuius ille factus authoritate securus, domestico suo medico, qui futuram prædixerat aliam sectionem faceta hilaritate, velut iam saluus eluisit. Quid plura? Posteà tot dies inaniter consumpti transierunt, vt fessi atque confusi fate-

rentur, eum nisi ferro nullo modo posse sa
ri. Expauit, expalluit nimio timore turba
atque vbi se collegit, fariqúe potuit, abire
los iussit, & ad se amplius non accedere, ne
liud occurrit fatigato lachrymis & illa n
necessitate constricto, nisi vt adhiberet Al
andrinum quendam, qui tunc chirurgus
rabilis habebatur, vt ipse faceret, quod a
lis fieri nolebat iratus. Sed posteaquàm re
ille, laboremque illorum in cicatricibus
artifex vidit, boni viri functus officio, pe
sit homini, vt illis potius, qui in eo tantu
borauerant, quantum ipse inspiciens mi
tur, curationis suæ fine fruerentur, adjic
quod re vera nisi sectus esset, saluus esse
posset: valde abhorrere à suis moribus, v
minibus, quorum artificiosissimam ope
induſtriam, diligentiam admirans in cic
cibus eius videret, propter exiguum, quo
manſit, palmam tanti laboris auferret. Re
ti sunt animo eius, & placuit vt eodem
andrino assistente ipsum sinum illum
qui iam consensu omnium aliter infanti
putabatur, aperirent. Quæ res dilata est
sequẽtem diem. Sed cùm abijssent illi, e
rore nimio domini tantus est in domo illa
ortus dolor, vt tanquam funeris planctus
comprimeretur à nobis. Visitabant eum
tidie sancti viri, Episcopus tunc Vzalens
atæ memoriæ Saturninus, & presbyter
sus, ac diaconi Carthaginensis Eccleſiæ.

bus erat, & ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam Episcopus, cum honore à nobis debito nominandus, Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei de hac re sæpè collocuti sumus, eumque valdè meminisse, quod commemorauimus, inuenimus. Qui cũ eum sicut solebant vespere visitarent, rogauit eos mirabilibus lachrymis, vt mane dignarentur esse præsentes sui funeri potius quàm dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaserat pœnis, vt se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Cõsolati sunt eum illi, vt in Deo fideret, eiusdem voluntatem viriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus. Vbi nobis ex more genua figentibus, atq; incumbentibus terræ, ille se ita proiecit tanquam fuisset aliquo impellente grauiter prostratus, & cœpit orare. Quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluuio lachrymarum, q̃bus gemitibus atque singultibus succutientibus omnia membra eius, & penè intercludentibus spiritum, quis vllis explicet verbis? Vtrum orarent alij, nec in hæc eorum inuertetur intentio, nescibam. Ego tamen prorsus orare nil poteram, hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: Domine quas tuorum preces exaudis, si has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi iam posse, nisi vt expiraret orãdo. Surreximus, & accepta ab Episcopo benedictione discessimus, rogante illo vt mane adessent, illisque vt æquo animo

Modus orãdi

Episcopi benedictio.

esset hortãtibus. Illuxit dies, qui metuebatur, aderant serui Dei, sicut se affuturos esse promiserant. Ingressi sunt medici, parantur omnia, quæ hora illa poscebat, tremenda ferramenta proferuntur attonitis suspensisque omnibus. Eis autem quorum erat maior auctoritas defectum animi eius consolando erigentibus ad manus secturi membra in lectulo ponuntur, soluuntur nodi ligamentorum, datur locus, inspicit medicus, & secandum illum sinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitisque contrectat. Tentat denique modis omnibus, inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa lætitia & laus & gratiarum actio misericordi & omnipotẽti Deo, quę fusa est ore omnium lachrymantibus gaudijs, non est committenda meis verbis: cogitur potius quàm dicatur.

Innocentius præter omnẽ expectationẽ miraculosè curatus deprehenditur.

August. ibidem De adolescente damoniaco memoriam SS. martyrum Geruasij & Protasij portato, & ibidem cum multis alijs sanato.

CAP. VI.

VIctoriana villa dicitur, quę ab Hippo regio minus triginta millibus abest. Memoria martyrum ibi est Mediolanensium Geruasij & Protasij: portatus est die eo adolescens, qui cùm de medio tempore æstatis equum ablueret in fluminis gurgite, dæmonem incurrit. Ibi cùm iaceret vel morti proximus, vel simillimus mortuo, ad vespertinas illas

Hymni & orationes vespertinæ à sanctimonialib. decantatæ.

illuc hymnos & orationes cum ancillis suis, & quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intrauit: atque hymnos cantare cœperunt: Qua voce ille quasi percussus excussus est: & cum terribili fremitu altare apprehensum mouere non audens, siue non valens, tanquam eo fuerit alligatus, aut fixus tenebat: & cum grandi eiulatu parci sibi rogãs, confitebatur, vbi adolescentem, & quando, & quomodo inuaserit. Postremò se exiturum esse denuncians, membra eius singula nominabat, quæ se amputaturum exiens minabatur: atque inter hæc verba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fusus tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumque eius medium quod nigellum fuerat, albicabat. Quo viso, qui aderant, concurrerant autem etiam alij, vocibus eius acciti: & se omnes in orationem pro illo statuerunt: quamuis eum sana mente stare gauderent, rursus tamen propter oculum eius contristati, medicum quærendum esse dicebant. Ibi maritus sororis eius, qui eum illò detulerat: Potẽs est, inquit, Deus sanctorum orationibus, qui fugauit dæmonem, lumen ei reddere. Tunc sicut potuit oculum lapsum atque pendentem, loco suo reuocatum ligauit orario: nec nisi post septem dies putauit esse soluẽdum. Quod cùm fecisset, sanissimum inuenit. Sanati sunt illic & alij: de quibus dicere longum est.

Dæmones ederunt hymnos Ecclesiast.

Orationes sanctorum.

Augustinus ibidem de virgine per lachryma presbyteri à dæmone liberata: item de adole scente à dæmone liberato per vnicam Episcopi orationem: atq; item de Florentio Hip ponensi à xx. martyribus miraculose re stito.

CAP. VII.

Efficacia lachrymarum presbyteri. Virtus oratio nis Episcopi.

HIpponensem quandam virginem fi cùm se oleo perunxisset, cui pro illa rans presbyter instillauerat lachry suas, mox à dæmonio fuisse sanatam. Scio am Episcopum semel pro adolescente, q non vidit orasse: illumque ilicò dæmon ruisse. Erat quidam senex Florentius Hip nensis noster, homo religiosus, & pauper sartoris se arte pascebat, casulam perdid & vnde sibi emeret non habebat: ad vig

Memoria celeberrima xx. martyrũ. Florẽtius petit à martyribus vestiti.

martyres, quorum memoria apud nos est berrima, clara voce vt vestiretur, orauit. dierunt eum adolescentes, qui fortè ade irrisores: eumque discedentem exagita prosequebantur: quasi à martyribus qui genos folles, vnde vestimentum emeret, p uisset. At ille tacitus ambulans eiectum g

Ridetur ab alijs.

Inuenit piscẽ

dem piscem palpitantem vidit in littore, umque illis fauentibus atque iuuantibus prehendit, & cuidam coquo Carchoso no ne, benè Christiano, ad coquinam condi am, indicans quid gestum sit, trecentis fol bus vendidit, lanam comparare inde disp nens, vt vxor eius quomodo posset ei, q

duceretur, efficeret. Sed coquus conscindens piscem, annulum aureum in ventriculo eius inuenit, moxque miseratione flexus, & religione perturritus, homini eum reddidit, dicens: Ecce quomodo viginti martyres te vestierunt. *Annulus aureus in pisce inuentus.*

Augustinus ibidem de muliere cœca, quæ postquam flores ad reliquias S. Stephani obtulit, & eosdem oculis admouit, visum recepit. Item de Lucillo Episcopo, qui cum reliquias eiusdem martyris portasset, à fistula miraculose curatus est.

CAP. VIII.

AD aquas Tibilitanas Episcopo afferente proiecto reliquias martyris glorioſissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis concursus & occursus. Ibi cœca mulier, vt ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur orauit, flores quos ferebat dedit: recepit, oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem vlterius non requirens. Memorati memoriam martyris, quæ posita est in castello Synicensi, quod Hipponensi Coloniæ vicinum est, eiusdem loci Lucillus Episcopus populo præcedente atque sequente portabat: Fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici, q̃ eã secaret, oppiebatur manus, illius piæ sarcinæ vectatione repẽtè sanata est. Nã deinceps eam in suo corpore non inuenit. *Flores S. martyri Stephano oblati.* *Sacrarũ reliquiarũ circũgestatio tẽporibus D. Augusti. vsitata.*

Augustinus ibidem de Euchario presbytero, qui per memoriam S. Stephani à calculo liberatus, & postea mortuus, ope eiusdem martyris, cùm de memoria eius reportata superiacentis corpus missa esset ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.

CAP. IX.

EVcharius presbyter ex Hispania, Calamæ habitans veteri morbo calculi laborabat, per memoriam supradicti martyris, quam Possidius eò aduexit Episcopus, sanus factus est. Idem ipse posteà morbo ad uus factus est. Idem ipse posteà morbo ad prævalescente, mortuus sic iacebat, vt ei in pollices ligarentur, opitulatione memoriæ martyris, cùm de memoria eius reportata fuisset, & superiacētis corpus missa ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.

Tunica presbyteri ad tactu SS. reliquiarū sanctificata, mortuū suscitat.

Augustinus ibidem de Martiali gentili, infirmus cum baptismum & fidem Christianam repudiaret, per generi sui oratione apud memoriam S. Stephani deuoti fidei baptismi gratiam magno cum desiderio percepit.

CAP. X.

FVit ibi vir in ordine suo primarius, nomine Martialis, æuo iam grauis, & multum à religione abhorrens Christiana. Habebat sanè fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cùm ægrotantem multis & magnis precibus & lachrymis rogarent, vt Christianus fieret, prorsus abnuit: ex

q̃à se turbida indignatione submouit. Visum est genero eius vt iret ad memoriã sancti Stephani, & illic pro eo quantum posset, oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & synceriter ardente pietatis affectu: deinde abscedens aliquid de altari florum, quod occurrit, tulit: eiq̃ cùm iam nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est: & ecce ante diluculum clamat, vt ad Episcopum curreretur, qui mecum fortè tunc erat apud Hipponem. Cùm verò audisset eum absentem, venire presbyteros postulauit. Venerunt, & statim se credere dixit: admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hoc quàm diu vixit in ore habebat: CHriste accipe spiritum meum: cum hæc verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est à Iudæis, vltima fuisse nesciret: quæ huic quoq; vltima fuerunt. Nam non multò post etiam ipse defunctus est.

Altaria sanctorum olim floribus ornabantur.

Augustinus ibidem de tribus mortuis per inuocationem S. Stephani prothomartyris, resuscitatis.

CAP. XI.

APud Hipponem Bassus quidam Syrus ad memoriam eiusdem martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoq̃ secum vestem detulerat: cùm ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cùm, orante illo, ab amicis eius

Vestis post attactũ SS. reliquiarũ S. Stephani defunctã Bassi filiã resuscitat.

ex-

exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cùm domum ... disset, iam suorum eiulatibus personantem, & vestem filiæ, quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est vitæ. Rursus ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarij filius, ægritudine extinctus est. Cumque corpus iaceret exanime, atque alijs gementibus & plangentibus, exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium verba suggessit, vt eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & reuixit. Itemque apud nos vir tribunitius Eleusinus super memoriam martyris, quæ in suburbano eius ... ægritudine exanimatum posuit infantulum filium suum: & post orationem, quam cum multis lachrymis ibi fudit, viuentem leuauit.

Oleũ S. martyris Stephãi

Infan. ad memoriã S. Stephani portatus reuiuiscit

Augustinus ibidem de varijs S. Stephani miraculis: item de Petronia clariss. fœmina ... eundem martyrem curata, deq; superstitione annuli cuiusdam gestatione, & miraculosa annulum patrato.

CAP. XII.

SI miracula sanitatum, vt alia taceam, ... do velim scribere, quæ per hunc martyrem, id est gloriosissimum Stephanum ... cta sunt in Colonia Calamensi, & in ... plurimi conficiendi sunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt: sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in po...

Id enim fieri voluimus, cùm videremus antiquis similia diuinarum signa virtutum etiam nostris temporibus frequentari: & ea non debere multorum notitiæ deperire. Nondum aût est biennium, ex quo apud Hipponem regium cœpit esse memoria, & multis quod nobis certissimum est non datis libellis, de ijs, quæ mirabiliter facta sunt, illi ipsiqui dati sunt ad septuaginta fermè numerum peruenerant, quando ista conscripsi. Calamæ verò, vbi & ipsa memoria prius esse cœpit, & crebrius dantur, incomparabili multitudine superant. Vzali etiam, quæ Colonia Vticæ vicina est, multa præclara per eundem martyrem facta cognouimus: cuius ibi memoria longè prius, quàm apud nos ab Episcopo Euodio constituta est. Sed libellorũ dandorũ ibi cõsuetudo nõ est: vel potius nõ fuit: nã fortasse nũc esse iã cepit. Cùm enim nuper illic essemus, Petroniam clarissimam fœminam, quæ mirabiliter ex magno, atque diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, languore sanata est: hortati sumus volente supradicti loci Episcopo, vt libellum daret, qui recitaretur in populo, & obedientissime paruit. In quo posuit etiam quod hic reticere non possum, quamuis ad ea, quæ hoc opus vrgent, festinare compellar. A quodam Iudæo dicit sibi fuisse persuasum, vt annulum capillatio cingulo insereret, quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet sub gemma lapidem in

Beneficia D. apud memorias sanctorũ præstita non sunt occultanda.

in renibus aduentum bouis, hoc alligata quasi remedio, ad sancti martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthagine cùm in confinio fluminis Bagradę in sua possessione mansisset, surgens vt iter pergeret, ante pedes suos illum iacentem annulum vidit, & capillanam annam, qua fuerat alligatus, mirata tentauit, quia cùm omnino suis nodis firmissimis, sicut fuerat, comperisset astrictam, crepuisse atque exilijsse annulum suspicata est: qui etiam ipse integerrimus fuisset inuentus, futuræ salutis quodammodo pignus de tanto miraculo accepisse præsumpsit, atque illud vinculum soluens, simul cum eodem annulo proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui etiam Dominum IESVM per integra virginalia membra enixum, & ad discipulos ostijs clausis ingressum fuisse non credunt. Sed hoc certè quærant, & si verum inuenerint, illa credant. Clarissima fœmina est, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla persona, rem quærentes latere non finunt. Martyr certè ipse, quo impetrante illa sana est, in filium permanentis virginis credidit, in eum qui ostijs clausis ad discipulos ingressus est, credidit. Postremò, propter quod omnia ista dicuntur à nobis, in eum qui ascendit in cœlum cum carne, in qua resurrexerat, credidit: & ideò per eum tanta fiunt, quia pro illa fide animam posuit suam.

Nota mirum quid de annulo superstitiosè gestato.

Augustinus ibidem, de decem fratribus qui maledicto matris horribili quatiebantur tremore membrorum, quorum duo ad memoriam S. Stephani venientes, oratione ibidem fusa, liberati sunt.

CAP. XIII.

VNum est quod apud nos factum, non minus quàm illa quæ dixi: sed tam clarum atque illustre miraculum, vt nullum arbitrer Hipponensium esse, qui hoc vel non viderit, vel didicerit: nullam qui obliuisci vlla ratione potuerit. Decem quidam fratres fuerunt, quorum septem sunt mares, tres fœminæ, de Cæsarea Cappadociæ suorum Ciuium non ignobiles: maledicto matris recenti patris eorum obitu destitutæ, quæ iniuriam sibi ab eis factam acerbissimè tulit, tali pœna sunt diuinitus coerciti, vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua fœdissima specie oculos suorum Ciuium non ferentes, quaquauersum cuique visum est, toto penè vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo frater & soror, Paulus & Palladia, multis alijs locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt autem ante Pascha fermè dies quindecim, Ecclesiam quotidie, & in ea memoriam glorioſissimi Stephani frequentabant orantes, vt iã sibi placaretur Deus, & salutem pristinam redderet. Et illic, & quacunque ibant, cõuertebant in se ciuitatis aspectum.

Efficacia maledictionis maternæ in filios.

ctum. Nonnulli, qui eos albi viderant, causam-
que tremoris eorum nouerant, alijs vt cuique
poterant, indicabant. Venit Pascha, atque ip-
so die Dominico mane cùm iam frequens po-
pulus præsens esset, & loci sancti cancellos, u-
bi martyrium erat, idem iuuenis orans tem-
ret, repentè prostratus est, & dormienti simi-
limus iacuit: non tamen tremens, sicut etiam
per somnium solebat, stupentibus qui ade-
rant, atque alijs pauentibus, alijs dolentibus
cùm eum quidam vellent erigere, nonnul-
prohibuerunt, sed potius exitum spectandum
esse dixerunt. Et ecce surrexit, & non trem-
bat, quoniam sanatus erat, stabat incolum
intuens intuentes. Quis ergò intuétium fe-
nuit à laudibus Dei? Clamantium, gratulan-
umque vocibus Ecclesia vsquequaq; compl-
est. Inde ad me curritur, vbi sedebam iam pr-
cessurus: irruit alter quisque post alterum, o-
mnis posterior quasi nouum, quod alius pr-
dixerat nunciantes. Meque gaudente, & am-
me gratias Deo agente, ingreditur etiam
cum pluribus, inclinatur ad genua mea, eq-
tur ad osculum meum. Procedimus ad po-
pulum, plena erat Ecclesia, personabat vo-
bus gaudiorum: Deo gratias, Deo laudes, v-
mine tacente, hinc atque inde clamantium
Salutaui populum, & rursus eadem feruen-
re voce clamabant. Facto tandem silentio, le-
pturarum diuinarum sunt lecta solennia. V-
autem ventum est ad mei sermonis locum, d-

Martyriũ hic pro loco vbi conditus est, vel vbi colitur martyr, positum videtur.

ri pauca, pro tempore, & pro illius iucunditate lætitiæ. Magis enim eos in opere diuino, quandam Dei eloquentiam non audire, sed considerare permisi. Nobiscum homo prandit, & diligenter nobis omnem suæ ac maternæ fraternæque calamitatis indicauit historiam, sequenti itaque die post sermonem redditum, narrationis eius libellum in crastinum populo recitandum promisi, quod cùm ex Dominico Paschæ die tertio fieret in gradibus exedræ, in qua de superiore loquebar loco, fecisse ambos fratres, cùm eorum legeretur libellus. Intuebatur populus vniuersus, sexus vtriusque, vnum stantem sine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipsum non viderant, quid in eo diuinæ misericordiæ factum esset, in eius sorore cernebant. Videbant enim quid in eo gratulãdum, quid pro illa esset orandum. Inter hæc recitato eorum libello, de conspectu populi eos abire præcepi: & de tota ipsa causa aliquantò diligentius cœperam disputare, cùm ecce me disputante, voces aliæ de memoria martyris noue gratulationis audiuntur. Conuersi sunt eò qui me audiebant, cœperuntque concurrere. Illa enim vbi de gradibus descendit, in quibus steterat: ad sanctum martyrem orare perrexerat. Quæ mox vt cancellos attigit, collapsa similiter velut ad somnum sana surrexit. Dum ergò requireremus, quid factum fuerit, vnde iste strepitus lætus extiterit, ingres-

si sunt cum illa in basilicam, vbi etamus, ad-
ducentes eam sanam, de martyris loco. Tum
verò tantus ab vtroque sexu admirationis cla-
mor exortus est, vt vox cõtinuata cum lachry-
mis non videretur posse finiri. Perducta est
eum locum, vbi paulò ante fleterat tremen.
Exultabant eam similem fratri factam, cui de
luerant remansisse dissimilem. Et nondum fi
sas preces pro illa, iam tamen præuiam vo
tatem tam citò exauditam esse cernebant. E
ultabant in Dei laudem voces sine verbis u
to sonitu, quantum aures nostræ vix ferre
tuissent. Quid ergò in cordibus exultantiu
nisi fides Christi, pro qua Stephani sangui
fusus est?

*Ex parte sermonum D. Augustini, opera Io
nis Vlimmerij editorum Louanij anno 15*

*Exemplar libelli (cuius in præcedenti capi
mentio) dati à Paulo, sancto Augustino Ep
scopo.*

*Rogo Domine beatissim. Papa Augustine
hunc libellum meum quem ex præcepto tuo
tuli, sanctæ plebi iubeas recitari.*

Quum adhuc in patria nostra Cæsarea Cap
padociæ moraremur, frater noster natu mino
grauibus atque intolerandis communem ma
trem affecit iniurijs, intantum vt ei etiam
manus non dubitaret inferre. Quod nos om
nes filij pariter congregati patienter tulimus
vt ne verbum quidem fratri nostro pro mat
nostra, cur hoc faceret, dixerimus. Illa autem

fœminei doloris stimulis incitata, iniuriosum filium maledicendo punire constituit. Quumq; ad sacri baptismatis fontem post gallorum cãtus memorato filio suo iram Dei imprecatura properaret: tunc ei nescio quis in patrui nostri similitudine, vt intelligitur, dæmon occurrit, & ab ea prior quo pergeret, requisiuit. Cui illa, ad maledicendum filio suo ob intolerabilem contumeliam, se ire respõdit. Tunc autem ille inimicus, quoniam in mulieris corde insaniente locum facilè inuenire potuit, vt omnibus malediceret, persuasit. Illa autem vipereis inflammata consilijs, sacrum fontem prouoluta corripuit, & sparsis crinibus, nudatisque vberibus hoc à DEO potissimum postulauit, vt extorres patria, & circumeuntes alienas terras, omne hominum genus nostro terreremus exemplo. Mox maternas preces efficax vindicta prosequitur: eũdemque continuò fratrem nostrum ætate culpaque maiorem tremor membrorum tantus inuasit, quantum in me vsque ante hoc triduũ vestra sanctitas vidit. Seruato autem ordine, quo nati eramus, intra vnum annum eadem nos pœna omnes corripuit. Videns autem mater maledictiones suas ad tantam efficaciam peruenisse, impietatis suæ conscientiam & opprobrium hominum diutius ferre nõ potuit: sed laqueo guttur astringẽs, luctuosam vitam termino funestiore cõclusit. Egressi ergò nos omnes opprobrium nostrum non ferentes,

& communem patriam relinquentes, paſſi
ſumus per diuerſa diſperſi. Ex nobis autem o
mnibus decem fratribus, qui naſcendi quo
ordine primùm ſequitur, ad glorioſi martyr
Laurentij memoriam, quæ apud Rauenn
nup collocata eſt, ſicut audiuimus, merui
nitatem. Ego autem, qui naſcendi ordine
ſextus eorum, cum hac ſorore mea, quæ me
tate ſubſequitur, vbicunque gentium, vbic
que terrarum loca eſſe ſacra, in quibus ope
retur Deus miracula comperiſſem, magno
ſideratæ ſanitatis amore carpebam iter. Sed
de cæteris celeberrimis ſanctorum locis
am, etiam ad Anconam Italiæ ciuitatem,
per glorioſiſsimum martyrem Stephanu
ta miracula Dominus operatur, eadem ci
tione peruen i. Sed ideò alibi curari no
tui, quia huic loco diuina prędeſtinatio
uabar. Nec Vſalim ciuitatem Africæ pro
miſi, vbi beatus martyr Stephanus magn
dicatur frequenter operari. Veruntamen
hos tres menſes, id eſt Calendarum Iuniar
die, tam ego quàm ſoror mea, quæ hic me
eſt, eadem adhuc paſsione detenta euiden
mus viſione commoniti. Ait enim mihi
ctu clarus, & candido crine venerabilis,
intra tertium menſem eſſet mihi ſanitas
tura. Sorori autem meæ in viſione ſanc
tua in ea effigie, in qua te præſentes vide
apparuit: per quod nobis ſignificarum
iſtum locum nos venire debuiſſe. Nam

beatitudinem tuam sæpius posteà videbam per alias ciuitates in itinere quò veniebamus talem prorsus, qualem modo conspicio. Admoniti ergò euidenti authoritate diuina, ad hãc venimus ciuitatem ante dies fermè quindecim passionis meæ vel oculi vestri, testes sunt, vel miserabilis soror mea, quæ ad eruditionem omnium, communis mali præbet exemplum, vt qui in illa, qualis ego fuerim vident, in me quantum per Spiritum sanctum suum Dominus sit operatus, agnoscant. Orabam ego quotidie cum magnis lachrymis in loco, vbi est memoria glorioſissimi martyris Stephani. Die autem Dominico Paschæ, sicut alij, qui præsentes erant, viderant, dum orans cum magno fletu cancellos teneo, subitò cecidi. Alienatus autem à sensu, vbi fuerim nescio. Post paululum assurrexi, & illum tremorem in corpore meo non inueni. Huic igitur tanto beneficio non ingratus, hunc libellum obtuli. In quo etiam quæ de nostris calamitatibus ignorabatis, & quod de mea incolumitate & salute cognouistis exhibui: vt pro mea sorore orare dignemini, & pro me agere DEo gratias.

Gregorius Turonen. de gloria Confessorum cap. 69. De populo Rhemensi, qui sæuiente lue inguinaria assumptam de S. Remigij sepulchro pallam cum crucibus & cereis per omnes vrbis vices religiosè circumferentes, immunes ab ea peste permanserunt.

CAP. XIIII.

CVM lues inguinaria populum prima Germaniæ deuastaret, atque omnes hoius cladis auditu terrerentur, concurrit Rhemensium populus ad sancti Remigi sepulchrum, congruum huius causæ flagitio remedium. Accensis cereis lychnisque no paucis, Hymnis, Psalmisque cœlestibus p totam excubat noctem. Mane autem fa quid adhuc precatui desit, in tractatu tur, reperiuntque reuelante Deo, qualite ratione præmissa, adhuc maiori propugna lo vrbis propugnacula munirétur. Affirm igitur palla de beati sepulchro, componat modũ feretri. Accẽsisq; sup cruces cereu ceroferalibus, dãt voces in cãticis, circũit bem cum vicis. Nec prætereunt vllum hosp tium, quod non hac circuitione conclud Quid plura? non post multos dies fines ciuitatis lues aggreditur memorata. Ven men vsque ad eum locum accedens, qu pignus accessit, ac si constitutum cerne minum, intrò ingredi non modo non e sed etiam quæ in principio peruaserat, virtutis repulsu reliquit.

SS. reliquiarũ circumgestationis antiquitas & efficacia.

Paulus Diaconus lib. 2. cap. 9. de gestis Longobardorum, de Fortunato Episcopo Tarnensi, & Felice Episcopo Tarnisano qui lorum dolore apud altarium B. Mar liberati sunt.

CAP. XV.

FOrtunatus cùm oculorum dolorem vehementissimum pateretur, & similiter Felix socius eius, eorundem dolore laboraret, vtrique ad basilicam beatorum Pauli atque Ioannis, quæ intra vrbem Taruisanam sita est, perrexêre. In qua etiam altarium in honore beati Martini confessoris constructum, propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta. De cuius oleo postquàm fratres isti Fortunatus scilicet & Felix dolentes oculos tetigerant, ilicò dolore fugato, sanitatem quam optabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatũ Martinum veneratus est, vt relicta patria, paulò ante quàm Lõgobardi Italiã inuaderent, ipsius sanctissimas reliquias in Gallia sitas, visitare decreuerit: quod iter suum per flumina, montes, valles, oppida, pagos, ipse in carminibus suis dilucidè describit. Qui postquàm Turonos iuxta votum propriũ peruenit, Pictauos pertransiens illic habitauit, & multorum ibidem sanctorum gesta, partim prosa, partim metrica oratione conscripsit. Nouissimeq; in eadem ciuitate primum presbyter, deinde Episcopus ordinatus est, atque in eodem loco, digno tumulatus honore quiescit. Hic B. Martini vitam quatuor libris heroico versu contexuit, & multa alia, maximeq; hymnos singularum festiuitatum, & ad diuersos amicos versiculos nulli poetarum secũdus, suaui & diserto sermone composuit.

Altarium in honorem B. Martini.

Lucerna ad altare constituta.

Fortunatus peregrinatur ad S. Martinum.

Hymni Ecclesiastici Fortunati.

Paulus diacon ad tumulũ Fortunati oraturus accedit.

Ad cuius ego (Paulus diacon.) tumulum, cum illuc orationis gratia aduentassem, epitaphium rogatus ab eiusdem loci Abbate, contexui.

Paulus diaconus libr. 3 cap. 1. de gestis Longobardorum. De virtutibus viri Dei Hospitij, pœna inuadentium illum, ac miraculosa eorundem per S. Hospitium curatione.

CAP. XVI.

LOngobardorum in Gallias aduentum vir Dei Hospitius, qui apud Nicœam erat inclusus, sancto sibi id reuelante spiritu longè ante præuidit, & eiusdem vrbis ciuibus, quæ mala imminerent prædixit. Erat enim vir iste magnæ abstinentiæ & probabilis vitæ, qui constrictus ad carnem cathenis ferreis, indutus insuper cilicio, pane in cibum cum paucis dactilis vtebatur. In diebus autem quadragesimæ radicibus herbarum Aegyptiacarum, quibus eremitæ in Aegypto vsi fuerint exhibitis à negotiatoribus alebatur. Per hunc Dominus magnas virtutes operari dignatus est, quæ scriptæ habentur in libris venerabilis viri Gregorij Turonens. Episcopi. Igitur vir iste sanctus aduentũ Longobardorum in Gallias hoc modn prædixit. Venient Longobardi in Gallias, & deuastabunt ciuitates septem eo quod increuerit malitia eorum in conspectu domini. Est enim omnis populus periurijs deditus, furtis obnoxius, rapinis intentus, homicidijs promptus, in quibus non iustitia fru-

fructus. Non decimæ dantur, non pauper alitur, non tegitur nudus, non suscipitur hospitio peregrinus, ideò hæc plaga ventura est super populum istum. Monachis quoq; suis præcipiens, ait: Abscedite & vos à loco isto, auferentes vobiscum quæ habetis. Ecce enim gens quam prædixi appropiat. Dicentibus autem illis, non relinquemus te sanctissime pater, ait. Nolite timere pro me. Futurum est enim vt inferant mihi iniurias: sed non nocebunt vsque ad mortem. Discedentibus autem monachis, aduenit exercitus Longobardorum. Quę dum cuncta reperiebant, vastabant, ad locum vbi vir sanctus inclusus erat, peruenerũt. At ille per fenestram è turri se eis ostendit. Illi verò circumeuntes turrim, dum aditum quærerent, per quem ad illum ingredi possent, & minimè inuenirent, duo ex eis ascendentes tectum discooperuerunt illud, & videntes eum cinctum cathenis, indutumque cilicio, dicunt: hic malefactor est & homicidium fecit, ideò in his ligaminibus vinctus tenetur. Vocatumque in partem, interrogant quid mali fecerat, quod tali supplicio arctaretur. At ille fatetur se homicidam esse, omniumque criminum reum. Tunc vnus extracto gladio vt caput eius amputaret, dexteram erigit: sed eius dextera mox in ipso ictu suspensa diriguit, nec eam ad se potuit retrahere: relictus autem gladius, in terram decidit. Quod videntes socij eius, clamorem in cœlum de-

derunt, flagitantes à sancto viro, vt quid eis agendum esset, clementer insinuaret. Ipse vero impositio salutis signo arens brachium sanitati restituit. Longobardus autem, qui sanatus fuerat, ad fidem Christi conuersus, statim clericus, deinde monachus factus est. Atque eodem loco vsq; ad finem vitæ suæ in Dei seruitio permansit. Beatus verò Hospitius dum Longobardis Dei verbum loqueretur, duo ducces, qui eum venerabiliter audierunt, incolumes patriæ restituti sunt: quidã verò qui eius verba despexerant, in ipsa prouincia miserabiliter perierunt.

Paulus diaconus libr. 4. cap. 7 de gestis Longobardorum, De Theodelinda regina, quæ basilicam construxit in honorem S. Ioannis Baptistæ ac deuoto Longobardorum S. Ioanni facto, quodq; omnes S. Baptistæ patrocinium inuocantes illæsi suorumq; aduersariorum victores extiterunt.

CAP. XVII.

THeodelinda regina basilicam beati Ioannis Baptistæ in Modœcia cõstruxit, pro se & pro viro suo, & pro filijs & filiabus & cunctis Longobardis ad dominum: & conuenerunt inter se vnanimiter maiores natu de rege suo, vna cum Theodelinda regina dicentes: Si sanctus Iohannes pro nobis interpellator sit ad dominum Deum nostrum IESVM CHristum pro nobis, nos omnes vnanimiter pollicemur illi, omni anno in die natiuitatis

ſuæ, hoc eſt, viij. Kalend. Iulij de noſtris facultatibus tranſmiſſuros honorificè ad oraculum eius, vt per illius interpellationem habeamus iuuamen Domini noſtri IESV CHriſti, tam in bello quã in alijs locis omnibus, quocunque ituri ſumus. Ab illo ergò die in omnibus actibus eorum cœperunt inuocare ſanctum Iohannem, vt illis præberet auxilium in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, & illi oẽs permanebant illæſi, victoreſque extiterunt ſuper cunctos aduerſarios ſuos. Locus autem ille ſupra Mediolanum duodecim millibus eſt, quem regina dedicandum curauit, multiſque ornamentis auri & argenti mirificè decorauit, prædijſque ditauit, familiaſque & poſſeſſiones multas eidem loco addixit in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ. Dicamus aſſertionem ſcripturæ Theodelindæ reginæ. Offert glorioſiſsima Theodelinda regina vnà cum filio ſuo Adalualdo rege, ſancto Ioanni patrono ſuo de dono Dei, & de dotibus, chartulam ſuę donationis, quam in ſuorum præſentia ſcribere fecit. Si quis quolibet tempore hanc teſtem voluntatis ſuæ corruperit, in iudicij extremi die cum Iuda traditore damnetur. Ordinatio verò eius talis fuit. De rebus ſancti Ioannis nullo modo ſe debet aliquis intromittere, niſi tantum ſacerdotes, qui ibi deſeruiunt die ac nocte, tantumq; famuli ac famulæ qui ibi ſubiecti ſunt communiter debeant viuere.

Ex

Ex vita S. Ioannis Eleemosynarij authore Simeone Metaphraste. De confessione sacramentali ipsi S. Ioanni facta, & miraculo ad sepulchrum S. Ioannis ad preces confessæ mulieris patrato ipsoq; peccato propter S. Ioannem deleto, habetur Tom. 1. Surij.

CAP. XVIII.

QVædam mulier, orta in oppidulo, quod tulerat Patriarcham Ioannem eleemosynarium, postquàm resciuit eum iam esse migraturum ad dominum, magni & grauis peccati sibi conscia, accurrit ad beatum: & calidis lachrymis profusis, eius pedes tangens, petebat illius peccati absolutionem. Ille autem, si credis, inquit, meis precibus te esse de hoc peccato obsoluendam, oportet omnino te id prius confiteri. Cùm autem dixisset se non posse id labijs proferre, iussit id scriptis significare. Cùm verò videret eam id egrè ferre, iubet vt ipsa id scribat, & suo ipsius sigillo muniat, & sic ei tradat schedulam. Cùm ergò sic factum esset, & in eius manus tradita fuisset, obsignata schedula, rogabat mulier eum obtestans, vt nihil eorum, quę inerant, veniret ad cuiusquam cognitionem. Quinque dies adhuc præterierunt: & magnus ille excedens è vita, migrauit ad iustorum tabernacula, cùm nihil de ea re cuiquam dixisset omnino. Cùm autem mulier, diuina quadam fortè prouidentia, non adfuisset illo die, quo excessit è vita, ea accedēs ad sepulturam, & dubitans ne forte

Pœnitētibus necessaria est confessio.

qua

quæ eius fidei commissa fuerat schedula, neglecta & in episcopatu relicta deprehenderetur ob omnibus, dolore affecta, à se propemodum discesserat, sed cum fide ardentissima se rursus collegisset, quàm maxima potuit celeritate venit ad illius capsam, & tanquam eo viuo, clamabat: Quid hoc feciſti ô vir diuine, mihi peccatrici, vt nunc efficiar ab omnibus probro & dedecore? Quod enim ne tibi quidem potui aperire propter lapsum insignem, hoc erit omnibus manifestum. Vtinam ne cogitassem quidem de te hac re conuenire. Existimans enim per te pœnas futuras effugere,& hoc non sum assecuta:& quod ex eo oritur, dedecus mihi cõciliaui. Sed enim non recedam à tuo sepulchro, neque omninò hinc surgam, nisi de ijs, quæ petiui, me feceris certiorem. Persuasum enim habeo te non esse mortuum, sed in Deo viuere, & te apud eum posse, quæ vis, facere.

Hæc dicens,& alia his similia, tribus diebus & totidem noctibus venerandæ eius capsę assedit, &(ô Dei miracula) vltima nocte egreditur è capsa vir ille admirabilis simul cum ijs,qui cum eo iacebant, Episcopis: (Eiusmodi enim erat id,qđ apparebat) & ei dixit: Quousque ô mulier, clamans, ex ijs qui hic sunt, molesta? Nostra enim vestimenta iam tuæ humectarunt lachrymæ, fluentes instar fluuij. Cũ hæc dixisset, tradit ei schedulam sicut erat ab illa obsignatam. Deinde, Agnoscisne hunc, dixit,

xit, ô mulier? Accipe ergò, & eam soluens, vide Dei opera admirabilia. Cùm illa autem surrexisset, & ad se redijsset, videt quidem rursus sanctos suam capsam ingressos, habens vero schedulã in manibus, viro illæso manente fenaculo. Quod quidem cùm soluisset, priorem quidem scripturam inuenit deletam, alienam autem videt positam subscriptionem, quæ se habebat: Propter Ioannem seruum meum deletum est tuum magnum peccatum.

Eusebius Cæsarien. lib. 6. Eccles. hist. cap. 7. De Narcisso Episcopo Hierosolymorum, qui aquam vertit in oleum, & dum crimen falsò insimulatur, vindicta diuina vltus in testes periuros, per ea ipsa quæ sibi in periurijs imprecati erant maledicta molitur.

CAP. VIX.

Solennis dies vigiliarum Paschæ.

ACCidit aliquando die solenni vigiliarum Paschę, oleum deesse luminaribus, cumque id per ministros innotuisset, mœror plebi maximus fuit. Sed Narcissus confidens, ministris imperat haurire aquam, bibique deferri. Cumque detulissent, orationem benedixit aquam, & infundi luminaribus precipit. Tum repentè miro & sæculis inusitato genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autem rei a plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo quod versum de aqua fuerat, reseruatum est, ita vt ad nos vsq; miraculi huius iudicium

Aqua in oleũ versa.

perue-

preueniret. Et in hoc quidem fidei eius ac menti habebatur exemplum: animi verò virtus quanta in eo fuerit, alio nihilominus vno ex eius gestis opere declarabitur. Is namq; cũ inter cætera virtutũ suarum bona esset valde cõstantis animi, & iustè rectéque indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam malè sibi conscij, metuentes ne criminum suorum, si arguerentur, non possent effugere vindictam, præueniunt, & factionibus circumuenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduersum eum infame satis & noxium crimen: conueniunt auditores, testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti, quæ obijciebantur confirmarent: quorum vnus testis, ita non igni consumeretur, vera se dicere testabatur: alius, ita ne regio morbo corrumperetur: tertius, ita ne luminibus orbaretur. Et quamuis ne iuramentis quidem istis quisquam fidelium & Deum timentium crederet, eo quod vita Narcisi & institutio ac pudicitia ab omnibus nosceretur, ipse tamen eorum quæ mota sunt, indignitatem ac molestiam nos ferens, simul & secretam ac Philosophicam vitam semper habere desiderans, subterfugit Ecclesiæ multitudinem, & in desertis locis atque agellis secretioribus delitescit annis quàm plurimis. At non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculus quiescit in longum, sed in impios vltionem per ea ipsa, quę sibi in periurijs statuerant maledi-

ledicta, molitur. Primus namque ille teſtis parua ignis ſcintilla noctis tempore domus ſua ſuccenſa, cum omni genere ſuo omnibus familia, flammis vltricibus cõflagrauit. Alius repentè ab imis pedibus vſque ad ſummum capitis verticem morbo regio, quo fuerat imprecatus, repletur atque conſumitur. Tertius autem priorem exitum videns, & oculum diuinum non ſe latuiſſe perſpiciens, prorumpit in medium, & audientibus cunctis, ſera poenitentia vniuerſum concinnati ſceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis commiſsi facinus deflet, & intantum nocturnis perdurat in fletibus, vſquequo luminibus orbaretur.

Paulus diacon. lib. 6. de geſtis Longobardorum ca. 2. De ceſſatione peſtis per honorem D. Sebaſtiano impenſum.

CAP. XX.

TEmporibus ſextæ Synodi vniuerſalis quæ Conſtantinopoli ſub Agathone celebrata eſt, exorta eſt grauiſsima peſtis tribus menſibus, Iulio, Auguſto, & Septembri, tantaque fuit multitudo morientium, vt nam parentes cum filijs atque fratres cum ſororibus bini per feretra poſiti apud vrbem Romam ad ſepulchra ducerentur. Pari etiam modo hæc peſtilentia Ticinum depopulata eſt, vt cunctis ciuibus per iuga montium, ſeu per deſerta loca fugientibus, in foro & plateis uitatis hærbæ & frutices enaſcerentur. Tum

que visibiliter multis apparuit, quod malus & bonus angelus, qui videbatur venabulum in manu ferre, quoties venabulo illo ostium cuiuscunque domus percussisset, tot ea de domo die sequenti homines interirent. Tunc cuidam per reuelationem dictum est, quod pestis ipsa prius non quiesceret, quàm in basilica beati Petri, quæ ad vincula dicitur, sancti Sebastiani martyris altarium poneretur. Factumque est, vt delatis ad vrbem Romam beati Sebastiani martyris reliquijs, mox vt in iam dicta Ecclesia altariũ constitutum est, pestis ipsa quieuerit.

D. Augustin lib. 1. Miraculorum B. Stephani, & sermone 96. in tomo nono sermonum, per Ioannem Vlimmerium nuper editorum. De paruulo qui catechumenus mortuus est, & meritis S. Stephani, matri viuus restitutus est.

CAP. XXI.

CVIusdam mulieris filius paruulus mortuus, catechumenus erat, qui matris portatus manibus cum ingenti eiulatu, & miserabili vociferatione ante ipsam memoriam glorioſi Stephani fuerat proiectus, tradens illi mortuum, vt ab eo reciperet viuum. Cumque ad aures amici Dei pulsaret fide pietatis, perculsa duplici luctu orbitatis, quod & in præsenti vita filium perdidisset, & in futura, vtpotè sine gratia baptismi saluum habere nõ posset: ecce interdiu lamentantis dolorem

miseræ matris repentè paruulo spiritus red-
ditur, vita tribuitur, vox viuenti conceditur.
Continuò presbyter accersitus baptismũ pa-
uulo tradit, sacramenta complentur: atque ita
peccatorum lethali catena anima liberata, fu-
tim etiam mortalis carnis vinculo exuitur, &
ad Dei spiritales amplexus summa celeritate
liberata dimittitur. Ita & non modica con-
latione concessa, gaudere de redempto fi-
datur, & paruulo salus vera conceditur. Q
profectò ob hoc ad modicum vitam recep-
ne in æternum moreretur.

*Ex annalibus & antiquitatibus Colonien-
Quomodo sancti, quorum corpora sacra Co-
loniæ requiescunt, noctu visi sint circum-
mœnia ciuitatis, eamq́; contra vim hostium
obsidentium munire ac protegere.*

CAP. XXII.

TEmporibus Clementis quarti, circa
num Domini 1266. vt habent Ann
Colonienses, cùm ciuitas Colonia obsi-
dione cingeretur, Comes Cliuensis, & Ste-
phanus de Vuylen vno in tentorio noctu qui-
escentes, viderunt D. Vrsulam radianti co-
na præfulgidam, & cereum lucidissimum ma-
nu gestantem lumine suo totius vrbis & ocu-
luminibus æquipollentem, quã sequebantur
vndena virginũ millia, Sãctorũ quoq; Mar-
rum ac Thebæorũ agmina, vti sculptæ in mo-
nijs Colonien. imagines circa monasteriũ D.
Pãtaleonis, & picturę antiquæ, basilicæ D. G-

reonis testantur. Qui oēs videbātur ciuitatem & portas, roseis crucibus cōsignare, & contra hostium vim ac potentiam præmunire. Quo miraculo territi hostes ac de obtinenda ciuitate desperantes, obsidionem soluerunt, temerarium existimātes cum gigantibus θεομαχεῖν, ac ipsos diuos diuorumque patrocinijs munitos, inanibus prælijs lacessere. In huius diuinę protectionis perpetuā memoriā, & iugem gratiarum actionem, Amplissimus Senatus inclytæ ciuitatis Colonien sis quotannis ipso sanctorum Maurorum festo, quod 15. Octobris celebratur, tredecim grandes cereos donat basilicæ D. Gereonis, qui in crypta eiusdem basilicæ, vbi SS. Maurorum ac Thebæorū corpora requiescunt, tunc per dies aliquot lucere conspiciuntur.

Ex lib. 2. Machabæorum cap. vlt. Iudas Machabæus contra Nicanoris amplissimum exercitum cum paucis dimicaturus, vidit Oniam Pontificem orare pro populo Iudæorum, & deinde Ieremiam gladium sibi porrigentem, quo detecturus esset aduersarios.

CAP. XXIII.

NIcanor cum summa superbia erectus cogitaret commune trophæum statuere de Iuda: Machabæus interim confidebat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo adfuturum, & hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc

sperarent ab omnipotente sibi affuturam v
ctoriam. Et allocutus eos de lege & Proph
tis, ammonens etiam certamina quæ fecera
prius, promptiores constituit eos. Et ita a
mis eorum erectis, simul ostendebat gen
fallaciam & iuramẽtorum præuaricationem
Singulos autem illorum armauit non cly
& hastæ munitione, sed sermonibus opt
& exhortationibus, exposito digno fide
nio, per quod vniuersos lætificauit. Erat
tem huiusmodi visus: Oniam qui fuerat
mus sacerdos, virum bonum & benignum
recundum visu, modestum moribus, &
quio decorum, & qui à puero in virtu
exercitatus sit, manus protendentem,
pro omni populo Iudæorum. Post hoc
paruisse & alium virum ætate & glori
bilem, & magni decoris habitudinem
illum. Respondentem verò Oniam di
Hic est fratrum amator & populi Isra
est qui multum orat pro populo &
sancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei
disse autem Ieremiam dextram, & dedis
dæ gladium aureum, dicentem: Accip
ctum gladium munus à Deo, in quo d
aduersarios populi mei Israel. Exhorta
que Iudæ sermonibus bonis valde, de q
extolli posset impetus, & animi iuuenu
fortari, statuerunt dimicare & confligere
titer, vt virtus de negotijs iudicaret: eo

ciuitas sancta & templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus & filijs, itemque pro fratribus & cognatis minor sollicitudo, maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi, sed & eos qui in ciuitate erant, nō minima sollicitudo habebat pro his, qui congressuri erant. Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, hostesque adessent, atque exercitus erat ordinatus, bestiæ equitesque opportuno in loco compositi, considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum variorum armorum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo: Tu domine, qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iudæ, & interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque milia, & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachij tui: vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Nicanor autem & qui cum ipso erant cum tubis & canticis admonebant. Iudas verò & qui cum eo erant, inuocato Deo per orationes congressi sunt, manu quidem pugnantes, sed & dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus trigintaquinq; millia, præsentia Dei magnificè delectati. Cumque cessassent, & cum

gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore & perturbatione suscitata, patria voce omnipotentem dominum benedicebant. Præcipuum tem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri. Quò cùm peruenisset, conuocatis contribulibus & sacerdotibus ad altare accersijt, & eos qui in arce erant, & ostendit capite Nicanoris & manu nepharia quam contenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est. Linguam impij Nicanoris præcisam, iussit paulatim auibus dari, manũ autem dementatoris contra templum suspendi. Omnes igitur cœlestes benedixerunt Dominum, dicentes: Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspendit autem caput Nicanoris in summa arce, vt euidens esset & manifestum signum auxilij Dei. Itaque omnes communi consensu decreuerunt, nullo modo diem istum absque celebritate præterire: habere autem celebritatem annuam pridie Mardochæi die.

Nicephor. Callist. libr. 17. cap. 17. histor. Eccl.

Chosroe Sergiopolim obsidente, inuincibiles propugnatores supra vrbem apparuere, quo cognito Chosroes obsidionem solui.

CAP. XXIIII.

NON absimile huic est, quod refert Nephorus de ciuitate Sergiopoli, quã

Chosroes rex Persarum obsideret, atque in redemptionem ciuitatis sacra templorum donaria ex pacto recepisset, tandem interrogauit, tum præterea in vrbe quicquam reliquum esset. Affuit ibi quidam, verum dicere solitus: & Chosroæ, alia quædam pauca admodum in vrbe à ciuibus occultè asseruari renunciauit. Ac auri quidem vel argenti reliqui nihil esse, sed alterius longè præstantioris & Deo dicatæ materiæ, in qua ossa Sergij martyris asseruarentur, vrnam sublongam ex argento fabrefactam restare. Hoc vbi Chosroes audiuit, ilicò exercitum omnem ad excindendam vrbem ex castrorum munimentis eduxit. Confestim verò innumerabiles propugnatores supra vrbem apparere, seq; ad eandem defendendam parare, atque per muros vbique discurrere visi sunt. Porrò vt hoc, qui ad hoc oppugnandũ missi fuerant, viderunt, euestigiò ad Chosroen reuersi, quum defensorum ciuitatis multitudinem, tum timorem suum qui eos exarmasset, stupefacti ei commemorarunt. Chosroes autem, vbi curiosè omnia scrutatus, valdè paucos vel immaturæ vel expletæ ętatis homines in vrbe esse, robustis omnibus è medio sublatis comperit, rem eam sublimioris alicuius potestatis, & martyris præcipuè esse suspicatus est. Ac timore correptus, Christianamque religionem magnoperè admiratus, statim obsidionem soluit, atque in ditionem suam reuersus est. Fama verò obtinet, Chos-

roen istum paulò ante obitum, sacris nostris initiatum, atq; ad diuinum lauacrum admissum esse. Non absimile est, quod Syrorum castris legimus 4. Reg. 7. in quibus cùm diuinitus audiretur sonitus curruum & equorum & exercitus plurimi, dixerunt ad inuicem Syri: Ecce mercede conduxit aduersum nos Rex Israel reges Gethæorum & Aegyptiorum, & venerunt super nos, surrexerunt ergo & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque animas tantum suas saluare cupientes.

Procopius libr. 1. de bello Gothorum, De D. Petro Apostolo, qui mœniorum Romanorum partem tuendam suscipiens, ab hostium impetu liberam conseruauit.

CAP. XXV.

GOthis Romam obsidentibus, apud portam Pincianam proximi muri pars quidam lapidum laxata iampridem compage, seiuncta spectatur, non tantum à sole, sed à medio ad summum fastigium scissa: nec sanè collapsa, nec alias resoluta, sed vtrinque sic inclinauit, vt cætero muro extrinsecus partim prominentior esse appareat, partim retractior. Hanc muri partem cùm demoliri tunc primùm Belisarius niteretur, & iterato ad iscare cœpisset, obstitere Romani, Petrum Apostolum pro indubitato se comperisse asseuerantes, eius loci tuendi pollicitum curam suscepturum: Quid vtique Romanis ex voto

succesſit, quandoquidem nec eo die, quo per Gothos ſunt mœnia oppugnata, nec per omne id tempus, quo vrbem obſederant Barbari, hoſtilis vis vlla ad hunc locum peruenit, nec planè vnquam eodem tumultuatum. Et ſanè me admiratio ſubit, nec Romanis nec hoſtibus ipſis, in ea tam diutina vrbis obſidione in memoriam veniſſe, muri hanc partem: quę res cum miraculi poſtea loco ſit habita, nec ſarcire quidem in poſterũ quiſquã, nec de integro reſtituere auſus eſt: ſed ad hunc diem ea è regione ſeiunctus permanet murus.

Gregor. Turonenſ. lib. 2. cap. 5. hiſtoriæ Francorum, De Chunis in Gallias prorumpentibus, & quomodo S. Seruatius Tungrorum Epiſcopus precatus ſit Deum, & SS. Apoſtolos, ne gentem illam Barbaram Gallias vaſtare permitteret.

CAP. XXVI.

CHunis in Gallias irruptionem meditantibus, erat apud Tungros oppidum Seruatius eximæ ſanctitatis Epiſcopus, qui vigilijs ac ieiunijs vacans, crebro lachrymarum imbre perfuſus, Domini miſericordiam precabatur, ne vnquam gentem hanc incredulam, ſeque ſemper indignam in Gallias venire permitteret. Sed ſentiens per ſpiritum, pro delictis populi, ſibi hoc non fuiſſe cõceſſum, conſilium cœpit, vt expeteret vrbem Romanam, ſcilicet vt adiunctis ſibi Apoſtolicæ virtutis patrocinijs, quæ humiliter à Domino fla-

gitabat, mereretur facilius obtinere. Accedés ergò ad beati Apostoli tumulum deprecabatur auxilium bonitatis eius, in multa abstinétia, maxima inedia se consumens, ita vt biduo triduoque sine vllo cibo potuq; maneret, nec esset interuallum aliquod in quo ab oratione cessaret. Cumque ibidem multorum dierum spatia in tali afflictione moraretur, fertur hoc à beato Apostolo accepisse responsum: Quid me vir sanctissime inquietas? Ecce enim apud Domini deliberationem prorsum sancitum est. Chunos in Gallias aduenire, eosque maxima tempestate debere depopulari. Nunc igitur sume consilium, accelera velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone: require linteamina munda. Ecce enim migrabis à corpore, nec videbunt oculi tui mala quæ facturi sunt Chuni in Gallijs, sicut locutus est Dominus Deus noster. Hoc à sancto Apostolo Pontifex, responso suscepto, iter accelerat. Galliasque velociter repetit, venienséque ad vrbem Tungrorum, quę erant necessaria sepulturę secum citius leuat: valeque dicens clericis, ac reliquis ciuibus vrbis denunciat cum fletu & lamentatione, quia non visuri essent vltra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lachrymis eum prosequentes, supplicabant humili prece dicentes: Ne derelinquas nos pater sancte, ne obliuiscaris nostri pastor bone. Sed cùm eum fletibus reuocare non possent, accepta benedictione cum osculis redierunt. Hic

verò

verò ad Traiectensem vrbem accedens, modica pulsatus febre recessit à corpore. Ablatusq; à fidelibus, iuxta ipsum aggerem publicum est sepultus.

Gregor. Turonens. lib 2. cap. 6. historiæ Francorum, quomodo B. Stephanus Protomartyr visus est apud SS. Apostolos Petrum & Paulum intercedere pro vrbe Metensi, in qua reliquiæ S. Stephani requiescunt.

CAP. XXVII.

CHuni à Pannonijs egressi, vt quidam ferunt, in ipsa sanctæ Paschæ vigilia, ad Metensem vrbem, reliqua depopulando, perueniunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladij trucidantes, ipsosque sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimentes. Nec remansit in ea locus inustus, præter oratorium beati Stephani primi martyris ac leuitæ. De quo oratorio quæ à quibusdam audiui, narrare non distuli. Aiunt enim priusquàm hi hostes venirent, vidisse se vnum fidelem in visu quasi conferentem cum sanctis Apostolis Petro ac Paulo, beatum Leuitam Stephanum de hoc excidio, ac dicentem: Oro Domini mei, vt non permittatis obtentu vestro Metensem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo paruitatis meæ pignora continentur: sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi supercreuit, vt aliud fieri non possit, nisi ciuitas tradatur incendio, sal-

saltem vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi aiunt, vade in pace dilectissime frater, oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe verò non obtinebimus, quia Dominicæ sanctionis super eam sententia iam processit: inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum ascendit coram Deo, ideòciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde procul dubio est, quod horum obtentu vrbe vastata, oratorium permansit inlæsum.

Gregorius Turonens. eodem lib. cap. 7. Quomodo Aurelia ciuitas ab Attilæ & Hunnorum obsidione liberata sit per Anianum sanctissimum eiusdem ciuitatis Episcopum, omnes obsessos ad orationem hortantem.

CAP. XXVIII.

ATtila Hunnorum rex à Metensi vrbe egrediens, cùm multas Galliarum ciuitates opprimeret. Aureliam aggreditur, eamq; maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat autem eo tempore beatissimus Anianus in supradicta vrbe Episcopus, vir eximiæ prudentiæ, ac laudabilis sanctitatis, cuius virtutum gesta nobiscum fideliter retinetur. Cumque inclusi populi suo Pontifici, quid agerent acclamarent, ille fisus in Deo monet omnes in orationem prosterni, cum lachrymis præsens semper in necessitatibus Dominum auxilium implorare. Deniq; his vt præceperat deprecantibus, ait sacerdos: Aspicite de muro ciuitatis, si Dei miseratio iam fuc-

cur-

currat. Suspiciebatur enim per Domini misericordiam, Aërium aduenire, ad quem & Are latem abierat prius suspectus futuri. Aspicientes autem de muro, neminem viderunt. Et ille, Orate, inquit, fideliter, dominus enim liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait: Aspicite iterum: Et cùm aspexissent neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis tertiò: Si fideliter petitis, Dominus velociter adest. At illi cum fletu & eiulatu magno, Domini misericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, tertiò iuxta senis imperium aspicientes de muro, viderunt à longè quasi nebulam de terra consurgere. Quod renunciantes, ait sacerdos, Domini auxilium est. Intereà iam trementibus ab impetu arietum muris, iamque ruituris, ecce Aërius & Theudo Gothorum rex, ac Thorismodus filius eius, cum exercitibus suis ad ciuitatem accurrunt, versumque hostem eijciunt, repelluntque. Itaque liberata obtentu beati antistitis ciuitate, Attilam fugant, qui Mauriacum campum adiens, se præcingit ad bellum. Quod hi audientes, se contra eum viriliter pręparant.

Paulus diaconus libr. 4. cap. 5. De gestis Longobardorum, De Ariulfo, qui bellum cõtra Romanos gerens, B. Sabini martyris præsidio miraculosè adiutus est.

CAP. XXIX.

CVM Ariulfus bellum contra Romanos in Camerino gessisset, victoriamque patrasset,

ſet, requirere à ſuis hominibus cœpit: quiſnam vir ille fuiſſet quem in prelio quod geſſerat, tam ſtrenuè pugnantem vidiſſet. Cui cũ ſui reſponderent, ſe illic nullum fortius bellantẽ quàm ducẽ ipſum vidiſſe, ille ait: Certè multa per omnia me meliorem ibi alium vidi, qui quoties me aduerſæ partis aliquis percutere voluit, me ſemper ſuo clypeo protexit. Cumque dux ipſe propè Spoletum, vbi baſilica beati martyris Sabini Epiſcopi ſita eſt, in qua eiuſdem venerabile corpus requieſcit, aduenisſet, interrogauit, cuius illa tam ampla domus eſſet. Reſponſumque eſt ei à viris fidelibus, Sabinum ibi martyrem requieſcere, quẽ Chriſtiani quoties in bello contra hoſtes irẽt, præſidium haberent, ac eum propterea in ſeum auxilium vocarent. Ariulfus verò cùm adhuc eſſet gentilis, ita reſpondit: Et poteſt fieri, vt homo mortuus aliquod viuentibus auxilium præſtet? Qui cùm hoc dixiſſet, equo deſiliens, eandem baſilicam conſpecturus intrauit. Tunc alijs orantibus, ipſe picturas eiuſdem baſilicæ mirari cœpit. Qui cùm figuram beati martyris Sabini depictam conſpexiſſet, mox cum iuramento affirmauit, talem omninò virum eum qui ſe in bello protexerat, formam habitumque habuiſſe. Tuncq; intellectum eſt, beatum martyrem Sabinum, eidem in prælio adiutorium contuliſſe.

D. Sabini martyris præſidium.

Inuocatio S. Sabini martyris.

Picturæ in Eccleſijs Chriſtianorum.

Ioan.

Ioannes Nauclerus vol. 3. Chronicorum generatione 37. De Adimaro Podiensi Episcopo, qui expugnata iam à Christianis vrbe Hierosolymitana, cùm diu ante defunctus esset, visus est in sancta ciuitate priusquàm muros ascendens, reliquos ad ingressum vrbis animauit.

CAP. XXX.

ANno Domini 1099. cùm exercitus Christianorum oppugnaret vrbem Hierosolymitanam, cumque iam totum mensem circa mœnia vniuersus desudaret exercitus, die xj. mensis Iulij, vno animo assultum faciunt, & cùm vsque ad horam diei 7. sine certa victoria anceps certamen esset, subitò virtus diuina affuit, quę fidelium rebus iam desperatis consolationem attulit. Nam de monte Oliueti miles quidam armis accinctus fulgentibus, qui postmodum non comparuit, signum dabat nostris legionibus, vt assultum iterarent: quo signo viso exhilaratur exercitus, & maiori animo ad expugnationē vrbis redijt, tanto feruore, vt qui fessi aut vulnerati, ante operā subtraxerāt, nunc resumptis viribus, vltrò se ingererent animosius. Obtenta paulò post vrbe cæsis vniuersis hostibus, populus fidelium, depositis armis in spiritu humilitatis, cum gemitu & lachrymis venerabilia loca singula perquirere cœperunt. Die verò captionis ciuitatis, Dominus Adimarus Podiensis Episcopus, quondam legatus, qui apud Antiochi-

Adimari Episcopi apparitio & præsidium.

chiam vita decesserat, à multis in sancta visio
est ciuitate, ita vt multi fide digni asseruerint,
super muros ciuitatis primum omnium adsce
disse, & cæteros ad ingressum vrbis animas
multi quoque alij, qui in via diuersis casibus
occubuerunt, in dicta ciuitate apparuerun
cum alijs loca venerabilia visitantes, in qu
manifestè dabatur intelligi, quia etsi vita de
cesserant corporali, ad æternam tamen voca
beatitudinem, nõ sunt fraudati desiderio su
sed quod pio expetiuerunt studio, pleno fru
consecuti affectu.

Ioannes Nauclerus loco citato De Christian
in Antiochia obsessis, & per apparitionem
B. Andreæ & lanceam seruatoris Christ
præmissoq; ieiunio precibusq; & sacrific
mirabiliter rore cœlesti confortatis, & de
stibus triumphum referentibus.

CAP. XXXI.

CHristiani circa idem tempus in ciuitate
Antiochena grauissima præmebantur
obsidione, rerumque omnium penuria
& fame. Dum igitur sic affligerentur, respexit
eos Dominus, consolationemque misit. Appa
ruit enim cuidam clerico B. Andreas, cui plu
rimum erat deuotus, commonens quatenus
principibus nunciaret, vt lanceam, qua domi
ni nostri latus fuerat perforatum, in Eccles
B. Petri repositam perquirerent, eique locum
certis ostendebat indicijs. Quod cùm feciss
ipse ad eius suggestionem in loca effossa ab
quanta-

quantulum terra, lanceam, sicut clerico illi ostensum fuerat, inuenerunt. Hoc audiens populus, tanquã de immissa ei cœlitus cõsolatione, cœperunt à suis anxietatibus releuari, iterumque voto se & iuramentis obligarunt, quod ab inuicem non discederent, quousque authore Domino vrbem suæ restituerent libertate.

Igitur præmisso ieiunio, & indicta die pugnæ, cùm 26. diebus afflictione mirabili plurimum laborassent, precedenti nocte dum arma equosque præparant, somno locus non datur. Mane facto, circa crepusculum sacerdotes & ministri Domini per Ecclesias diuina celebrantes, populum antequàm ad prælium egrederetur, de peccatis suis prius humiliter confessum, corpore & sanguine Domini munierunt: quo facto, tanta eis diuinitus infusa est gratia, vt qui pridie lumina vix attollere poterant, nunc prodeuntes, victoriam sibi promittere ausi sunt, Episcopi verò & sacerdotes sacris induti, populum benedicebant.

Itaq; summo diluculo 4. Kalen. Iulij, duodecim acies instruxerunt, quarum vltimam, quæ erat cæteris amplior, tenebat illustris princeps Boemundus. Accidit autem, vt egressus ros quidam suauissimus modicus tamen, sed gratissimus descenderit, quasi in eo benedictionem & gratiam suam videretur infudisse Dominus. Mirabile dictu, quicunque eo imbre conspersus est, tantum concepit ani-

mum, vt nihil laboris, nihil molestiæ in tota illa expeditione esse videretur, idem in equis fertur apparuisse.

Intereà hostes accepto nostrorum ab vrbe egressu, acies instruunt, vētum est ad pugnam, primę tres acies nostrorum, viriliter in hostes irruunt, sequentes aliæ non minus, præcedente lancea Domini cum sacerdotibus. Pugnatum est illo die acerrimè, tandem hostes, dissolutis cuneis vertebantur in fugam. Corbaran autem videns suas dissolutas acies, & ipsa fuga elapsus, saluti suæ consuluit, cædem in hostibus factam, omnes scriptores in centum millia referunt. Consummato itaque prælio, nostri ad castra hostium redeunt: Vbi tantam rerum reperiunt opulentiam, tantas Orientalium diuitiarum copias, vt iam auri, argenti, gemmarum neque numerus esset, neque mensura, equorum etiam & armentorum, annonæ quoque & victualium reperta est tanta abundantia, vt iam nescirent quid eligerent, hac potiti sunt victoria anno Domini 1098. 28. Ianij.

Reuersi in vrbem læti ouantesque duces, altero haud minori affecti sunt gaudio, quod Ammuratus arci præfectus, Christianus est factus, deditione arcis facta, idque solum in faciēda dedicatione est pactus, vt qui ex cohorte sua fidem CHristi nollent suscipere, cum rebus suis abire permitterentur.

Gra-

Gregorius Episcopus Turonens. in vita S. Illidij Aruernensis Episcopi, in lib de vita Patrum cap. 2. habetur in Tomis Lauren. Sur. 7. Iulij. Quomodo ipse Gregorius Turonensis adhuc puer, liberatus sit a febre per S. Illidium.

CAP. XXXII.

TEmpore, quo Gallus Episcopus Auernam regebat Ecclesiam, horum scriptor in adolescentia degens, grauiter egrotabat: & hic ab eo plerũq; dilectione vnica visitabatur, eo quod patruus eius esset. Erat autem valetudo cum nimia stomachi pituita, ac febre valida. Intereà aduenit paruulo desiderium, & credo inspirante Deo, vt ad beati Illidij basilicam deportaretur, illatusque manus puerorum, ad eius tumulum fusa oratione cũ lachrymis, leuiorem se sensit esse, quàm venerat. Sed reuersus domum, iterum à febre corripitur. Quadam verò die cùm grauius agere cœpisset, eumque febris asperior solito aggrauaret, & vtrum euaderet, admodũ dubitaretur, accedens genetrix eius, ait ad eum: Mœstum hodie, dulcis nate, sum habitura diem, cùm te talis deficeat febris. Cui ille, Nihil, inquit, prorsus, obsecro, contristeris, sed ad sepulchrum me remitte beati Illidij Pontificis: credo enim firmiter fore, vt virtus eius & tibi lætitiam, & mihi tribuat sospitatem. Tũc sancti deportatus ad tumulũ, orationem fundit, spondens prostratus sponte, si eum antisti-

S. Greg. Tur. adhuc puer liberatur à febre per S. Illidium.

tis ſui virtus ab hoc contagio liberaret, clerici cum ſe futurum: nec prorſus moraretur, ſi deprecatio obtineret effectum. Hæc effatus, ſenſit protinus diſcedere febrẽ: vocatoq; puero, domum ſe reportari depoſcit. Cumque in cubitu, vbi tunc ſui epulabantur, fuiſſet illatus, erumpente è naribus ſanguinis copia, febris ſimul cruorque defluxit. Quod meriti beati confeſſoris præſtitum, habetur proditum. Sed & nuper venerandi Comitis ſeruus cùm in diuturna cęcitate reſideret, celebrato vigilijs, ſanus abſceſsit.

D. Ioannes Chryſoſtomus in ſermone de oratione catenarum, & gladij principis Apoſtolorum Petri Habetur Tomo 4. Catech. Iulij Laurent. Surij, ex Simeone Metaphraſte.

CAP. XXXIII.

Nota quæ hic tribuat S. Petro Chryſoſt.

PEtrus Apoſtolorum firmamentum, [illegible] cratus cœlorum magiſter, arcanorum [illegible] terpres, nutantium confirmator, [illegible] erigens, firmos conſeruans, pœnitentia [illegible] ardentiſsimus: Petrus denique magnum [illegible] orbis terrarum miraculum, Eccleſiæ [illegible] diſcipulorum decus, & eorum, qui recte [illegible] tiunt, ornamentum, Theologorum pulchri[illegible] do, CHriſti os, mens cœleſtis, Trinitatis [illegible] riſsimum tabernaculum, lapſorum recon[illegible] ator, honeſtè viuentium ductor, rectè curr[illegible] tium propugnator, omni cœleſti & hum[illegible] laude, omni præconio digniſsimus. Cuius [illegible]

mbra & lintei morbos profugabant, certè ca- *Actor. 5.*
tenæ, quæ venerandum Apostoli corpus atti- *Catenæ S. Pe*
gerunt, quantò propiorem tactum habuerũt, *tri venerãdæ*
tantò abundantiorẽ miraculorũ vim partici- *& earũ mira*
parunt: catenæ, inquam, illæ omninò veneran- *cula.*
dæ ac precioſæ, quæ Apoſtolicum illud ac beatum corpus colligarunt, quæ manus illas miraculorum effectrices adſtrinxerunt, quæ diuinagratia ab ipſis repletæ ſunt, ex quibus miracula abundè ſcaturiunt, quæ ægrotos homines à morbis liberant, quæ homines illos ſanctos efficiunt, qui cum fide ad eas accedunt: à quibus animarum maculæ myſtico quodam modo expurgantur, & morbidæ influentiæ reprimuntur, quæ denique in aêream celſitatem extenſæ, & vſque ad cœlos ipſos peruenientes, à Domino illo & diuino ſolio, tanquam ab ancora quadam, extenduntur. Has catenas *Dæmones il-*
potentiarum, quæ à Deo ipſo defecerunt, prin- *las timent.*
ceps exhorruit, & nunc etiam exhorret, ac multo cum timore illas ſubterfugiens comprimitur. Has aêrea ſpirituũ multitudo metuens ac tremens, iaculiſque inde immiſsis percuſſa, longius profugatur. Non enim ferre poteſt ſpiritus ſancti gratiam, has ipſas catenas obumbrantem, neque ſcintillas ex diuino illarum igne exilientes ſuſtinet: ſed ab ipſis incenditur atque comburitur. Has compoſuit Dei patris verbum, eiuſdẽ æternitatis & principij particeps, vt eius de Deo confeſsionis præmium eſſent. Illas ignitas reddidit carbo

Ozia. ille, ab Esaia visus, & ad Deum intuendum efficacissimus. Spiritus sanctus paracletus suo
Esaiæ 6. afflatu ignem, è carbone exilientem, ad opus perficiendum maximè idoneum reddidit.
Cap. 19. Quamobrem licèt ferreę sint naturę, diuina tamen gratia & potentia plenæ sunt. Ab his dæmonum praui spiritus illigati enecantur. Ab his princeps mundi huius pertractus, captiuus ducitur, à fidelibus hominibus illuditur, hoc est, ab ijs, qui antea peccatorum laqueis constricti, soluti & liberati sunt, & mortis retibus antea circundati, ad vitam transierunt. Hæ diuinæ hæreditatis terminos cingentes, & vndiq; munientes, faciunt ne ab hostibus expugnari possint. Eædem Christianorum vertices coronantes, ab illorum hostium insidijs, qui corporeis oculis non cernuntur, intactos seruant. Nam etsi à malignis hominibus pro tormentorum genere aduersus Apostolum sunt adhibitæ, tamen ad eos propellendos, qui malum aliquod inferre volunt, idoneæ sunt effectæ, non magis cruciantes, quàm venerandum illud Apostoli corpus vndique seruantes ac munientes. His catenis Apostolus ornabatur, his exultans ac gestiens se oblectabat, &
Ecce quantũ iam olim S. Ecclesia catenas has venerata sit. tanquam regalem aliquem ornatum circumferens, animo exultabat. Has & pœnæ instrumentum cognoscebat, & coronæ multæ conciliatrices existimabat. His & nunc sanctissima, omniq; ex parte incorrupta ac pura Christi spõsa Ecclesia, tanquam splendido mon-

laureo quodam ornatu induta, veluti coro-
na quadam ex intactis floribus contexta, de-
orata est, & ad dexteram sui sponsi partem
assitit. Has, inquam catenas & nos copiosissi-
mus Christi populus hodierno die amplexa-
mur. Has reuerenter veneramur & colimus, &
pro animarum emendatione habemus. His e-
nim sensum & membrum mouentes, illarum
sanctitate implemur, & per mentis intelligen
tiam sancti spiritus gratiam in animos ipsos
admittimus. Deceret tamen, deceret non solũ
catenas, quæ manus illas adstrinxerũt magno-
pere venerari, sed etiam indica omnia, ad quæ
Apostoli mẽbra accesserunt, singulatim am-
plecti ac renereri, & in illis singulis diẽ festũ
ac panegyrum celebrare.

Consentaneum & illud fuit eius prouidẽ- *Cap. 20.*
tiæ, & in nos benignitati, pro quibus labora-
uit, & quotidie certamina & pugnas subijt,
propter quos catenarum pondere adstrictus
fuit, & crucis mortem libenter susceptit. Con-
sentaneum, inquam, fuit seipsum his, qui per
eum CHristo crediderunt, distribuere atque
impartiri: & veteri quidem Romæ venerandi
sui corporis depositionem ac sepulturam lar-
giri: Huic autem regali & nouæ vrbi eorum,
quæ passus est, symbola atque insignia relin-
quere, & sacratissimi corporis loco, suauissi-
marum catenarum munere vrbem hanc effi-
cere. Quas catenas qui in eandem præclaram
vrbem venisse crediderit, non aberrabit, neq;

S. Petrus Romæ sepultus.

aliquid Deo & veritati contrariũ crediderit. Verus quidem sermo & libris ipsis conscriptus ad nos vsque peruenit, non longè ab Herodis Tetrarchæ regia Petrum Apostolum in carcere, sed in propinquo quodam loco militaribus cohortibus obseruatum. Nam illinc tuebant, ne amplius ipse ab aliquibus solueretur è vinculis, & miraculum fuisse viderent. Illic igitur seruabatur, vt tum propter regalis palatij vicinitatem, tum ob militum custodias & catenas, quibus ipse erat constrictus, nullam effugiẽdi facultatẽ haberet. Quoniá verò multi ex ijs, qui Petri Apostoli opa CHristo crediderant, in regia illa erant, atque illic versuebantur, & regis ipsius ministeria obeuntes, suam in Christum & eius Apostolum beneuolentiam in animis occultam seruabant, cum admirabili illo modo Apostoli Pet. liberatio per angeli præsentiam allata est, & Apostolus ipse per portam exijt, quæ ad vrbem ducebat, catẽas illas in carcere derelictas, ipsi Herodis ministri, quibus diuinæ cognitionis lumen effulserat, clam sustulerunt, & apud seipsos velut thesaurum quendam eas conseruarunt. Quod verò à patre suo, vt dicitur, traditum, & de catenis illis narratum sibi quisque acceperat, posteris suis deinceps tradebat, & earum loco catenas illas occultas seruabat, quoad & Iudaica natio bello deuicta, captisque Hierosolymis ad nihilum redacta est, & superstitiosæ idololatriæ cœcitate, & errore sublato,

Nota quẽad modũ S. Petri catenæ asseruatæ sint.

Roma-

Romanorũ sceptra ad Imperatores, qui Christi fidem sequebantur, translata sunt. Quibus Christo & Apostolorũ facta omni tẽpore prosequi studẽtibus, hæc etiam Petri Apostoli cæna manifesta facta est, & ab illis ad vrbem hanc regiam translata, in Apostoli Petri sacro templo iure optimo reposita est: quam vt eius ipsius miraculorum effectricem, & veneramur & amplectimur: hanc enim videntes, illum ipsum mente inspicimus: hanc tangentes, illum à nobis tangi existimamus. Sed q d-angladius? Neque enim hic despiciendus, quoniam & ipse Apostolica manu eductus, totum sancti spiritus gratiam ac diuitias illinc auraxit. Sequitur paulò post in eodem sermone.

Vt Cõstãtinopolim translatæ.

Cap. 21. De gladio S. Petri.

Matt. 26.

Hunc gladium Petrus possidens, secum & in prædicatione afferebat, tum vt sicubi opus esset, illo vteretur, tum vel maximè, vt ipsum videns, ad magistri admonitionem memoria tenendam reuocaretur, & eo modo tempus illud, quo IESVS crucem passus est, & ea quę postea secuta sunt, secum cogitaret, inuidiam scilicet, odium, insidias, proditionem, iniustum iudicium, iniustiorem mortis sententiam: Crucem, sepulturam, & reliqua omnia, quæ homicidæ Iudæi facere ausi sunt. Hæc cũ gladium illum Apostolus videret, contemplabatur: hæc assiduè animo reuoluebat: hæc secum repetens, meditabatur, gladio ipso memoriam suggerente, & ad prędicationem exequendam

Cap. 23. Cur S. Petrus gladiũ suũ secum semper attulerit.

dam illum alacriorem efficiente. Hoc gladio & ad omne periculum pro CHristo subeundum armabatur. Apostolus, & ad pericula omnia suscipienda, tum vel maximè ad sacras illas catenas induendas, & iniquorum hominum carcerem habitandum: denique ad crucis martyrium subeundum firmior ac promptior effectus est. Quamobrem hic gladius, res quædam preciosa, & omninò veneranda. Apostolicisque manibus deseruiens, ac eas tangens, eodem honore & veneratione, qua & catenæ ipsæ in regali palatio, vbi Apostolo Petro sacrum templum erectum est, velut sacratus quidam & cœlestis thesaurus, in intimo loco repositus seruatur, vt scimus, qui fidelibus Imperatoribus, & fidelium virorum multitudini ad sanctitatem proponi solet. Cœlestem enim gratiam confert, variarum curationum copiam suppeditat, sui cultores salubriter custodit, seq; amplectentes erigit, animas ipsorum eleuans. Quod si breuis & infirmus videtur gladius ille, non est propterea despiciẽdus. Apostolicam enim miraculorum vim & potentiam secum continet, Nam hunc Apostolus, vt potentis Dei frameam possedit, & vt ancipitem gladium cognouit. Sic & aliæ Apostolicæ vestes atque indumenta, multa illa quidem vilia sunt & abiecta: sed quis eorum decorem & magnificentiam, quæ mente comprehenditur, inspexerit, diuina & cœlesti gratia repleta esse, & Apostolicis miraculis nu-

Vide antiqui populi deuotionem.

Nota hæc de S Petri gladio.

Apostolorum vestes quales fuerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illo inferiora inueniet. Sed perinde valet, cũ quis hæc recordatur, ac si Apostolum inuocet. Ego & carcerem ipsum, in quo Apostolus custoditus est, omni præconio dignum censeo, quippè qui omni veneratione dignus est: dignus enim fuit, qui tantum sanctitatis domicilium intra se reciperet. Ego & solum illud, in quo decubuit, & vinctus dormiuit, sanctitate decorum existimo, & Apostolica gratia refertum.

Sed dubitat aliquis, num hæc ita se habeant: neque hæc tanti esse credit, vt gratiam illam, quæ in Apostolo fuit, participarint. Persuadeat huic vmbra ipsa & semicinctia: quorum illa quidem ex corporis oppositione ad Solis lucem composita, & ab Apostolorum principis tactu longè distans: hæc autem à Pauli corpore delata, & diuinam ex illo gratiam participantia, pari & miraculorum effectrici potentia repleta sunt: quodque admirabilius est, per secundam participationis consecutionem, & gratiarum translationem, sibi adhærentibus impartita, eandem miraculorum potentiam, & nihilo minorem abundè suppeditant. Considerandum igitur est, si quibus gratia impartita est, ea talia sunt: qualis nam is est, qui vim illam impartiuit? Ac si participantes res, talium miraculorum gratiam præbent: quantum existimare oportet eum esse, a quo hæc impertita sunt? Maius enim est illud, per quod fit, quã in quo efficitur: vt causa

Cap. 24. Actor. 5. Actor. 19.

maior

maior est eo, cuius est causa, cùm superiorem & digniorem gradum contineat.

Cap. 25. *Obserua has Chrysostomi voces.*

Si quis autem mihi daret, vt & sandalia & vestes, quibus ab angelo se induere iussus est, ipse videre possem, illa certè apertis vlnis exciperem atque amplecterer, & vt cœleste donum in cordis mei penetralibus conderem. Hunc igitur sacratum gladiũ cum sacris & Apostolicis catenis connectentes, Petrum ipsum mente inspicere nobis videmur: & vtraque tangentes, Apostolum à nobis tangi existimamus, neque vllo modo ambigimus, eo quod hæc loco ab Apostolo ipso disiuncta sunt: sed & hæc, & illum mente formantes, & per fidem ipsam in vnum copulantes, illum videre nos credimus: atque illum cogitantes, hæc, quæ illius fuerunt, videre nos arbitramur. Itaque non omnino ipsius gratiarum expertes, constituti sumus. Nam etsi in veteri vrbe Roma diuersatur per corporis sepulturam, quam vrbs illa sortita est: non tamen à nobisipsis abesse vult, quod pertinet ad illius gladium & catenas. Adest enim & apud nos, qui partem hanc vt totum corpus continentes, ab eius coniunctione non separamur: sed cùm vna eademque sit gratia, quę per eius corpus, catenas, vestes, & gladium miracula operatur: nemo dubitauerit, quin præsens sit in singulis, perfectus atq; integer, & ijs, qui cum fide accedunt, & hæc amplectuntur, pro diuino eorum desiderio atque ardore mercedem

remo-

metiatur. Hic & vnus est, & multis impertiens, non imminuitur : quinetiam totus in se manens, omnem & eandem vim ostendit : & quamuis eorum, quæ passus est, symbolis non in vno, sed in multis locis diuisus sit: Idem tamen est, qui in Apostolica Ecclesia prodigia & miracula ingentia perficit. Ita nihil ex ijs, quæ in summo illo Apostolo insunt, inane est, traditionis expers, nihil gloria & diuinis miraculis vacuum.

Tu verò ô Petre, Christi Ecclesiæ petra & firmamentum, summe Apostolorum vertex, qui verus & ardens fuisti CHristi discipulus: qui præter cæteros orationis libertate apud eum vsus es, viui Dei filium illum prædicando, cuius manibus regni cœlorum claues tibi traditæ sunt, vt quæ à te in terra ligata aut soluta essent, eadem ligarentur & soluerentur in cœlis: qui CHristum Deum & hominem fuisse clarissima voce prædicasti : qui ex circuncisione, quæ in lege præcipitur, ad præputium diuinæ fidei cognitionem transtulisti : qui propter Christum omnia dereliquisti, vnum illum pro omnibus diuitijs possidere cupiens, à quo & mortis, & vitæ afferendæ potestatem accepisti, cui Deus cœleste mysterium reuelauit: qui columna quædam es è terra vsque ad cœlos extensa, eos ducens, qui ad mansiones illas festinant, qui rudis & inscius artificiosam Græcorum orationem expugnasti, qui diuino spiritu loquens, & verbo tantum gentes ipsas

Cap. 26.

Petrus petra Ecclesiæ.

ipsas in ea conuertens, quæ voluisti, acerbam illam crucifixionem sustinuisti, vt nulla in re à magistri cruciatibus distares, qui catenas has instar scelerati alicuius hominis pertulisti, & curationum fontem illas reddidisti: tu quæso, adesto hodie misertus nostri, & hoc in loco spiritu versare. Adsis huic templo miraculorum promptuario, quod sancta nominis tui appellatione præcipuè honoratur: in quo venerandas catenas tuas, vt thesaurum quēdam, reponi voluisti, in quo has ipsas, vt pretiosissimas res, secundas esse iudicasti, vbi catenæ ipsæ propositæ, & ab omnibus Christi fidem colentibus inspectæ, miraculorum deriuationes non corporeis oculis, sed mente ipsa perceptas, abundè à te ipso petentibus suppeditant. His catenis nostrarum animarū vulnera, quæso, liges. His tumores & inflationes, à delicijs illatas, reseces, & diuinis medicamentis eas cures. His vt scuto bonæ voluntatis, Christi gregem corones. His Barbaros ipsos deuinctos, captiuos ducas, & ciuitati te veneranti hostiles illorum exuuias conferas. Omnium maximè pium & fidelissimum Imperatorem nostrum, pro telis militaribus, his catenis armes, munias, custodias, victorijs, trophęis corones, hostibus terribilem, & subiectis benignum atque optabilem facias: vt pace fruentes sub eius regno simus, & ab eo gubernati, tranquillam & quietem vitam ducamus, veri Dei nostri gloriam celebrantes, quem tu in omni re glori-

Inuocat S. Petrum.

gloriosè & magnificè celebrasti, quandoquidem conuenit omnis honor & adoratio æterno patri, cognato filio, & eiusdem substantiæ participi spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Nicephorus Callistus Eccles. hist. lib. 15. cap. 3. De miraculis ad sepulchrum S. Euphemiæ, & oleo in urna eius mirifico & ἀλεξιφαρμάκῳ odoreq; ad monumentum eius suauissimo.

CAP. XXXIIII.

NIcephorus cùm libr. 15. cap. 3. magnificentiam & amœnitatem basilicę in honorem S. Euphemiæ martyris apud Chalcedonem erectæ diligenter exposuisset, subiungit. Cæterùm quæ olim semper martyristic ediderit miracula, Christianis omnibus constat. Loci namque eius persæpe Episcopum, in somnis sese ei exhibens, aut alium etiam quempiam præclarè vitam agẽtem, obiter templum eius ingressum, vt miraculorum talium fructum perciperent, est cohortata. Quod vbi in vrbe Constantinopolitana innotuit, vniuersæ eò populi turbæ sunt profectæ: ipse etiam Imperator, & qui sacras Ecclesiarum habenas regunt, quique honores & magistratos alios in republica gerunt, vt quæ ibi peragerentur, viderent. Atque etiam inspectantibus omnibus, Episcopus Constantinopolitanus cum sacerdotibus suis templum id, vbi martyris eius corpus repositum est, visit.

Structura basilicæ D. Euphemiæ magnifica.

In

In tumuli læuo latere feneſtella quædam admiranda eſt, operculo quàm maximè obfirmata, per quod ferramentum longiuſculum, cui in extrema parte ſpongia alligata eſſet, immittebant, ſpongiam quæ ipſam in ſacroſanctis martyris reliquijs obuolutam, ſanguineque & guttis cruore illius delibutis refertam, extrahebãt. Hanc vbi plebs conſpexit, homines ſtatim in terram inclinati, vociferatione maxima Deum honorabant, miraculoque ſtupefacti manus ſuſtollebant. Tantus autem inde profluxit vbertim humor, vt non ſolùm Imperatores & Epiſcopi, populuſque qui ibi congregari ſolitus erat, affatim perfrueretur, verumetiam quocumque quiuis vellet, eorum de eo aliquid ſecum auferret. Neque guttæ tempore ipſo defecêre, neque diuinus ille ſanguis aliqua ex parte mutatus eſt, ſed ſemper colorem ſuum ſumme rubrum conſeruauit. Facta hæc non certo aliquo temporis curriculo, ſed pro eo atque Epiſcopi ipſius vitæ morumque ſanctitas ferret. Sic enim fertur, quum is qui Eccleſiam gubernaret, præclarè viueret, & virtute exornatus eſſet, frequentius miraculum hoc exhibitum fuiſſe. Quum autem antiſtes ſacrorum talis non eſſet, rarius eam rem tam admirandam, nec tam facilè à martyre proceſsiſſe. Hoc ſic factum eſſe noui. Cæterùm quod neque dies neque tempus vllum intercipit, ſed perpetuò omnibus fidelibus ſimul & infidelibus affluit & occeuit,

Epiſcopi ſanctitas quantũ poſſit.

Odor ad monumentũ eiuſdem multò optimus.

dit, id nunc dicam. Si quis in sacrarium id, tumulus & sanctæ martyris reliquiæ perdeatq; thesaurus nunc repositę sunt, veniat, hoc immensus & naturæ captum, odoresque mnes, quos ars humana conficit, supergredien, ad eum perfertur. Eum siquidem qui ex pto versicolore colligitur, longè superat: nque alicui eorum similis est, qui ex beneolentissimis rebus profluit. Tum autem neque t qui est, quem vnguentarius odoribus suauibus certum modum temperatis miscet: verum multis modis, qui inde redditur præstantior est, vim & potestatem eius à qua redûdat, declarans.

Helinandus in historia martyrij S. Gereonis & aliorum Thebæorum martyrum quæ habetur in tom. Lauren. Surij 10. Octobr. De S. Euergislo Episcopo Colonien, qui accedens ad memoriam S. Gereonis, & sociorum eius, dolore capitis liberatus est.

CAP. XXXV.

SAnctus Maternus Treuirorum Episcopus Agrippinæ Coloniæ Ecclesiam primus pastor dignis gubernaculis rexit, cuius vitam multis claruisse virtutibus, gestorum eius scripta commemorant. Huius sedis antistes nobis cognitorum tertius S. Seuerini Confessoris Christi successor, nomine Euergislus, quadam die dum capitis dolore nimium cruciatus, ad memoriam beatorum martyrum Gereonis & sociorum eius oratum accederet, &

adhuc in sancti illius thesauri iudiciũ, fastigium nullũ excelleret, versiculũ in laudem sanctorum dici solitum, Exultabunt sancti in gloria, ingrediens Ecclesiam inchoauit: cui protinus ex illo venerabili sanctorum ad vno responsum est, Lætabuntur in cubilibus suis. Quod cùm Pontifex stupefactus audiret, laudem Deo repentè cum omnibus qui aderant conclamauit: & appropians, de loci ipsius paluere capiti suo salutare remedium apposuit, & consignato cum summa reuerentia loco, recessit.

De eodem Euergislo Episcopo Coloniensi ex Gregorio Turonensi, lib. 1. De gloria martyrum cap 62. quo ex loco patet antiquitas basilicæ D. Gereonis Colonien.

CAP. XXXVI.

EST apud Agrippinensem vrbem basilica in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione sacra Thebæorum pro CHristi nomine martyrium consummasse. Et quia admirabili opere ex musiuo quodam modo deaurata resplendet, Sanctos aureos ipsam basilicam incolæ vocitare consueuerunt. Quodam autem tempore Euergisli Episcopi, qui tunc huius vrbis erat antistes, capitis medietas, validis doloribus quatiebatur (erat autem tunc temporis in villa oppido proxima) quo dolore, vt diximus valdè attenuatus, misit diaconem suum ad sanctorum basilicam. Et quia in ipsius templi medio puteus esse dicitur, in

qua

ipso sancti post martyrium pariter sunt conscii, collectum exinde puluerem, detulit sacerdoti: Verùm vbi exinde caput attigit, exemplo dolor omnis exemptus est. Hæc ille. Porrò huius operis Musiui, quo basilica D. Gereonis aliquando exornata resplenduit, reliquiæ & fragmenta conspiciuntur in crypta eiusdem basilicæ in pauimento sacelli D. Ioannis Euangelistæ, itemque è regione in sacello D. Martini, & iuxta summum eiusdem cryptæ altare in pauimento. Numerus verò martyrum Thebæorum in eadem basilica requiescentium, creditur esse 318. Prætereà SS. Maurorum 360. sicuti habet inscriptio basilicę, & cãtica Ecclesiastica diœcesis Colonien.

Thomas à Cantiprato in libro Apum, & refertur in libro peruetusto MS. quem venerabilis prior Carthusiæ Coloniensis nobis communicauit, De S. Vrsula & sodalibus eius, quàm benignè suffragentur illis in morte, qui viuentes ipsas pio honore & cultu prosequuntur.

CAP. XXXVII.

BRuxella vrbs est magna & nobilis Brabantiæ. In hac hospitale est pauperum præcipuę charitatis & religione præclarum. In isto soror quædam fuit multo labore satagens, quę graui infirmitate detenta, humanis rebus exempta est. Cumque ab hora diei tertia vsque post vesperas mortua iacuisset, reuixit subitò, & erexit se, conuocatisque soro-

ribus, & omnibus, q̃ pręſentes erãt, dixit: Virginalẽ illũ exercitũ Coloniẽſ. viuẽs quotidie venerata ſum, & earum precibus nunc ab expiatorijs pœnis liberata, & ob hoc ad vitam redire compulſa ſum, vt omnibus earum memoriam dignè habentibus affutura in morte ſuffragia nunciarem, dummodo è vita tales exeant, quibus oratio ſuffragari poſsit. In hoc teſtimonio reddo ſpiritum iterato. Atque ita denuò defuncta quieuit. Simile quiddam à valdè fidedignis referri crebrò audiui de quodam viro, qui dum deuotius Deo ſeruire inciperet, quotidie Eccleſiam ſanctarum vndecim millium virginum frequentabat, preceſq́ue illic ſuas religiosè fundebat. Et ſi fortè Eccleſiam occluſam videbat, in portione eiuſdem deuotionis ſuæ propoſitum proſequebatur. Tandem cùm in extremis eſſet, & parochus ſacramentis Eccleſiaſticis infirmum muniturus acceſsiſſet, puella quædam cum ſodalibus ſuis in vicinia ægrotantis viri cõſidens, & acu pingens, vidit reginam quandam inenarrabili decore & pulchritudine præfulgentem, magno ſubſequentium virginum comitatu domum eiuſdem ægrotantis ingredi, & poſt modicum inde reuerti: cæteris huius puellæ ſodalibus licèt admonitis, vt diligenter intuerentur, nihil horum videntibus. Mox, compertum eſt, virum eum eo momento defunctum. Qui vt viuens ſacrum illum virginalis turmæ exercitum religiosè honorauit,

suffragium persentire meruit. Legimus au in multis alijs similia contigisse, vt D. Mar-no, Paulo Eremitæ, S. Fursæo, Musæ puellæ, te qua supra libr. 2. cap. 15.) & alijs multis, quos hymnis cœlestibus & angelico comita-nos æterna cœlorum gaudia deduci viderũt illi, quos Deus hac fœlici visione dignatus ei.

Wilhelmus Lindanus Episcopus Ruremun-densis lib. 2. cap. 2. De fugiendis idolis, quo-modo ipse D. Lindanus voto D. Apolloniæ facto, à dentium dolore, & frater eius voto D. Machato facto, à claudicationis peri-culo liberatus sit.

CAP. XXXVIII.

CVM me puerum (ne domestica Dei Optim. nostram in familiam collocata ingrato prætereamus silentio) grauius gingiuarum corripuisset dolor, pia mater mea (cui cum parentibus omnibus Deum pre-cor quotidie propitium) meis cruciatibus af-flicta, mei liberandi à malis causa D. Apollo-niæ votum fecit, diemque ieiunio se colitu-ram promisit, ego me illius precibus libera-um memini: atque occurrente D. Apolloniæ festo, me matrem scio admonuisse ob acce-ptum per intercessionem diuæ beneficium, Deo esse ieiunandum, votumque soluendum. Illa abblandiens puerili voto, ieiunium, fili, inquit illa in alium differemus diem, quia sunt carniualia, siue vti vulgus appellat, carnis

priuium. Certè cùm frater meus germanus, Hadrianus Lindanus prætor Hagen. in cunis laboraret ex pede siniſtro, ac mater vereretur, ne quid incommodi, aut aliquid claudicationis contraheret, mox à chirurgi pericuload. monita, votum Deo obtulit, rogans vt intercessione diui Machuti, qui in Ecclesia Traiectensi ad Rhenum solet talibus in periculis ad auxilium & comprecationem implorari, puer malo liberaretur, iuit, vota obtulit, redijt, filium reuersa domum sanatum reperit, ac nos lætissimo fuisse perfusos eius redeuntis gaudio commemini.

D. VVilhelmus Lindanus ibidem. Quomodo ipse D. Lindanus adhuc puer à parentibus suis fraternitati S. Huperti asscriptus, arrabido cane ipsum puerum prætercurrente, miraculosè intactus permanserit.

CAP. XXXIX.

VNum illud ingratæ obliuioni tradere mihi foret religio, quod ex religiosa meorum parentum pietate mihi puero ex singulari beati Huperti patrocinio & certo præsidio accidisse vicini nostri meminerunt non pauci. Rabidum agitabant canem ciues Dordraceni, qui per compita obuios suo venenato morsu momorderat. Ille persequentium plagas, lapides, & clauas fugiens ædes paternas transcurrebat. Quotquot illum accurrentem, turbamque insequentem videbant, aufugerunt. Ego platea publica meis cum aequa-

talibus ludens, periculi ignarus perstiti, seriliter admirans tantam hominum turbam accurrere armatam, acclamãt, discedam via. Verùm priusquàm ego me subtrahere posmi, ille ore rabido frendens, capite in terram pendulo, flammantibus instar lampadum oculis, exerta lingua spumans, caput agitans, nullum me innoxius transijt, tota spectantium corona obstupescente, quod me obuium, & vicinum intactum prætercurreret: cum aliquot occurrentibus suũ virus venenato morsu infudisset.

Domum reuersus audiui parentes Deo grãtias immortales agentes, quod me D. Huperti tutela & precibus malo tam præsenti eripuissent. Nam ob similia pericula euitanda, quæ cum temporis non erant infrequentia, licèt nunc Deus similia euenire certo suo consilio non patitur, curarat pia mater nos, totamque nostram familiam fraternitati B. Huperti inscribendos. Vnde quotannis cum sacræ ac venerandæ illius reliquiæ illuc de more adferebantur, solet oblationem facere, atque imaginem eius depictam contactus S. reliquiarum sanctificatam, honesto loco per ædes colere: quæ res improbis quorundam, rebus sacris suum ad quæstum irreligiosè abutentium moribus, vti & D. Antonij, D. Cornelij, D. Hermetis, D. Quirini, & aliorum sanctorum nunc abijt in dissuetudinem, cuius tamen vt origo sanctissimum habet institutum: ita & effectus

varijs exemplis posset demonstrari, plurimis fuisse saluberrimus.

Gregorius Turonen. de gloria Confessorum cap. 81. De admirabili pœna violantis festum S. Mariani.

CAP. XL.

FVit Marianus quidam Eremita, cui non erat alter cibus, nisi poma agrestia: & si ei aliquoties à quibusdam mel delatum fuisset, aut si ipse reperire potuisset in syluis, hoc ei erat cibus: qui cùm plerunque visitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inueniri: inuestigantes denique eum viri, qui venerant deprehenso vestigio inuenerunt locum, in quo flexo genu aquâ hausit à fluuio: & exinde progressi reperiunt eum sub vna arbore malo iacentem mortuũ: vnde celebre ferebatur in populo, eum elisum ex arbore spiritum exhalasse: sed euidenter non est cognitum, quoniam à nullo refertur visum: tunc viri qui aduenerant eleuantes, attulerunt ad vicum Euanuensem: quem ablutum, dignisque indutum vestibus, sepelierunt in Ecclesia. Festa obitus per singulos celebrantes annos, atque conuenientes populi crebro ab infirmitatibus sanabantur. Quidam autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne super vimina contexta torrere parat ad pocula facienda. Accedens autem vnus vicinorum, ait: Quid tu ô homo hoc detineris in opere? An igno-

poras, quia solennitas est beati Mariani? qui cum furore respondit, Putasne ô tu, qui hæc inqueris, qui homo elisus ex arbore propter compendia gulæ, angelorum sit relatus consortio, vt sanctus debeat adorari? Melius est enim opus necessarium in domo exercere, quã idem sanctum excolere, quod ille audiens discessit, & cum reliquis ad basilicam sancti abiit, relicto domi vicino in opere laborante. Nec mora, flante vento adprehenditur domus incendio exuritur omnis, nec quidquam substantia restat hominis. Exinde eleuati globi flammarũ super hospitiola aliorum, quę circumlocata erant, huius hominis aream, sepes, tuguriola vel porcorum vel animalium, reliquaque, quæ ad eum pertinebant, flamma perusit. Nec quidquam remansit huic misero, quod non fuisset igni succensum: quod si euenisse quis fortuitu putat, admiretur quod nulli vicinorum circummanentium nocuit. Quid nunc agis ô cruda rusticitas, quæ semper in Deum, & eius amicos murmuras, vt tibi exinde damnum acquiras?

Subjecere hic visum est historiam prolixam quidem, sed lectu admodum iucundam, ex recognitionum De Clementis libr. 7. & sequentibus collectam. Quomodo D. Clemens iam in D. Petri Apostoli discipulatum admissus, matrem Mattedium, fratres Faustinum & Faustum, ac deniq; patrem Faustinianum, admirabili casu à se inuicem

multis annis diuulsos, atque in peregrina loca dispersos, tandem summo suo suorumque gaudio eos agnouerit, & complexus sit.

CAP. XLI.

EGressi tandem etiam Tripolim Phœnicis vrbem, primam in Hortostade, haud procul à Tripoli, facimus mansionem: vbi sequenti quoque die remorati, quia omnes penè qui Domino crediderant, dum diuelli à Petro nequeunt, illo vsque sequuti sunt: inde Antharadum venimus, sed quod multi nos comitarentur, ait Petrus ad Nicœtam simulque Aquilam. Quoniamquidem plurimæ fratrum turbæ nobiscum sunt, & ingredientes singulas quasque vrbes, non parum inuidiæ contrahimus, videtur mihi prouidendum, vt neque ipsis ingratum sit, si prohibeantur sequi, neque nobis pompæ alicuius exciter malignus inuidiam. Censeo itaque te Nicœtam atque Aquilam præcedere, nos cum ipsis: ita vt etiam vos in duas partes diuisam multitudinem ducatis, vt sparsim magis quàm sub vna congregatione iter agentes, singulas quasque introeamus gentium ciuitates. Scio autem quia triste vobis videtur, quod videmini à me, dierum saltem dierum spatio separari: credite mihi, quia qua mensura diligitis me, decuplo amplior mihi quoque erga vos affectus est: sed si pro affectu, quem adinuicem gerimus, non faciamus, quæ conuenientia & honesta sunt, inrationabilis huiusmodi amor videbitur. Et ideo

ideò nequaquam titulo charitatis imminuto, quæ vtilia videntur ac neceſſaria procuremus, maximè cùm nullus dies poſsit intercedere, quo non diſputationibus meis intereſſe poſsim. Per ſingulas enim quaſque nobiliores prouinciarum ciuitates propoſui, ſicut etiam vos nouiſtis, tres nos docendi gratia reſidere menſes. Nunc ergo Laodiciam, quæ eſt vrbs proxima, præcedite me, & ego poſt biduum aut triduum, quantum ad propoſitum meum ſpectat, inſequar vos. Operimini autem me ad primum portæ ciuitatis ſtabulum: & inde rurſum ſimiliter, cùm dies ibi aliquot tranſegerimus, præcedetis me ad vlteriores ciuitates: & hoc vos facere per ſingulas cupio, declinandæ, quantum in vobis eſt, inuidiæ gratia, & vt fratres, qui nobiſcum ſunt, veſtri prouidentia, per ſingulas ciuitates parata inuenientes hoſpitia, minus vagari videantur. Hæc dicente Petro, neceſſario acquieſcunt, dicentes: Non valdè nos contriſtat hoc agere quæ à te iubemur, quia omnia & benè agere, & benè conſulere, per CHRISTI prouidentiam electus es: ſed & vna die, aut ſi multum biduo, quamuis grande ſit, in hoc omni ſpatio non videre dominum noſtrum Petrum, tamẽ tolerabile eſt. Conſideremus enim quid patiantur illi duodecim fratres noſtri, qui præcedunt nos, & menſem penè integrum ex tribus menſibus, quibus per vnamquanque vrbem reſides, tanto bono auditus tui, viſioniſque fraudan-

dantur. Vt ergo iubes, quia rectè omnia iubes, agere non morabimur. Et his dictis præcisè re, acceptis mandatis, vt extra vrbem adloquerentur fratres, qui secum agebant, ne constipati, & quasi cum tumultu, sed sparsim, & inbinos diuisi, ingrediantur ciuitates. Verùm vbi illi profecti sunt, ego Clemens valdè gauisus sum, quod me secum esse fecit, & aio ad eum: Deo gratias ago, quod me pręmisisti cum alijs, nam tristitia interissem. Tum Petrus: Et quid fiet si necessitas exegerit mittere aliquo doctrinæ gratia, separatus à me pro vtilitate morieris? nec tibimetipsi imperabis ferre patienter, quæ necessitas imposuerit? Aut ignoras, quia amici semper simul sunt, & licet corporibus separentur, memoria tamen iungantur? sicut è contrario nonnulli corporibus vna positi, animis diuiduntur. Et ego respondi: non putes mi domine hæc me inrationabiliter petij, sed certa & causa & ratio est huius erga te affectus mei. Te enim solum pro omnibus meis affectibus habeo, pro patre, pro matre, pro fratribus: super hæc autem omnia est, quod mihi salutis causa, & agnoscendæ veritatis solus existis. Sed & illud non mihi in postremo habetur loco, quod iuuenilis ætas, quæ in me est, concupiscentiarum insidijs subiacet, & vereor esse sine te, cuius solam præsentiam omnis luxuria, quamuis ratione careat, erubescit. Licèt cõfidam de misericordia Dei, quod etiam sensus meus ex his, quæ per doctrinam tuam

Cauet Petrus ne peregrinatio sua specie vlly tumultus, id quod poterat fieri præberet.

um cõcepit, aliud iam aliquid ad cogitationem recipere non posſit. Prætereà memini te noſti Cæſaream dixiſſe, vt ſi quis vult me ſalua ætate comitari, comitetur. Salua autem pietate dicebas, vt neminem contriſtaret, cui ſecundum Deum deberet adhærere: verbi gratia, nec vxorem fidelem relinqueret, vel parentes, vel alias huiuſcemodi perſonas, à quibus equidèm liber ſum, & ideò aptus ad ſequendum te, atque vtinam mihi concedas, vt tibi etiam ſeruiendi miniſterium exhibeam. Tum Petrus ad hæc ridens, ait: Et quid putas Clemens, quod non te ipſa neceſsitas mihi faciat ſeruũ? Nam quis mihi poterit alius ſternere ſindones, & ſtragula pulchra componere? Quis ſeruare anulos & indumenta, quę aſsiduè mutare debeam, præparabit? Quis enim cocis imperabit, & diuerſa atque electa pulmenta prouidebit, quæ arte ſcitiſsima & varia præparentur? & omnia illa, quę hominibus molliter inditis, imò potius cupiditati velut immaniſsimæ cuidam beſtiæ iniuſtis quæſita ſumptibus conuectantur. Sed fortaſſe quamuis metum poſitus videaris, nõ agnoueris vitam meam: panis mihi ſolus cum oliuis, & rarò etiam cum oleribus in vſu eſt. Indumentum autem hoc eſt mihi, quod vides, tunica cum pallio: & hæc habens aliud nihil requiro, hoc mihi ſufficit, quia mens mea non ad hæc præſentia, ſed ad illa, quæ æterna ſunt aſpicit, & ideò nihil ex rerum præſentium, viſibiliumque delectat.

Tenuitas & parſimonia Petri.

ctat. Vnde tuum quidem erga me bonum animum amplector & miror, ac te magis laudo, quomodo cùm sis vir, ex consuetudine multæ abundantię veniens, tam citò transferre & aptare te potueris, ad hanc vitam nostram, quæ

Petri & Andreæ paupertas.

solis necessarijs vtitur. Nos enim à puero, id est, ego & frater meus germanus Andreas, non solùm orphani, sed & valdè pauperes creuimus, & necessitate operarij esse cõsueuimus. Vnde & nunc facilè vexationes itinerum ferimus: sed potius si mihi acquiesceres & permitteres, ego magis homo operarius facilius tibi possem serui implere ministerium. Ategò hæc audiens, contremui, & lachrymæ mihi continuò proruperunt, quod talem mihi sermonem dixerit vir sanctus, quo omnis mundus habetur inferior. Tunc ille lachrymantem me videns, causam percontatur. Cui ego respondi: Quid tantum in te peccaui, vt me tali sermone onerares? Et Petrus: Si malum est, inquit, quod dixi vt seruiam tibi, tu prior peccasti hoc mihi dicendo. Et ego: Non est, inquam, simile: me enim decet hoc tibi facere: tu autem, qui Dei summi præco, ad saluandas animas hominum missus es, graue est vt hoc mihi dicas. Et Petrus: Adquiescerem tibi, nisi

Matt. 20.

Dominus noster, qui ad salutem totius mundi venit, & qui erat omni creatura nobilior, seruire passus esset, vt nos suaderet, non erubescere fratribus nostris seruorum exhibere ministerium. Tum ego: Si puto quod possim se

Vsu-

incere, valdè ſtultus ſum: veruntamen ago gratias prouidentiæ Dei, quod parentum loco habere te mérui. Tum Petrus: Nemo enim, inquit, verè ex genere tibi ſupereſt? Reſpondi: Sunt quidem multi potentes viri ex Cæſaris proſapia venientes: nam patri vtpote propinquo ſuo, & vna educato, nobilis adæque familiaris Cæſar ipſe iunxit vxorem, ex qua duos geminos ante me filios ſuſcepit, non valdè, vt arbitrabar pater, ſibi inuicem ſimiles, ego enim eos tam adeo ſciebam. Sed ne matris quidem valeo memor ſum, ſed quaſi per ſomnium, ita tenuiter vultum eius ſpeciem recolo. Mater ergo mea Mattidia, pater Fauſtinianus vocitatus eſt: fratrum autem meorum alter Fauſtinus, alter Fauſtus dicebatur. Intereà dū ego quinquevixdum eſſem annorum, mater ſicut à patre didici, ſomnium vidit, quo moneretur, niſi cum duobus filijs ſuis geminis confeſtim vrbem fuiſſet egreſſa, & abfuiſſet annis decem, ipſam pariter cum liberis interitu exitiali perituram. Tum pater qui temerè diligeret filios, adiunctis ſeruis & ancillis, ac ſumptibus ſufficienter præbitis, naui impoſitos cū matre filios Athenas mittit erudiendos, me ſibi ſolum ad ſolatium retinens, & in hoc quidem gratias agens, quia me etiam non impetrauit ſomnium pariter cum matre diſcedere. Anno autem cōpleto pater miſit ad eos Athenas homines & ſumptus, ſcire ſimul cupiens quid agant, nec tamē redeunt, qui miſsi ſunt.

Mattidia & Fauſtinianus parentes Clementis.

Ter-

Tertiò rursus anno mœsti issimus pater mittit alios cum pecunijs, qui quarto anno regressi, nunciant neque matrem se, neque fratres vidisse, sed neque Athenas eos omnino peruenisse: neq; vsquam alicuius saltem, qui cum ipsis fuerant, vestigium repertum. Pater hæc audiens, & multa tristitia obstupefactus, nesciens quo tẽderet, aut vbi quæreret, vna mecum descendit ad portum, & requirere à nautis cœpit sic, vbi aliquis eorum vidisset aliquando ante quatuor annos corpus mulieris cum duobus paruulis eiectum. Cum multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati eluceſceret, tam immensum pelagus perscrutantibus, promulto tamen affectu pater, quem erga suos gerebat pascebatur vanis spebus, donec visum est ei, vt me sub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret, annorum cùm essem duodecim, & ipse pergeret ad requirendum: fecit itaq; descendit ad portum, & nauem conscendens profectus est: ex eo vsque in hodiernum, neque literas eius accepi, neque si viuat, an defunctus sit noui. Sed magis suspicor, quia & ipse obierit, aut tristitia victus, aut naufragio. anni enim viginti elapsi sunt, quibus hæc gerebantur, & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis venit. Petrus hæc audiens ex affectu lachrymas fudit, & ad eos qui aderant familiares ait: Hæc si quis in Dei cultu positus perpessus esset, quæ huius pertulit pater, statim homines religioni adscriberent ærumnarũ causam

Religioni. n. sicut et hodie imputata sũt incõmoda si quæ eueniãt.

quæ

quæ cùm accidunt miseris gentilibus, malorum causam fato adscribunt. Miseros autem dico eos, quia & hic vexantur erroribus, & ab ipse futura fraudantur: Dei enim cultores cùm hæc patiuntur, ad purgationem peccatorum cedit eis, quod perferunt patienter. Post hæc dicta vnus ex astãtibus Petrum rogare cœpit, vt die crastina maturius ad insulam proximã, quæ sex non amplius stadijs aberat, Aradum nomine, pergeremus, videndi in ea gratia mirum aliquod opus, columnas vitreas magnitudinis immensæ: cui Petrus, vt erat clementissimus, adquiescit, sed monuit nos, vt cùm navem descendissemus, non vna omnes concurrere ad videndum: noli enim inquit, vos notari à turba. Cùm ergò die postera naui sub momento horæ venissemus ad insulam, continuò ad locum in quo erant columnæ mirabiles properamus. Erant autem in æde quadam positæ, in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur, quibus intento vnusquisq; nostrum detinebatur aspectu. Petrus verò vbi solas columnas miratus est vitreas, nequaquam raptus picturæ gratia, egressus vidit pro foribus muliercula quandam stipem ab introeuntibus deposcentem, quam attẽtius considerans, ait: Dic mihi mulier, quod tibi corporis membrũ deest, quod huic te iniuriæ subiecisti, vt stipem petas, & non potius manibus tuis, quas à Deo accepisti, operans, cibum quæras? A illa suspirans, ait: Vtinam mihi quidem essent

In vetustissimo codice legitur Aradũ, quæ lectio mihi probatur. Quamuis nõ ignorẽ vel ex libr 5. Plinij posse & Auataradũ legi.

manus quæ moueri possent: nunc autem species tantum seruata est manuum, nam ipsæ sunt mortuæ: & meis morsibus debiles & sine sensu redditæ. Et Petrus: Quæ, inquit, fuit causa, vt hoc tibi tantum mali ipsa conferres? Ignauia, inquit, nec aliud quicquam: si enim fuisset aliquid virtutis, potui vel præcipitio vti, vel profundo maris inijcere memetipsam, & finem dare doloribus meis. Tum Petrus: Ecquid putas, ait: mulier quod qui semetipsos perimunt, à supplicijs liberantur? nisi quia maioribus subiaceant pœnis animæ eorum, qui sibiipsis intulerint manus. At illa: Vtinam mihi, inquit, certum fieret, quia viuunt animæ in inferno, libenter etiam amplecterer pœnas ferre mortis inlatæ, tantum vt dulces mihi natos horam saltem vnam viderem. Et Petrus: Quid tantum istud est, quod te tam graui afficit tristitia, scire velim. Si enim doceres me causam, possem tibi & ego euidenter ostendere ô mulier, quod in inferno viuant animæ & pro præcipitio vel profundo possem tibi dare medicamentum aliquando, vt sine cruciatu valeas vitam finire. Tunc mulier promissione hac gratanter accepta, cœpit dicere: Genus quidem mihi & patria quæ sit nec credi facilè nec dici necessarium puto: sed causam tantum sufficit doloris exponere, cur morsibus meas meas ipsa debiles reddiderim manus. Ego generosis orta parentibus, & potentis atque viri sortita matrimonium, duos suscepi gemi-

nos

os liberos, & post hos vnum alium. Sed fra-
er viri mei, inlicito in me amore vehemen-
er exarsit: mihi autem cùm super omnia cha-
nesset pudicitia, & neque tanto sceleri ad- *Exēplū pudi-*
quiescere, neque viro vellem flagitium fratris *citiæ in ma-*
aperire, cogitaui quatenus, & ego impolluta *tre Clemēs.*
maderem, & fratrem inimicum & hostem nō
facerem fratri, ne genus omne, quod erat no-
bilis familiæ, in obprobrium darem. Patria
ergo & vrbe cum duobus meis geminis disce-
dere statui, donec incœstus amor conquiesce-
ret, quem fortè præsentiæ meæ palparet & in-
flammaret aspectus, alius sanè filius, quatenus
patri maneret ad solatium cogitaui. Sed vt
hæc ita fieri possent, somnium finxi, quasi assi-
stente mihi per visum quodam numine, & di-
cente, vt confestim cum geminis meis vrbe di-
scederem, & tam diu abessem, donec redire
me ipse præciperet: quod si non facerem, cum
liberis omnibus me perituram, & ita factum
est. Statim enim vt somnium viro enarraui,
extimuit, & sociatis mihi duobus filijs, seruis
quoque & ancillis, pecunia etiam abundanti
data, nauigare Athenas iubet, vbi simul & eru *Athenæ.*
dire liberos possem, mansura, inquit, ibi vs-
que quo visum fuerit ei, qui præcepit exire, vt
redeas ad nos. Intereà nauigans cum meis na-
tus ventorum violentia ad hos infelix noctur-
no naufragio depulsa sum locos, & cùm om-
nes interissent, adreptam me crudelem, supra
harum quoddam vehementior fluctus eiecit:

vbi cùm ſederem ea ſola ſpe, qua meos poſſem fortè natos inuenire, in profundum me non præcipitaui, tunc cum adhuc perturbata animā, & doloribus ebria facere hoc & audebat & poterat. Verùm vbi dies exortus eſt, & ego cum clamore & eiulatu infœlicium natorum circumſpicerem, ſicubi vel eiecta poſsim videre cadauera, miſeratione commoti quidam ex his qui me viderant, primo per pelagus, tum etiam circa littora requirunt, ſi quem fortè de meis infantibus inuenirent. Sed vbi nusquam vllus inuentus eſt, miſerantes me mulieres loci, conſolari cœperunt, enarrantes ſingulæ ſuas quaſque miſerias, vt ex ſimilitudine calamitatum ſolatium caperem: quod me magis contriſtabat: non enim tale mihi erat ingenium, vt aliorum mala, mea eſſe ſolatia diſcerem. Et cùm me multæ hoſpitio cuperent recipere, vna quædam paupercula hic habitat extorſit mihi tugurio eius ſuccedere, dicens, fuiſſe ſibi virum nautam, eumq; in mari adoleſcentem defunctum, ſibique ex eo die cum multi eam accipere in coniugium cuperent, amore viri viduitatem fuiſſe chariorem. Erat ergò, inquit, nobis communia, quæcunque manibus noſtris operantes, quærere poterimus: & ne longa ac minus vtili narratione vtar, bēter habitaui cum ea propter affectum fidei quam ſeruauerat viro. Sed non multò poſt mihi infœlici laceratæ dudum morſibus, reſolutæ ſunt manus, & illa quæ me ſuſceperat, cu-

Naufragium mulierculæ.

rrit paralysin, & domi in lecto iacet. Illam autem mulierum quæ prius miserabantur, refrixit affectus: nos ambæ debiles, ego, ut vides, sedeo stipem petens, & si quid fortè quæsiero, sit vnus duarum infœlicium cibus. Decet iam quæ mea sunt, sufficienter audisti, tu autem quid moraris implere quod promisisti, & dare medicamentum, quo possit asque cruciatu, vt ais, vtraque nostrum miserabilis vitæ hortem finire? Hæc dicente muliere, multum Petrus cogitatione distractus, velut attonitus habat: & ego Clemens superueniens, dudũ inquam, per omnia discurrens, quærebam te, & nunc quid facimus? At ille præcepit mihi, vt ad nauiculam præcederẽ, ibi, inquit, me operire: & quia contradici ei nõ poterat, quod iussit impleui. Ipse verò, vt mihi cuncta posterius enarrauit, suspicione quadã pulsatus, requirebat à muliere genus & patriam simul, & nomina filiorum, quæ si mihi, inquit, dixeris, dabo continuò medicamentum. At illa quasi vim sustinens, quia neque fateri hæc volebat, & medicamenti cupida erat, finxit alia ex alijs, & ait se quidem esse Ephesiam, virum autem siculum: sed & filiorum nomina similiter immutauit. Tum Petrus putans eam verum respondisse, ait: Heu mulier, putabam, inquit, grande aliquod gaudium hodierna nobis die oriturum, suspicabar enim te esse quandam mulierem, de qua similia quædam nuper ad fidem didici. At illa adiurabat eum, dicẽs:

Rogo te, indices mihi quæ ista sit, vt sciam, si est vlla inter mulieres me infœlicior. Tum Petrus fallere nescius & miseratione cõmotus, cœpit dicere: Est quidam adolescens inter eos, qui me sequuntur, religionis & sectæ gratia, Romanus ciuis, qui mihi enarrauit, quod patrem habuerit, & duos geminos fratres, ex quibus nullus ei supersit. Mater, inquit, mea sicut à patre meo didici, somnium vidit, vt Romana vrbe ad tempus excederet cum duobus geminis natis, ne fortè exitiali interitu deperirent: quę cùm discessisset, nusquam terrarum vltra comparuit. Pater verò suus, post hæc ad inquisitionem vxoris ac filiorum profectus, nec ipse inuenitur. Hæc cùm dixisset Petrus, mulier stupore percussa corruit. Tum Petrus continere eam & consolari cœpit, ac requirere quid esset causæ, aut quid pateretur. At illa vix aliquando spiritum reuocans, ac semetipsam ad gaudij, quod sperabat, magnitudinem reparans, simulque adfricans vultum, hic, inquit, est quem dicens adolescens. At Petrus, vbi rem intellexit. Dic, inquit, mihi tu prior, nam videre eum non poteris. Tum illa: Ego, inquit, sum adolescentis mater. Et Petrus: Quod ei nomen est? At illa, Clemens, ait Petrus: Ipse est, & ipse erat, qui paulò ante mecum loquebatur, & quem iussi ad nauem præcedere. Tum illa, procidens ad pedes Petri, rogare cœpit, vt festinaret ad nauem. Et Petrus: Si, inquit, mihi seruas fidem vt facias quod

quod dico. At illa: Omnia, inquit facio, tantum mihi, inquit, ostende vnicum meum natum, puto enim me per ipsum, & geminos meos videre: Et Petrus: Cùm videris, inquit, eum modo interim dissimula paululum, vsquequo egrediamur ab insula. Ita, inquit, faciam. Et tenens manum eius Petrus, adducebat eam ad nauem. Quem ego videns manum dare mulieri, ridere cœpi, accedens tamen honoris eius gratia, pro ipso cœpi velle subijcere manum meam, & sustentare mulierem: simul autem, vt manum eius contigi, vlulatu ingenti reddito in amplexus meos irruit, & maternis me consectari osculis cœpit. At ego ignorans omne negotium, quasi insanientem mulierem repellebam, simul & cum verecundia licet, indignabar tamen quodammodo aduersum Petrum. At ille: Define, inquit, quid agis ô fili Clemens, noli repellere tuam matrem. Ego verò, vbi hæc audiui, continuò lachrymis suffusus, concidi supra iacentem matrem, & osculari eam cœpi. Simul enim vt audiui, paulatim vultum eius reuocabam ad memoriam, & notior mihi intuenti tantò magis fiebat. Multitudo interim conueniebat plurima, audiēs quod mulier, quæ ad stipē petēdam sedebat, recognita esset à filio suo, viro quodā bono. Et cùm velimus confestim enauigare ex insula, mater ait ad me: Fili dulcissime restitum est, vt valedicam mulierculæ, quæ me susceptit, est enim egens & paralytica, iacēs in le-

ctulo. Quibus auditis Petrus, & omnes, qui aderant, admirati sunt bonitatem ac prudentiam fœminæ, & continuò iussit Petrus abire quosdam, & deferre mulierem in lectulo, vbi iacebat. Cumque fuisset adlata, & in medio turbę astantis posita, in conspectu omnium Petrus ait: Si veritatis ego sum preco, ad confirmãdam fidem horum omnium, qui adsistunt, vt sciant, & credant, quia vnus est Deus, qui cœlum fecit ac terram, in nomine IESV Christi filij eius, surgat hæc mulier. Et statim vt hæc dixisset, surrexit sana, & procidit ad pedes Petri, atque amicam suam ac familiarem osculis petens, percontabatur ab ea, quid istud esset negotij. At illa breuiter omnem ei ordinem agnitionis exposuit, ita, vt etiam turbæ adstantes mirarentur. Tum Petrus: De fide Dei ac religionis institutus, quod ad se ptinebat, in quantum tempus patiebatur, loquutus ad turbas, addit etiam hoc, vt si quis vellet de his diligentius noscere, Antiochiam veniret, vbi tribus, inquit, mensibus statuimus residere, vt quæ ad salutem pertinent, discat. Si enim, inquit, negociandi causa, aut militandi patriam relinquunt homines, ac parentes, & longas peregrinationes subire non metuunt: pro vita æterna tribus saltem mensibus peregrinari, cur oneroſum videatur ac difficile? Cumque hæc & alia his similia dixisset, ego mulieri, quæ concepserat matrem, & sanitatem receperat per Petrum, mille dragmas donaui, & præsentibus

Petrus sanat paralyticam.

Quæ summa Paulo plus cõstit quàm 33. aureos Rhenanos.

us cunctis, commendaui eam cuidam viro
mo, primario illius oppidi, qui & libenter
facturum, quod imperabamus spopondit.
& alijs quibusdam aliquantum pecuniæ
tribui, & illis mulieribus, quæ aliquando
filiæ dicebantur in miserijs matrem meam,
quibus & gratias retuli, & post hæc vna cum
matre enauigabimus Antharadum. Cumque
venissemus ad hospitium, mater requirere cœ
pisse, quoniam deuenisset pater. Cui ego:
Adest, inquam, requirendam profectus vltra
mare redijt. At illa audiens suspirauit tantum,
gaudeenim pro me gaudium habens, reli-
quoe solabatur mœrores. Die autem postera se-
dens vna cum vxore Petri, iter agebat nobis-
cum, & venimus Balaneas, vbi triduo remora-
ti, inde adcessimus Patho, & post hoc Gabala,
& sic Laodociã puenimus, vbi ante portas oc-
currunt nobis Nicœta & Aquila, & osculan-
tes nos abducunt in hospicium. Petrus autem
videns amplam ciuitatem & splendidam. Di-
gnum est, inquit, remorari nos in hac diebus
decem, aut etiam amplius. Tum Nicœta & A-
quila requirebant me, quæ esset mulier hæc ig-
nota. Et ego respondi: mater mea est, quam mi-
hi redonauit Deus per dominum meum Pe-
trum. Hęc cùm ego dixissem, cuncta eis Petrus
per ordinem cœpit exponere, & ait. Cùm ve-
nissemus Aradum, & ego vos præcedere ius-
sissem, profectis vobis eadem die Clemens,
cum incidisset sermonis occasio, genus mihi

Vxor Petri vna erat in peregrinatione.

ſuum expoſuit ac familiam, & quod parentibus eſſet orbatus, duoſque habuiſſet priores ſe geminos fratres: & ſicut mihi, inquit, pater enarrauit, ſomnium vidit aliquãdo mater quo iuſſa eſt cum geminis ſuis, ex vrbe Roma proficiſci, ne ſubitò & pariter interirent. Cumq; ſomnium patri indicaſſet, ille qui teneros filios diligeret affectu, ne quid forte mali parerentur, vxorem pariter ac filios, naui cum omnibus neceſſarijs impoſitos, emittit Athenas erudiendos. Poſt hæc miſit ſemel & iterum, qui requirerent, nuſquam vllius ne veſtigium quidem reperit. Ipſe ad vltimum pater ad inquirendum proficiſcitur, & vſque ad præſens ne ipſe quidem vſquam eſt. Hæc cùm mihi Clemens enarraſſet, acceſsit ad nos quidam, rogans, vt ad inſulam Aradum, quæ vicina erat, accederemus, videndi columnas vitreas miræ magnitudinis: adquieui, ventum eſt ad locum, cæteri omnes interiora ædis ingreſſi, mihi animus, neſcio ob quam cauſam, ingrediendi vltra non dedit. Sed dum illos ſonis operior, mulierem hanc conſiderare cœpi, quæ parte membrorum eſſet debilis, vt non labore manuum victum quæreret, ſed mendicitatis pudorem ſubiret: requiro ergo ab ea cauſas. Illa nobili ſe ortam genere, & nobili nihilominus viro in matrimonio fuiſſe iunctam fatetur, cuius frater, inquit, in me inlicito amore inflammatus, fraterum thorum polluere cupiebat. Quod ego abhorrens, & rurſum de-

scelere viro indicare non audens, & ne belli fratribus, & opprobrium generi indicerem, magis ex patria discedere iudicaui, cum duobus geminis filijs meis, iuniore puero ad solatium patri relicto. Et vt hæc, inquit, honesta specie fierent, cogitaui somnium fingere, & dicere viro, adstitisse mihi numen quoddam per visum, & dixisse, vt cum duobus geminis meis confestim ex vrbe proficiscerer, neque quo ab ipso audirem, quando redire deberem. Quibus auditis, credidisse aiebat virũ, & Athenas geminis cum liberis emisisse inibi audiendis: sed tempestate graui ad hanc insulam fuisse depulsos, vbi confracta naui, se fustibus excussam supra saxum quoddam, ob hoc solum mortem distulisse, donec, inquit, infœlicium natorum meorum saltem emortua membra complecterer, ac sepulturæ mandarem. Sed cùm dies fuisset exortus, & turbæ conuenissent, miseratione moti, proiecerunt mihi indeuinctum. Et ego infœlix fletibus multis rogabam, vt requirerent, si cubi infœlicium natorum possint inuenire corpuscula. Ego autem omne corpus meũ dentibus lanians, planctibus & vlulatibus nihil aliud clamabam, nisi, vbi mihi infelici Faustus est, vbi Faustinus? Hæc cùm hæc diceret Petrus, Nicœta & Aquila subitò adsurgunt, & stupefacti perturbari cœperunt, dicentes: Dominator Domine & Deus omnium, verane hæc sunt, an somnium est, quæ agitur. Tum Petrus: Nisi, inquit, nos insani sumus,

Nicœta et Aquila fratres Clemẽtis, antehac dicti sunt Faustinus et Faustus

mus, hęc vera sunt. At illi paululum remorati, & confricantes facié, aiunt: Nos sumus Paulinus & Faustus. Sed ab initio cùm narrare cœpisti, statim in suspicionem incidimus, nefortè ad nos pertinerent, quæ dicebantur: rursus tamen considerantes multa similia accidere in vita hominum, reticuimus, licet cor nostrũ spe aliqua pulsaretur: aspiciebamus ergo ad finem sermonis, vt si ad integrum de nobis esse cõstaret, tum fateremur. Et cùm hæc dixissem, lachrymãtes ingrediebantur ad matrem: cum reperissent quiescentem, & complecti vellent, prohibuit Petrus, dicens. Sinite me prius preparare animos matris, & ita vos afferre ei, ne forte multo & subito gaudio mente excidat, & sensus eius turbetur, maximè quia nunc etiam somno occupata stupet. Igitur vbi mater exurexit è somno, adloqui eam Petrus cœpit, dicens: Scire te volo mulier religiosa nostræ obseruantiam. Nos vnum colimus Deum, qui fecit mundum, huius & legem seruamus, qua mandat imprimis, ipsum colendum, & nomen eius venerandum, parentes honorandos, pudicitiam iustitiamque seruandam, sed & illud obseruamus, mensam cum gentilibus non habere communem, nisi cùm crediderint, & recepta veritate baptizati fuerint, ac trina quadam beati nominis inuocatione consecrati, & tunc cum eis cibum sumimus. Alioquin etiam si pater aut mater sint, aut soror, aut filij, aut fratres, non possumus cum eis

Mortuis n le gimus aliquot subito gaudio.

Fidei Christianæ compendium.

mus-

uenſam habere communem. Quia ergo religionis cauſa præcipua hæc facimus, non tibi iniurioſum videatur, quod non poteſt filius tuus vna tecum ſumere cibum, vſquequo eadẽ tibi ſit, quæ illi ſententia fidei. Quibus illa audiris, Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quæ etiam priuſquàm te viderẽ, illos quos dicunt deos, penitus auerſata ſum, quod mihi frequenter, & penè quotidie ſacrificanti ſibi noſtare potuerunt nihil. Nam de pudicitia quid dicam? cùm me neque deliciæ tunc decepérint, neque nunc egeſtas peccare compulerint. Satis autem puto innotuiſſe tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ, quæ vt euaderem inliciti amoris inſidias, ſomnium finxi, vt cùm duobus meis geminis peregrinarer, & hunc ſolum Clementem, ad ſolatium patri reliqui. Si enim mihi duo vix ſufficiebant, quantò magis contriſtaſſet patrem, ſi nullum penitus habuiſſet: Erat enim miſer, grandi affectu erga filios, ita, vt vix ei ſomni authoritas extorqueret, Fauſtinum & Fauſtum Clementis huius fratres mihi concedere, & ipſe ſolus contentus eſſet Clemente. Hæc illa cùm diceret, vltra non ferentes fratres mei, irruũt in complexus matris cum multis lachrymis, & oſculantur eam. At illa, quid vult, inquit, hoc eſſe? Tum Petrus: Nolo turberis mulier, conſtans eſto, iſti ſunt Fauſtinus & Fauſtus filij tui, quos in profundo perijſſe dicebas: quomodo autem viuant, & quomodo in illa horribi-

ribi nocte de profundo euaserint,& quēadmodum alius ipsorum Nicœta, & alius Aquila dicatur ipsi tibi exponere poterunt,& vna tecum etiam nos audiemus. Vbi hæc Petrus dixit,nimio gaudio intercepta corruit,& tandē aliquando reparata, atque in semetipsam regressa,ait: Obsecro vos dulcissimi filij, dicite mihi quæ acciderint vobis post illam feralem & crudelissimam noctem. Tum Nicœta cœpit dicere.In illa nocte ô mater,cùm nauis fuisset resoluta,& nos innitentes fragmento,cuidam tabularum per pelagus iactaremur, viri quidam, quibus per profundum latrocinari artificium est, repertos imposuerunt nos naviculæ suæ, & remis vndarum vertices superantes, diuersis itineribus Cęsaream Stratonis perduxerunt, ibiq; adfligentes nos fame,verberibus,metu,vti ne quod esset in vero prodereremus:immutatis etiam nostris nominibus vendiderunt nos cuidam viduæ honestæ admodum fœminæ,Iustæ nomine: quæ cùm veniisset,habuit loco filiorum, ita, vt etiam Græcis nos literis,& liberalibus attentissimè erudiret. Vbi verò adoleuimus, etiam Philosophorum studijs operam dedimus, quo postmus diuinæ religionis dogmata, Philosophicis disputationibus adferentes, confutare gentiles.Simoni autem cuidam Mago, qui nobiscum vna educatus est, pro amicitijs & puerili consuetudine adhæsimus, ita, vt pene ab eo decipi possemus. Fertur enim in religione eo-

Philosophiæ studia perdiscenda sunt ad refutandos hæreticos.

ſtra ſermo de Propheta quodam, cuius ab nnibus, qui religioni huic deſeruiunt, ſpe-retur aduentus, per quem immortalis & be-a vita credentibus danda promittitur. Hunc ego nos putabamus Simonem. Sed hæc tibi nter oportunius exponentur. Nos interim im penè deciperemur à Simone, quidam col ga domini mei Petri Zachæus nomine, mo-uit ne falleremur à Mago, ſed obtulit nos ad-uenienti Petro, vt ab ipſo quæ erant ſana & rfecta doceremur: quod & tibi optamus e-uenire, ſicut & nobis conceſsit Deus, vt poſsi-mus etiam cibum & menſam habere commu-nem. Huic ergò fuit mater, quod nos à piratis raptos, tu in mari defunctas eſſe credidiſti. Cum hæc dixiſſet Nicœta, mater noſtra pro-cidit ad pedes Petri, rogans & obſecrans, vt & ſeipſam & hoſpitam ſuam euocaret ſine mo-ra, ac baptizaret, vti ne vna, inquit, die dam-num patiar conſortij & ſocietatis natorum meorum. Similiter autem & nos filij eius ro-gabamus Petrũ. At ille: Quid putatis, inquit, quia ego immiſericors ſum ſolus, & nolo vos matris conuiuio ſociari? ſed neceſſe eſt eam vel vna die ieiunare prius, & ita baptizari, & hoc quia ſermonem ab ea quendam audiui, per quem mihi fides eius claruit, & qui indi-cium dedit credulitatis eius: alioqui multis e-am diebus oportebat ante inſtrui & doceri. Et ego quæſo te, inquam, domine mi Petre, dic quis eſt iſte ſermo, quem dicis dediſſe tibi in-

dicium

dicium fidei eius? Et Petrus: Ille sermo est, quo rogauit, vt & hospita sua, cuius beneficijs vicem reddere desiderat, simul baptizetur cum ipsa. Non autem rogaret, vt illi, quam diligit, præstaretur hæc gratia, nisi credidisset quod magnum aliquod in baptismate munus esset. Vnde & ego reprehendo plurimos, qui cum ipsi baptizentur & credant, nihil dignum fide agunt cum his quos diligunt, id est vxoribus, vel filijs, vel amicis, quos non ad hoc hortantur, quod ipsi adsequuti sunt, si quidem vere crediderint, quod æterna vita per hoc donatur. Denique si eos ægrotare videant, aut periculo alicui carnaliter subiacere, dolent & ingent, quia in hoc certi sunt eis imminere pœniciem. Ita ergò si & de hoc certi esseat, quod qui Deum non colunt, manet eos pœna ignis æterni, quando cessarent monentes & cohortantes? Aut si obsisterent, quomodo non lugerent eos, & plangerent, certi æterna eis immanere supplicia? Nunc ergò illam quidem mulierem euocabimus, postmodum & videbimus, si amat fidem religionis nostræ, & pœnæ consequens fuerit agemus. Hæc autem quoniam fideliter sensit de baptismo, ieiunet vel vna die ante baptismum. At illa cum iuramento satisfaciebat, præsente vxore domini mei Petri, quia ex quo recognouerit filium, præ multo gaudio cibum capere omnino nequierit, nisi hesterna die calicem aquę solum haberit. Testabatur autē & vxor Petri, dicens ita esse.

se. Tum Petrus ſubridens: Sed non eſt, inquit, hoc ieiunium baptiſmi, quod non proper baptiſmum ieiunatum eſt. Et Nicœta: ad fortè, inquit, volens Deus matrem nostram, nec vna die agnitis nobis ſeparari à consortio menſæ noſtræ, præordinauit hoc vt anteieiunaret. Sicut enim pudicitiam ſeruauit in ignorantia, vt proficeret ei ad baptiſmi gratiam, ita ieiunauit, antequàm ſciret ieiunij rationem, vt proficeret ei ad baptiſmum, & ſtatim ab initio agnitionis noſtræ nobiſcum patrum menſæ conſortio frueretur. Tum Petrus: Non nos, inquit, vincat malignus, occaſione accepta per affectum matris: ſed magis vos & ego vobiſcum, hodie ieiunemus cum ipſa, & cras ſino baptizabitur: neque enim iuſtum eſt ad gratiam perſonæ alicuius & amicitiæ, reſolui & extenuari præcepta veritatis. Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa, quia omne mandatum præterire peccatum eſt. Doceamus autem ſenſus noſtros corporales, qui extrinſecus ſunt, ſeruire interioribus ſenſibus: & non interiores ſenſus, qui quę Dei ſunt ſapiũt, cogamus ſequi exteriores, qui quę carnis ſunt ſapiunt. Propter hoc enim & Dominus mandatum dedit, dicens: Quicunq; viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et his addidit: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te: expedit enim tibi, vt vnum membrorum tuorum pereat, quàm totũ

Ieiuniũ ante baptiſmum.

Matt. 5.

corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Nō dixit, scandalizauit te, vt posteaquàm peccaueris, tunc abijcias causam peccati: sed si scandalizat te, hoc est antequàm pecces, causam peccati prouocantis te & irritantis, abscidas.

Eruere oculū quid sit.

Ne quis autem vestrum putet fratres, quod membrorum amputationem mandauerit Dominus: propositum vult in hoc resecari, non membra, & causas, quæ ad peccandum inliciunt, quo cogitatio nostra aspectus vehiculo subuecta, ad amorem Dei sensibus corporeis inuisa contendat. Nec carnalibus oculis velut lasciuientibus equis, & extra mandatorum viam currum declinare cupientibus, relinet frena, & habenas indulgeat: sed reuocet aspectum corporis ad arbitrium mentis, & oculos nostros, quos Deus operis sui inspectatores esse voluit & testes, non patiatur fieri lenones mali desiderij. Et ideò cedant legi Dei, tam corporei sensus, quàm interna cogitatio, & illius voluntati ministrent, cuius se opera esse intelligunt. Igitur vt ordo mysterij poscebat & ratio, die postera baptizatur in mari, & regressa ad hospitium, omnibus consequenter mysterijs religionis imbuitur. Aderamus autem & nos filij sui, Nicœta & Aquila, & ego Clemens. Et post hæc simul cum ea prādimus, & simul glorificauimus Deum, referentes gratias studijs & doctrinæ Petri, qui nobis ostendit per occasionem matris, quomodo pudicitiæ bonum non pereat apud Deum: sicut è contrario

Post baptismū imbuitur Matidia religionis mysterijs.

nio impudicitia, inquit, etiamsi non statim
men licet tardè non effugit pœnam. In tan-
tum autem pudicitia, inquit, Deo placita est,
etiam his, qui in errore sunt positi, nonni- Nota.
hil gratiæ in præsenti conferat vita. Nam fu-
turæ beatitudo illis solum reposita est, qui per
gratiam baptismi pudicitiam iustitiamq; ser-
vauerint. Denique exemplo est huic rei etiam
hoc quod erga matrẽ vestrã gestũ est, cuius sa-
lutem omnis ꝓ mercede pudicitiæ reparata
est. Atq; quã custodiẽdã & cõseruãdã nõ sufficit
sola continentia, sed vbi senserit quis insidia-
ri, & deceptionem parari, continuo sicut ab
ignis impetu, aut incursu carnis rabidi refu-
giat, nec cõfidat quod huiusmodi insidias pos-
sit facilè aliquis philosophando, aut palpando
cohibere: sed, vt dixi, effugiendum est, & lon-
gè abscedẽdum, sicut fecit & vestra mater, ve-
rè & integrè bonum diligens pudicitiæ. Pro-
pter quod & conseruata vobis est, ac vos illi,
insuper autem & æternæ vitę agnitione dona-
ta. Cum hæc & multa alia his similia dixisset,
vespere facto, requieuimus.

Postera autem die Petrus mane assumptis
fratribus meis & me descendit ad portum, vt
in mari lauaremus, & post hoc ad locum quen
dam secretiorem secessimus orationis gratia.
Senex autem quidam pauper, & vt apparebat
et habitu, operarius, curiosè ex occulto obser
vare nos cœpit, vt videret quid ageremus in
secreto positi. Hic senex cùm se Petro, Cle-

menti ſocijſque eius inſinuaſſet, paulatim in diſputationem cum illis deuenit de ſectis & placitis Philoſophorum, de origine & natura rerum, de prouidentia de curſu aſtrorum, de geneſi, de hominis ſubſtãtia, de agnitione Dei, de peccatis, de tribus errorum fontibus, quæ cùm vltro citroque diffuſæ inter illos tractarentur, ſicuti D. Clemẽs duobus penè integris libris octauo & nono recognitionum, prolixè recenſet, tandem ſenex ille ad geneſis neceſſitatem, vt putabat, reuerſus, pleniſsimè ait ad Clementem, diſſeruiſti fili, ſed ego ſicut dixi, ex initio omni huic incomparabili aſſertioni tuæ à propria conſcientia prohibeor accommodare conſenſum. Noui enim & meam geneſim, & coniugis meæ, & ſcio ea, quæ vnicuique noſtrum dictabat geneſis acciditſe, & ab his quæ rebus & operibus comperta ſunt mihi, nunc verbis transferri non poſſum. Denique quoniam te adprimè imbutum video in huiuſmodi diſciplinis, audi coniugis meæ thema, & inuenies ſchema, cuius exitus accidit: habuit enim Martem cum Venere ſuper centrum, Lunam verò in occaſum in domibus Martis & finibus Saturni, quod ſchema adulteras facit, & ſeruos proprios amare, in peregrinatione atque in aquis defungi, quod & ita factum eſt: incidit namque in amorem ſerui, & periculum ſimul & opprobrium meruens, fugit cum ipſo, & peregrè profecta, vbi amori ſuo ſatisfecit, perijt in mari. Et ego Clemens reſpon-

Hæc habes libr. 9. recognition. ante finem.

spondi: Vnde scis, quia peregrè seruo suo so
ma est, & in eius consortio posita defungi-
tur? Certissime inquit, scio reuera non quia
ipse rat seruo, quippè qui neque hoc quidem
quod eum amaret agnoueram, sed postquàm
profecta est, frater meus mihi enarrauit, di-
cens, quod primò quidem ipsum adamasset,
sed ille, quia erat honestus vtpote frater, nolu-
it horum fratris incesti macula polluere. Sed
illum verens, & opprobrium non ferens in-
sum, (neque enim imputandum ei est, quod
cum Genesis facere cõpulit) finxit somnium,
& venit ad me: Adstitit mihi quidam per visum,
qui iussit me cum duobus geminis meis sine
mora ex vrbe proficisci. Hæc ergò cùm audis-
sem, pro salute eius filiorumq; solicitus, cõfe-
stim ipsam & liberos exire feci: vnum qui erat
iunior, mihi retinui: hoc enim qui responsa
insomnis dederat, permisisse dicebat. Tum e-
go Clemens intelligens quod ipse fortasis est
pater meus, lachrymis oppletus sum: fratres
quoque meos volentes prosilire, & aperire rẽ,
prohibuit Petrus dicens: Quiescite quoadus-
que mihi placuerit. Respondens ergò Petrus
venit ad senem: Quod nomen erat iuniori filio
tuo? At ille ait: Clemens. Et Petrus: Si tibi in-
quit, hodie coniugem tuam castissimam con-
gnauero cum tribus filijs tuis, credis quia po
test pudica mens motus irrationales superare,
& quod omnia, quæ à nobis dicta sunt vera
sint, & Genesis nihil sit? Et senex: Sicut impos-

Senex ille qui Faustinianus dicebatur, inuenitur pater Clementis.

sibile est, inquit, te exhibere quod promisisti, ita impossibile est extra Genesim fieri aliqd. Tum Petrus: Testes, inquit, habere volo omnes hos, qui præsentes sunt, me tibi hodie coniugem tuam, cum tribus vestris liberis vipentem pudicissimè traditurum: & iam nunc accipe fidem rerum ex eo, quod omnem caulam diligentius scio, quàm tu, cunctaque tibi per ordinem, quæ gesta sunt enarrabo, vt & tu cognoscas, & qui præsentes sunt discant. Et cùm hæc dixisset, conuersus ad turbas, ita cœpit. Hic quem videtis, ô viri, in hac veste pauperrima, Romanæ vrbis est ciuis, ex genere ipsius Cæsaris descendens, nomen ei Faustinianus, vxorem quoquenobilissimam Mathidiam nomine sortitus est, ex qua tres filios suscepit, quorum duo gemini, vnus autem, qui erat minior, cui nomen Clemens, hic est. Et cùm hoc dixisset digito me ostendit: gemini autem filij eius sunt isti, Nicœta & Aquila, quorum alius Faustinus vocabatur prius, & alius Faustus. Simul autem vt nomina nostra enunciauit Petrus, senex resolutis membris omnibus, quasi interceptus concidit. Nos autem filij ruentes super eum, complectebamur & osculabamur, verentes simul ne spiritum reuocare non posset. Et cùm hæc fierent, populus quidem admiratione ipsa obstupefactus est. Petrus autem surgere nos à complexibus patris, ne eum necaremus iubet, & ipse apprehensa manu eius, quasi de somno quodam profundo ele-

mãs eum,& paululum recreans,omnia, quæ acta fuerant, ſecundum veritatem cœpit exponere,quomodo frater eius in amorem inciderit Mathidiæ, & illa cùm eſſet pudiciſsima, illicitum fratris amorem viro indicare noluerit,ne vel bellum fratribus, vel opprobrium generi indiceret, ſed ſapienter ſomnium finxerit, quo ex vrbe iubetur excedere cum germanis filijs, iuniore apud patrem relicto. Vtque nauigantes naufragium vi tempeſtatis incurrerint, & ad inſulam Antharadum nomine expulſi,Mathidia quidem ſupra ſaxũ quodam fluctu iactante proiecta ſit, gemini verò liberi rapti à piratis & Cæſaream perducti, religioſæ cuidam fœminæ venundati ſunt, quæ eos in filiorum loco habens,liberaliter edocuerit & erudiri fecerit, eorumque nomina piratæ immutauerint, & Nicœtam alium, alium Aquilam vocitauerint. Vtque poſt hæc ſtudiorum & conſuetudinis cauſa Simoni adhæſerint, atque ab eo, vbi Magum & deceptorem viderunt, auerſi acceſſerint ad Zachæum, & vt poſt hæc ſociati ſunt ſibi. Sed & Clemens quomodo ex vrbe agnoſcendæ veritatis cauſa profectus,per Barnabæ notitiam Cæſaream venerit, ſibique innotuerit & adhæſerit, vtque ab eo ſit de fide religionis edoctus. Sed & qualiter apud Antharadum mendicantem reperierit & recognouerit matrem, vtq; omnis inſula in eius recognitione gauiſa ſit, & de pudiciſsimę hoſpitę cõtubernio,atq; eius per ſe-

metipsum conlata sanitate, & de liberalitate Clementis in eos, qui erga matrem benefici extiterant. Vtque post hæc Nicœta & Aquila requirentes quænam esset peregrina mulier, cùm audissent à Clemente omne negocium, se esse geminos eius filios Faustinum exclamarunt & Faustum, omnemque historiam, quæ eos egerit, patefecerint: vtque post hæc matri cautius, ne subito gaudio interciperetur, ipso insinuante oblati sunt Petro. Sed cùm hæc in auditu senis narratione gratissima turbis exponeret Petrus, ita vt audientes gestorum miraculis, & humanitatis miseratione lachrymarent, nescio vnde audiens mater de recognitione patris, cursu concito irruit in medium nostri cum clamore, dicens: Vbi est meus vir, meus dominus Faustinianus, qui tam multis temporibus affligitur, ambulans per vrbes singulas, & me quærens? Hæc cùm illa quasi amens clamaret, & circũspiceret, senex accurrens cũ multis lachrymis, amplecti & constringere eam cœpit. Et cùm hæc gererentur, Petrus rogauit turbas vt discederent, dicens inuerecundum esse vltra persistere, sed dãdum eis locum familiarius inuicem se videndi, crastino autẽ hic, inquit, si qui vestrum volunt, conueniant ad audiendum verbum. His à Petro dictis, recesserunt turbæ, & cùm vellemus nos quoque ire ad hospitium, dominus domus ait ad nos. Turpe & impium est, tales ac tantos viros manere in stabulo, cùm ego omnem penè domũ vacã-

Quædã. n. in matrimonio licèt rectè, parũ tamen verecũdè et decorè in publico fiunt.

cantem habeam, lectoſque ſtratos quàm plu
mos,& quę neceſſaria ſunt parata. Sed Petro
contradicente, vxor patrisfamilias cum libe-
ris proſtrabat ſe ante eum, & exorabat dicens:
Obſecro te, mane apud nos. Sed ne ſic quidem
requieſcebat Petrus, donec filia eorum, qui ro
gabant ab immundo ſpiritu multis tempori-
bus vexata, & catenis vincta, quæ fuerat intra
conclaue clauſa, effugato à ſe dæmone,& oſtijs
patefactis cum catenis ſuis veniens, procidit
ad pedes Petri, dicens: Rectum eſt mi domi-
ne, vt ragas hodie hic ſalutaria mea, & non con
triſtes neque me, neque parentes meos. Petro
autem requirente catenarum ſermonumque
eius cauſam, parentes præter ſpem læti effecti
de filiæ ſanitate, & velut ſtupore quodam ad-
moniti, ipſi quidem dicere nequeunt: aſtantes
autem famuli aiũt. Hæc à ſeptimo ætatis anno
dæmone occupata, omnes qui accedere tentaſ-
ſent ad eam, ſcindere, dilaniare morſibus, etiã
diſrumpere,& hoc per viginti annos vſque ad
præſens facere nunquam deſtitit, nec ab ali-
quo potuit curari, ſed ne accedere ad eam
quiſquam valebat: multos enim inutiles red-
didit alios & peremit, omnibus enim viris
validior erat, ſine dubio viribus dæmonis ni-
ſi. Nunc autem, vt vides ex præſentia tui dæ-
mon quidem fugit, oſtia verò, quæ ſummo cũ
monimento clauſa fuerant, aperta ſunt, & ip-
ſa ſana ſtat ante te, rogans vt diem ſalutarium
ſuorum & ipſi & parentibus facias, & maneas

apud eos. Hæc cùm ita vnus ex famulis enarraſſet, & ipſæ catenæ de manibus eius ac pedibus fuiſſent ſpontè reſolutæ, Petrus certus quod per ipſum ſanitas hæc reddita ſit puellæ, adquieuit manere apud eos. Sed & illos, qui remanſerant in hoſpitio vna cum vxore ſua tranſire iuſsit, & vnuſquiſque acceptis ſeorſum cubiculis manſimus, atque ex more cibo ſumpto, redditiſque laudibus Deo, ſuis ſingulis requieuimus locis.

COLLA.

COLLATIONVM SACRARVM LIBER QVINTVS.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS, ET IMMVNITATE, POtestate ac dignitate Ecclesiastica, & quæ circa rerum sacrarum & sacerdotum violatores memorabilia contigerunt.

Ex 47. cap. Geneseos. De priuilegio & immunitate sacerdotum apud Ægyptios, temporibus Ioseph. & Pharaonis.

CAP. PRIMVM.

IN toto orbe panis deerat, & oppresserat fames terrã, maximè Aegyptij & Chanan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cumque defecissẽt emptoribus precium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicẽs: da nobis panes, quare morimur coram te deficiente pecunias? Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si precium nõ habetis. Quę cùm adduxissent, dedit eis alimenta pro equis & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quo-

quoque anno ſecundo,& dixerunt ei:Non celamus Domino noſtro, quod deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt, quod abſque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergò moriemur te videntę?& nos & terra noſtra tui erimus,eme nos in ſeruitutem regiam,& præbe ſemina,ne pereunte cultore, redigatur terra in ſolitudinem. Emit igitur terram omnem Ioſeph Aegypti, vendentibus ſingulis poſſeſsiones ſuas prę magnitudine famis.Subiecitque eam Pharaoni & cunctos populos eius à nouiſsimis terminis Aegypti, vſque ad extremos fines eius, præter terram ſacerdotum,quę à rege tradita fuerat eis,quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur,& idcircò non ſunt compulſi vendere poſſeſsiones ſuas. Dixit ergò Ioſeph ad populos, En vt cernitis & vos, & terram veſtram Pharao poſsidet: Accipite ſemina & ſerite agros, vt fruges habere poſsitis. Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in ſementem,& in cibum familijs & liberis veſtris. Qui reſponderunt, ſalus noſtra in manu tua eſt, reſpiciat nos tãtum Dominus noſter, & læti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſq; in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem,abſque terra ſacerdotũ, quę libera ab hac conditione fuit. Audiant qui nunc viuunt,inquit in hũc locum D. Chryſoſtomus, quantam olim ſacerdotum idolorum curam

Chryſ. hom. 66.in Geneſ.

ram habuerint, & discant, vt vel saltem pa-
m habeant honorem his, quibus omnium
i ministerium creditum, & sacerdotio in-
niti sunt. Si enim errantes illi, & tantam
olorum curam habentes, quia ex hoc puta-
nt idola magis coli, si ita eorum ministros
lerent: quanta non condemnatione digni,
i nunc imminuunt quod ad illorum spectat
ltum? An nescitis quod honor ad ipsum
um pertinet? Ne igitur respicias eum cui
nor confertur. Non enim propter illum
bes quod tuum est facere, sed propter illum
ius sacerdos est, vt & ab illo retributiones
ertim accipias. Propter quod & dicebat:
i fecerit vni horum, & mihi fecit: & qui ac- *Matt 25.*
pit Prophetam in nomine Prophetę, merce- *Matt. 10.*
em & Prophetæ accipiet. Num à dignitate
vilitate ministrorum tibi retribuet domi-
us? Ob alacritatem tuam vel coronat, vel con
mnat. Et sicut honor qui propter ipsum im-
itur, multum parit fiduciæ. (Propria enim
i facit Deus, quæ in seruos suos collocātur)
n & illorum contemptus multam è supernis
obis pœnam deferet. Igitur sicut suum esse
norem, ita & contemptum dicit: id quod
entes, nunquam negligamus cultum, qui sa-
dotibus Dei debetur. Et hæc dico, non tan-
m illorum rationem habens, quantam ve-
ræ charitatis, cupiens vos in omnibus lucri-
facere. Quid enim tantum das, quantum acci-
à domino? Quantum autem cultum affers?

Atta-

Attamen & pro illo vili, & in eum qui in præsenti vita simul dissoluitur, immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona. Hæc mente versemus, & properemus ad eorum obsequia, non attendentes sumptum, sed lucrum & accessionem quæ inde nascuntur. Nam si videntes viri alicuius singulari dignitate insignis familiarem, operam damus vt quantum possibile est illi præstemus obsequium, cogitantes quod quæ illi fiunt, eius domino accedant: & quod ille familiaris, vbi significarit patrono suo, maiorem nobis apud eum fauorem conciliet: multò magis hoc erit apud vniuersorũ dominum. Nam si quis in vulgarem aliquem & abiectum benignitatem & compassionem aliquam declararit: dominum quæ fiunt sibi propria faciens, promittit se in regnum introducturum eos, qui aliquid boni illi fecerint, & dicturũ: Venite benedicti patris mei, quia esuriui, & dedistis mihi quod comederem: multò magis eos, qui propter Deum affliguntur, & sacerdotio insigniti sunt, si quis obseruauerit, non solùm parem assequetur retributionem, sed multipliciter maiorem, misericorde Deo ex abundantia misericordiæ semper ea quæ à nobis fiunt, vincente. Ne igitur simus deteriores infidelibus, qui propter idolorum errorem adhuc tantum cultum exhibent illorum famulis: sed quantum distat error & veritas, tantum distant & illorum & Dei sacerdotes. Tam excellentem igitur & honorem

Matt. 25.

rem impendere debemus, vt multò plures
ipernis nobis retributiones accrescant.
omes Zonaras tom. 1. Annalium, Alexan-
der Magnus Pontificem Iudæorum, Pon-
tificalibus vestimentis indutum, reuerenter
accedit, adorat & salutat, omnibusq; Iudæo-
rum postulatis annuit.

CAP. II.

ALexander Magnus dum Tyrum obsidebat, per literas à Pontifice Iudæorum petijt, auxilia sibi mitti, & forum præsidi exercitui, sibique ea dari, quæ pensitare Dario soliti essent. Cùm autem Pontifex se iuramento obstrictum esse Dario, ne arma contra illum ferret, dixisset, idque viuente illo violaturum negasset: Alexander iratus se bello petiturus Hierosolyma cõminatur: captaque Tyro, contra vrbem proficiscitur. At Pontifex Ioadus ob regis iram anxius, Deum orat, ne populum destituat, quem Deus in somnis bono animo esse iubet: ac portis apertis & vrbe exornata ipsum cum sacerdotibus solito habitu, populum candidis vestibus regi obuiã prodire. Facit ille, vt iussus erat. Alexandro cum appropinquante, cum sacerdotibus & vrbana multitudine in locum quendam prodit, vnde & vrbs & templum conspiciebatur. Militibus autem opinãtibus regem iussurum vrbem diripi, & Pontificem occidi: Alexander cum sacerdotes & populum, vt ante dictum est, ornatos vidisset, ac Põtificem hiacinthina

&

& inaurata ſtola indutum, cidari capiti impoſita, & auream in eo laminam, cui Dei nomen inſcriptum erat: ſolus acceſsit, atque adorauit, pontificemque ſalutauit. Eo facto cum cæteri omnes obſtupuiſſent, Parmenio etiam rogare auſus eſt, cur Iudæorum Pontificem adoraſſet? cui reſpondit, non illum, ſed Deum, cuius ille ſacerdotio ornatus eſſet, adoraſſe. Nã hunc, inquit, in ſomnis vidi, dũm adhuc parum à Macedonia receſsiſſem in hoc habitu. Is me de Aſia ſubigenda cogitantem, hortabatur, ne cunctarer: & promittebat, ſeipſum fòrè ducem exercitus, & regnum Perſarum mihi traditurum. Cùm autem neminem adhuc, præter iſtum modo, tali habitu viderim: tum viſionis nocturnæ ſum recordatus, tum DEO authore bello moto, me Darium ſuperaturum confido, & regno Perſarum potiturum. His dictis, & dextera ſacerdoti porrecta, vrbem eſt ingreſſus, cumq; in templum aſcendiſſet, Deo victimas ex præſcripto pontificis immolauit: ac Danielis libro viſo, quo ſcriptum eſt, regnum Perſicum à græco euertendum eſſe, lætatus: omnibus Iudæorum poſtulatis annuit.

Paulus Oroſius libr. 7. cap. 39. Quomodo Barbari Gothi Romam inuadentes, eamq; deprædantes ſacris Eccleſijs, omnibusq; Chriſtianis ad eas confugientibus reuerenter pepercerint, & ſacra Eccleſiæ vaſa intacta & inuiolata, ſolenni defenſione publicè ad Eccleſiam cum hymnis deportari curarint.

CA-

CAP. III.

QVam reuerentiam Paganus rex Alexander Iudæorum pontifici, quamque benignitatem Iudæis exhibuit, eandem barbaros Gothos sacris Ecclesijs earumque va & Christianis exhibuisse, scribit Orosius. est inquit Alaricus, trepidam Romam obtet, turbat, irrumpit. Dato tamen præcepto ius, vt si qui in sancta loca præcipueque in stolorum Apostolorum Petri & Pauli basili confugissent, hos in primis inuiolatos seroſque esse sinerent. Tum deinde inquantum possent prædæ inhiantes à sanguine temrarent. Accidit quoque quo magis illa vrbis ruptio indignatione Dei acta, quàm hostis ritudine probaretur, vt B. Innocentius Roanæ Ecclesiæ Episcopus, tāquam iustus Loth ractus à Sodomis, occulta prouidētia Dei apud Rauennam tunc positus, peccatoris populnon videret excidium. Discurrentibus iqueper vrbem Barbaris, fortè vnus Gothoidemque potens & Christianus, sacram virginem iam ætate prouectam, in quadā clesiastica domo reperit: cumque ab ea auargentumque honestè exposceret, illa ficonstantia esse apud se plurimum, & mox ferendum spopondit, ac protulit: Dumq; positis opibus attonitum Barbarum magnidine & pondere ac pulchritudine, ignota evasorum qualitate videret, virgo ad Barum ait: hęc Petri Apostoli ministeria sunt.

Confugientes ad Ecclesiam immunes sūt ab hostibus.

B. Innocent. Pont. diuinitus excidio subtractus vt Loth.

Barbari à sacris Ecclesiæ vasis sibi temperant.

Alaricus virginē Deo dicatā cū defensione ad Ecclesiā deduci iubet, similiter & vasa sacrata.

Præsume si audes, de facto tu videris: Ego quia descendere nequeo, contendere non audeo. Barbarus verò ad reuerentiam religionis, timore Dei & fide virginis motus, ad Alaricum per nuncium retulit, qui continuò reportari ad Apostoli basilicam, vniuersa, vt erant vasa, imperauit: virginem etiam simulque omnes qui se adiungerent Christianos, eòdē cum defensione deduci. Ea domus à sanctis sedibus longo, vt ferunt, medio interiectu vrbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula & super capita elata palàm aurea atque argentea vasa portantur expertis vndique ad defensionem gladijs pia pompa munitur. Hymnus Deo Romanis Barbarisque cōcinnentibus publicè canitur. Personat latè in excidio vrbis salutis tuba, omnesque etiam in abditis latentis inuitat, ac pulsat. Concurrunt vndique ad vasa Petri, vasa CHristi, plurimi etiam pagani Christianis professione si non fide admiscentur, & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, euadunt. Quantò copiosius aggregantur Romani confugientes, tantò auidius circumfunduntur Barbari defensores. O sacra & ineffabilis diuini iudicij discretio. O sanctum istud & salutare flumen, quod per arua exortum, dum beato alueo in sanctorum sedes tendit, oberrantes periclitantesq; animas in salutis sinum pia rapacitate peruexit. O præclara illa Christianæ militiæ tuba, quæ generaliter cunctos dul-

lcissimo ad vitam modulamine inuitans, os ad salutem inobedientes non suscitauit, excusabiles reliquit ad mortem. Mysterium hoc quod in trãsferendis vasis, dicendis hymnis, ducendis populis fuit, tanquam magnum vbrum fuisse arbitror, per quod ex congregatione populi Romani tanquam ex magna massa frumenti, per omnia ex vniuerso ambitu ciuitatis latebrarũ foramina effluxere gratia viua, siue occasione siue veritate commota, omnia tamen de præsente salute credentia, ex correo dominicę præparationis accepta sunt. Reliqua verò sicut stercora, & velut paleæ, ipsa vel incredulitate vel inobedientia pręiudicatæ, ad exterminium atque incendium remãserunt. Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat? Tertia die Barbari, quam ingressi vrbem fuerant, sponte discedunt, facto quidem aliquarum ædium incendio, sed ne tanto quidem, quãtum septingentesimo conditionis eius anno casus effecerat. Nam si exhibitam Neronis Imperatoris sui spectaculis inflammationem recensam, proculdubio nulla comparatione æquatur secundum id, quod excitauerat lasciuia principis, hoc quod nunc intulit ira victoris. Atque verò Gallorum meminisse in huiusmodi collatione debeo, qui continuò penè toti spatio incensæ euersæque vrbis attritos cineres possederunt. Et ne quisquam fortè dubitaret, ad correptionem superbæ lasciuæ, &

blaſphemæ ciuitatis, hoſtibus fuiſſe permiſſum, eodem tempore clariſsima vrbis loca fulminibus diruta ſunt, quę inflammari ab hoſtibus nequiuerunt.

Plinius de viris Illuſtrib. & Alexand. libr. 2. cap. 14. Gentilium ſacerdotum priuilegia violantes diuinitus puniuntur.

CAP. IIII.

POtitij Herculis ſacerdotes, qui ex clariſsima familia ad ea ſacra vocati, extis ſolennibus ſuſtentabãtur, multis poſt tempeſtatibus antiſtites templi ſacris & cœremonijs prefuere, donec ſublata Potitia gente, ſeruis publicis data ſunt. Appius enim Claudius cenſor cùm eſſet, ſublata Potitiorum gente, ſeruis quos docuerat, ſacra delegauit: quapropter luminibus captus eſt.

Ioannes Zonaras tom. 1. Annalium ex cap. 16. Numeror. De horrendo interitu Core & ſociorum eius, Moyſi & Araoni, ſacerdotibus à Deo ordinatis, rebellantibus.

CAP. V.

ISraelitis in deſerto exulãtibus, & necdum terram diuinitus illis promiſſam ingreſſis, orta eſt populi ſeditio huiuſmodi ex cauſa. Coras Leuiticæ tribus homo, genere & opibus maximè conſpicuus, auræ popularis captandę inſignis artifex, inuidet Moyſi, & cõtra eum vociferatur, vt tyrãnum. Nam qua, inquit, ratione Aaroni, eiuſque filijs ſacerdotiũ attribuit? ſi ob tribum Leuiticam, ego ſum il-

Corana ſeditio.

lo

honore dignior: quippè & genere illi par, opibus ac ætate superior. Sin alteri tribui debetur id munus, Rubenia ob ætatis prerogatiuam primas feret, ac Dathan & Abyron illo potientur. Hæc malitiosè dicebat ille, cùm & viros principes CCL. instructos haberet, & plebs concitata esset. At Moyses in medio progressus: Ego, inquit, Cora & te, & eorum, qui à te stant, quemlibet honore dignos iudico. Verum Deus Aaroni sacerdotium assignauit, idemque nunc denuò declarabit, à quo sacra sibi velit fieri: mane igitur qui de sacerdotio contenditis, prodite, thuribulo quisque domo secum allato, & igne, suffituque: Vna vobiscum etiam Aaron prodeat. Tum vobis in populi cōspectu odoramenta incendentibus, cuiuis victimam suauiorem iudicarit Deus, is vobis Pontifex erit. Collaudat hæc populus, postridie in concionem frequenter conueniunt. Moyses Abyronem & Dathanem accersi iubet. Non parent illi, minas insuper contra Mosen adijcientes. Tum ille primoribus se sequi iussis, ad tabernaculum illorū abijt: Prope quod cùm venisset, manibus in cœlum sublatis, magna voce exclamat: quoniam domine doli mali suspectus habeor, tu ipse venito iudex, ac demonstra, nihil fortuitò geri, sed tua prouidentia gubernari omnia: quod si tuo iussu pōtificatum Aaroni dedi, tellus cui Dathan & Abyron cum sua progenie insistunt, dehiscat: sin vera sunt, quæ cōtra me dicunt, quæ eis

Abyron Dathan dehiscit tellus.

ſuum imprecatus, ea in caput meum redundent. Hæc vbi lachrymans dixiſſet, tellus vehementer concuſſa, cum ingenti fragore iuxta illorum tabernaculum dehiſcens, cum & ipſos & eorum omnia deglutiſſet, iterum expletus eſt hiatus. His factis, populus ſtupet. Moſes eos qui ſacerdotium ſibi vendicabant, vocat. Conueniunt viri illuſtres CCL. Aaron & Cora ante tabernaculum cum acerris ſuis ea quæ ipſi attulerant, ſufficiunt. Tum ingens flamma emicat, qualis videlicet iubente Deo incendatur, qua illi CCL. Vna cum Cora ita conflagrarunt, vt nec cadauera eorum reperirentur. Solus Aaron incolumis inuenitur, Moſes thuribula illorum virorum circa æneam aram reponi iubet, in rei geſtæ monimentum ad poſteros. Ac denuò habita concione, edicit tribunis, vt nomina tribuum baculis inſcripta afferant. Nam illius fore ſacerdotium, in cuius baculo ſignum edidiſſet Deus. Afferunt igitur tum alij ſuos baculos, tum Aaron quoque ſuum, Leuita inſcripto. Eos in tabernaculo Dei repoſuit Moſes, proſtridiè protulit: ac cœteri quidē, quales fuerant, tales manſerant: Aaronis autem & ramos & fructus germinarat, quos fructus Leuitici liber, nuces: Ioſephus amygdalas fuiſſe dicit. Obſtupuerunt igitur omnes, Aarone ter diuinitus electo.

Coræ cum CCL. viris conflagrat.

Leuitarum reditus.

Ex

x libro Exodi, Marcus Marulus libr. 3. cap. 5. Conradus Lycosthenes lib. 12. theatri, De sacerdotum consecratione & sacerdotibus honorandis.

CAP. VI.

SI quis vestes & ornamenta Aaron pontificis & filiorum eius sacerdotum in Exodo consideret, inueniret in eis creaturarum omnium typum: & hoc quidem quantum ad allegoriam pertinet, quantum verò ad tropologicum sensum, virtutum cunctarum imaginem. Et si anagogem contemplari voluerit, figuram Christi. In fronte nomen Dei ineffabile sculptum in auro rutilat, quia caput CHristi Deus est, & caput Ecclesiæ CHristus. Oleo sanctificationis consecrantur, vt eundem significent, de quo & prædictum est: vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Tanta pontifici & sacerdotibus Dei tribuuntur, vt mundum totum, virtutesque omnes contineant, & simul mundi virtutumque dominum nobis exhibeant: quis non eos ante cunctos mortales qui in terra sunt, ponendos arbitretur? quis vel sola officij authoritate nõ omnibus magis reuerendos existimet? soli pontifici sancta sanctorum ingredi licet: solis sacerdotibus in altari Deo ministrare: solis panes propositionis sumere, & pro populo supplicare. Cedat omnis terrena potestas, nihil in sacerdotis potestate conspicimus, quod nõ cælo dignum sit. *Exod. 18. Psal. 44.*

Ex libr. 1. Regum cap. 8. De filijs Samuelis, declinantibus post auaritiam, accipientibus munera, & peruertentibus iudicium, quos cum maiores populi Israëlitici dedignarentur amplius sustinere iudices, respondit Dominus, non illos, sed se à populo abiectum esse.

CAP. VII.

CVM senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel, fuitq; nomen filij eius primogeniti Iohel, & nomen secũdi Abia, Iudicum in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. Congregati ergò vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuëlem in Ramatha, dixeruntque ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis. Constitue igitur nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Displicuitque sermo in oculis Samuëlis, eo quod dixissent: Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuëlem; Audi vocem populi in omnibus quę loquuntur tibi, Non enim abiecerunt te, sed me, ne regnem super eos. Ecce per magistratus legitimè constitutos, præcipuè verò illos, qui spiritualibus gubernaculis ordinaria vocatione præsident, Dominus Deus seipsum regnare profitetur, qui etiamsi in manifesta crimina prolabantur, vt filij Samuëlis, ex hac

hac tamen historia eluceſcit, grauiſsimè Deum offendere illos, qui hac occaſione res nouas moliuntur. In quibus quantò magis proſiciuntur, tantò grauiora diuerſarum afflictionum mala ſibiipſis accerſunt, multoque maiora, quàm illorum quos reijciunt, repudiatione ſe declinaturos ſperauerunt. Filij Samuëlis auaritiam ſectantes, peruertendo iudicium accipiebant munera. Reijciunt illos ſubditi, & poſtulant ſibi regem. Quid verò ſub rege erant paſſuri? Hoc eſt, inquit Samuel ius regis, qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietq; ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum, &c. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias & focarias & paneficas. Agros quoque veſtros & vineas & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros & ancillas & iuuenes optimos & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit, & vos eritis ei ſerui. In quem locum D. Greg. Magnus, Cùm, inquit, ſacerdotes malè viuunt, à laicis iudicandi non ſunt. Dignè indigniorem recipiunt Iſraelitæ, qui indignum indignè eijcere præſumpſerunt. Nam de filijs Samuëlis dicitur: Acceperũt munera, & peruerterunt indicia. De eo autem rege, quem filij Iſrael petunt, terribiles valdè minæ proferũtur, quia dicitur: Agros veſtros tollet

Greg. lib. 4. expoſit. in 1. Reg. cap. 4.

& oliueta, & dabit seruis suis. Et quis sapiens non attendat, quia nequius sit, publica violentia agros & vineas tollere, quàm vt acciperent munera, prætextu veritatis iudicium permutare? Hæc culpa, quadam verecundia tegitur, pudore obumbratur. Culpa verò illa tantò nequior cernitur, quantò manifestius atque atrocius perpetratur. Hæc ibi D. Gregor. Sed insuper hoc quoque à regia dignitate actum est, vt cap. 1. libri 4. expositionis in 1. Reg. obseruauit idem Gregor. vt populus qui malos Samuëlis filios abijciendo, Deum ipsum obliquè abiecerat, posteà pessimo exemplo & præcepto regum, manifestè à Deo apostataret, idola coleret & simulacra adoraret. Omnia quidem hæc iuxta egregij doctoris vocē, in figura contingebāt illis, scripta sunt autem propter nos.

1. Cor. 10. Iam quidem apertè cognoscimus, inquit ibidem D. Gregor. horum Israëlitarum audaciam, quæ diuinæ indignationis iudicia secuta sint, & tamen contra voluntatem Dei, contra prælatorum sanctæ Ecclesiç consilium, agenda proponere non timemus. In malo quoq; proposito reprehensi resistimus, & salubria maiorum consilia, insuperabili malo peruicaciæ vincere conamur. Videmus quanti mali incrementum sit, pereuntes aspicere, & sequi ad perditionem, eorum vestigia non timere: pœnales laqueos mortis incurrentes cernere, & ipsidem laqueis irretiri nequaquā metuere. Hæc ille. Notum est quid florentissimo Græcorum regno

regno acciderit, qui cum Romanæ Ecclesiæ obedientiam præstare detrectarent, ecce iam 100 annis plusquàm Barbaricæ seruitutis iugum sub immanissimo Turca sustinent. Sed quid opus longè vt factorum exempla petantur? In vicinis quibusdam prouincijs excussernnt leue iugum Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, profligauerunt sacerdotes, vastarunt Ecclesias, in exilium eiecerunt vniuersos suitæ & Catholicæ religionis professores, famelicam & rapacissimam perditissimorum hominum colluuiem recipientes, nec hoc contenti, vt mala sua grauioribus malis accumularent, spreto & abiecto rege suo longè optimo & clementissimo, Deumque religiosissimè colente, stolido ranarum æsopicarum exemplo non vnam sed plures sibi accersiuerunt ciconias, à quibus longè grauius affliguntur, quàm Samuel suos Israelitas affligendos spiritu prophetico prædixit. O cœcitatem nõ vno lachrymarum fonte plangendam.

Ex lib. 1. Reg. Marcus Marulus libr. 3. cap. 5. & citat Conr. Lycosthenes Saul & Doeg sacerdotes Nobe interficientes, (alijs ministris id scelus detrectantibus,) seipsos postea interemerunt.

CAP. VIII.

EMissarij Saulis regis, iussi interimere sacerdotes Nobe, eò quod Dauidem (quem ipse rex persequebatur) suscepissent, non sunt ausi manum eis inferre. Aderat rex, in fa- 1. Reg. 22.

cinus

cinus vrgebat: cunctantibus iratus minabatur. At illi immoti fixique steterunt, adeò ipsimet occidi, si sors ita fieret, quam occidere Dei ministros malebant. Serui denique morte contempta, prætulerunt furentis domini iussioni reuerentiam sacerdotum: Doeg verò Idumæus, cui nulla religio, nullus Dei metus erat, nec sacerdotum quidem eius cruore manus suas fœdare timuit, nec distulit pios coram impio rege iugulare, vt illi morem gereret. Doeg interpretatur mortuus, ne nescias morte æterna damnandum esse, quisquis tam excellentis ordinis viris iniuriam irrogare non perhorreret. Ac ne tam immane flagitium, vel Sauli vel ipsi Doeg impunè cessisse existimes, ambo simul, cùm in Gelboe Philistinos fugerēt, iusto Dei iudicio proprijs mucronibus incubuerunt, semet interficientes, qui sacerdotes interfecerant. Hæc Marulus.

Ex lib. 3. Reg. cap. 12. 13. & 14. Ieroboam amoto antiquo & vero Dei cultu, constituit sacerdotes de extremis populi, reprehenditur à viro Dei contra quem cùm extenderet manū, mox arefacta est oranteq; viro Dei, restituitur manus pristino vigori.

CAP. IX.

CVM populus defecisset à rege Roboam ad Ieroboam, atque hic metueret, ne reuerteretur regnum ad domum Dauid, ait intra se: si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem, con-

uer-

vertetur cor populi huius ad Dominum suum Roboam regem Iuda, interficientque me, & reuertentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltra ascendere Ierusalem. Ecce dij tui Israel, qui reduxerunt de terra Aegypti. Et factum est verbum hoc in peccatum. Et fecit fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui nō erant de filijs Leui. Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis, quę celebratur in Iuda. Et ascendens, altare similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat. Constituitque in Bethel, sacerdotes excelsorum quæ fecerat, & ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filijs Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum. Et ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Bethel, Ierobam stante super altare, & thus iaciente. Et exclamauit cōtra altare in sermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est Dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur, ciuis, qui in eo est. Cumque audisset rex sermonem hominis Dei, quem in-

cla-

Simili strata gemate in Belgio electi sunt sacerdotes Catholici, amotus legitimus magistratus, inuentúsq; Caluinismus, ne reuertatur populus ad dominum suum regem.

clamauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum, & exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere ad se. Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone domini. Et ait, rex ad virum Dei: Deprecare faciem domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Orauit vir Dei, faciem Domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Post hæc cùm Abia filius Ieroboam ægrotaret, mitteretque vxorem suam ad Ahiam Prophetam, vt consuleret eum super filio suo, respondit Propheta: Ego missus sum ad te durus nuncius, quia hæc dicit Dominus, ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli, &c. Ecce hæc fuit merces abolentis verum Dei cultum, & maiorum suorum religionem, remouentis legitimos Dei sacerdotes, & alios de extremis populi constituentis, ascẽdentis super altare, vt adoleret incensum.

3. Reg. 14.

Ex 3. libr Reg. cap. 19 & 4. Reg cap. 9. Desuneſto interitu impiæ reginæ Iezabel, quæ occidit Prophetas Domini & Eliam mortem erat interminata.

CAP. X.

Im-

Impia Iesabel cùm occidisset prophetas domini, atque insuper Eliæ mortem minaretur, timens sibi Elias, abijt quocunque ferebat voluntas, tandemque petens animæ suæ vt moreretur, ait: sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior sum quàm patres mei, zelo relatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum domini filij Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam, vt auferant eam. Non reliquit multam DEVS hanc in seruos & prophetas suos crudelitatem. Enimuerò cũ rex Iehu veniret in Iesrael, impia Iezabel depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam. Leuauitque Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt: Hæc est illa Iezabel. At ille dixit eis. Præcipitate eam deorsum, & præcipitauerunt eam. Aspersusque est sanguine paries, & equorum vngulę conculcauerunt eam. Cumque introgressus esset, vt comederet, biberetque, ait: ite & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia regis est. Cũq; issent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus. Reuersique nunciauerunt ei, & ait Iehu: Sermo domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens: in agro Iezrahel comc-

medent canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciẽ terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant: Hæccine est illa Iezabel?

Ex 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip. 26. Derege Ioas, qui thesauros templi temerè surripiens, à seruis suis interficitur. Item de Oziarege, qui volens adolere incensum, monitus à sacerdotibus non esse hoc sui muneris, & contemnens, lepra percutitur.

CAP. XI.

CVM Azahel rex Syriæ, pugnaret contra Geth eamque cœpisset, dirigeretque faciem suam, vt ascenderet in Ierusalem, tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ cõsecrauerat Iosaphat, & Ioram & Ochorias patres eius, Reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, & vniuersum argentum, quod inueniri potuit in thesauris templi domini, misitque Azaheli regi Syrię, vt recederet ab Ierusalem. Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in domo Mello in descensu sela, & mortuus est.

Ozias quoque rex cum iam auxilio Domini roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes domini octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixe-

runt:

runt: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incen
sum domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum
Aaron, qui consecrati sunt ad huiusce modi
ministerium. Egredere de sanctuario, ne con-
tempseris, quia non reputabitur tibi in glori-
am hoc à domino Deo. Iratusque Ozias, & te-
nens in manu thuribulum vt adoleret incen-
sum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta
est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in
domo domini, super altare thymiamatis. Cū-
que respexisset eum Azarias Pontifex, & om-
nes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in frō
te eius, & festinato extulerunt eum. Sed & ip-
e perterritus accelerauit egredi, eo quod ili-
ō sensisset plagam domini. Fuit igitur Ozias
rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & ha-
bitauit in domo separata plenus lepra, ob quā
exclusus fuerat de domo domini.

*Danielis 1. 4. & 5. cap. De pœna Nabuchodo-
nosoris regis, qui abstulit vasa domus Dei, et
funesto casu Balthasaris regis, qui sacris va-
sis cum vxoribus & concubinis suis temu-
lentus abutebatur.*

CAP. XII.

REX Babylonis Nabuchodonosor cùm
expugnasset Hierusalem, abstulit partē
vasorum domus Dei, & asportauit ea in
templum Dei sui, qui posteà ex hominibus ab-
iectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore
cæli corpus eius infectum est, donec capilli
eius in similitudinem aquilarum crescerent,

& vngues eius quasi auiũ. Qui postea sibi regnoq; suo restitutus, agnouit potẽtiam & iustitiam Dei, qui gradientes in superbia, possit humiliare. Porrò pronepos eius Balthasar, immemor huius vindictæ proaui sui, cum grande conuiuium optimatibus suis apparasset, præcepit iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ absportauerat Nabuchodonosor: Non quidem genitor, sed proauus eius, pater eius de templo quod fuit in Ierusalem, vt biberent ex eis rex, & optimates ex vxores eius & concubinæ. In eadem autem hora, apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis, contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ. Et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Et immutata est facies regis, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Sed & optimates eius conturbabantur. Tandem Daniel introductus coram rege, commemorauit illi superbiam Nabuchodonosoris patris sui, & quomodo Deus eum humiliasset. Tu quoque, inquit, filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cùm scires hæc omnia, sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es. Et vasa domus eius allata sunt coram te, & tu & Optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis. Deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos, qui non vident neque audiunt, neq; sentiunt,

siunt, laudasti: Porrò Deum qui habet flatum
tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glo
ficasti. Idcircò ab eo missus est articulus ma-
nus, quæ scripsit hoc quod exaratum est. Hæc
est autem scriptura quæ digesta est: Mane The-
cel Phares, & hæc interpretatio sermonis: Ma-
ne numerauit Deus regnum tuum, & comple-
uit illud. Thecel, appensus es in statera: & in-
ventus es minus habens. Phares diuisum est
regnum tuum, & datum est Medis & Persis.
Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpu-
ra, & circundata est torques aurea collo eius,
& prædicatum est de eo quod haberet potesta-
tem tertius in regno. Eadem nocte interfectus
est Balthasar rex Chaldæus, & Darius Medus
successit in regnum annos natus sexaginta
duos.

Extabr. 1. Machabæorum cap. 1. 2. & 6. Rex Antiochus ob prophanatum & spoliatum templum Hierosolymitanum, variis malis ac doloribus afflictus miserrima morte interiit.

CAP. XIII.

In hoc capite videre est quãdã imagi nem nostrorũ infœlicium temporum.

ANtiochus postquàm percussit Aegyp-
tum, ascendit Hierosolymam. Et intra-
uit in sanctuarium cum superbia, & ac-
cepit altare aureum, & candelabrum luminis,
& uniuersa vasa eius, & mensam propositio-
nis, & libatoria & phialas, & mortariola au-
rea, & velum, & coronas, & ornamentum au-
reum, quod in facie templi erat, & cõminuit

omnia. Et accepit aurum & argentum, & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos, quos inuenit, & sublatis omnibus abijt in terram suam, &c. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna. Et accepit spolia ciuitatis. Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. Et posuerunt arma & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic, & facti sunt in laqueum magnum. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem, & fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerunt eã. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublimitas eius conuersa est in luctum. Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus vnus. Et reliquerunt vnusquisque legem suam, & consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi. Et multi ex Israel consenserunt ei, & sacrificauerunt idolis, & coinqui-

nauc-

uerunt sabbatum. Et misit rex Antiochus
bros per manus nunciorum in Ierusalem, &
omnes ciuitates Iudæ, vt sequerentur leges
entium terræ, & prohiberent holocausta &
crificia & placationes fieri in templo Dei, &
rohiberent celebrari sabbatum & dies solen
s. Et iussit coinquinari sancta, & sanctum
opulum Israel. Et iussit relinquere filios in-
rcunciſos, & coinquinari animas eorum in
mnibus immunditijs & abominationibus,
vt obliuiscerentur legem, & immutarent
mnes iustificationes Dei. Et quicunque non
eciſſent secundum verbum regis Antiochi,
orerentur. Secundum omnia verba hæc scri-
sit omni regno suo, & præposuit principes
populo, qui hæc fieri cogerent, & quicunque
bseruabat legem domini, secũdum edictum
egis trucidabant eum, & mulieres quæ cir-
ncidebant filios suos, trucidabantur. Et mul
de populo Israel definierunt apud se, vt nõ
manducarent immunda, & elegerunt magis
ori, quàm cibis coinquinari immundis, &
luerunt infringere legem Dei sanctam, &
ucidati sunt. Porrò Matathias, cùm sollici-
retur, vt faceret iussum regis, promittere-
tque illi amicitia regis, auriq́ue & argenti
mmere multa, respondit magna voce: Etsi o-
nes regi Antiocho obediant, vt discedant v-
nusquisque à seruitute legis patrum suorum,
& consentiant mandatis eius, ego & filij mei,
fratres mei obediemus legi patrum nostro-

rum. Propitius sit nobis DEVS, non est nobis vtile, relinquere legem & iustitias Dei. Non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse & filij eius in montes, & reliquerũt quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descẽderunt multi, quærentes iudicium & iustitiam in desertum, & sederunt ibi ipsi & filij eius, & mulieres eorum, & pecora eorum, quoniam innudauerunt super eos mala. Congregati deinde sunt ad Matathiam omnes voluntarij in lege, & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua, & cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. Et circumiuit Matathias & amici eius, & destruxerunt aras, & circumciderunt pueros incircuncisos, quotquot inuenerũt in finibus Israel in fortitudine. Et prosecuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eorum. Et obtinuerũt legem de manibus gentium, & de manibus regum, & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies Matathiæ moriendi, & dixit filijs suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergò ô filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum.

rum. Et mementote operum patrum quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Abraam nónne in tentatione inuentus est fidelis, & reputatũ est ei ad iustitiam? Ioseph in tempore angustiæ suę custodiuit mandatum, & factus est dominus Aegypti. Phinees pater noster zelando Zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. IESVS dum impleuit verbum, factus est dux in Israel. Caleph dum testificatur, in Ecclesia accepit hæreditatem. Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula. Elias dum zelat Zelum legis, receptus est in cœlum. Ananias, Azarias, & Misahel credentes, liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperãt in eum, non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus & vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt. Porrò Antiochus ille sacrorum omnium prophanator ac direptor, cũ de Iudæorum victoria & suorum strage cognouisset, (vide obsecro etsi seram, seriam tamen Dei vindicis vltionem) expauit & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non est factum sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna, & *1. Macha. 6.*

arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos,& dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis,& concidi & corrui corde præ sollicitudine. Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ,in qua nunc sum, qui iucundus eram & dilectus in potestate mea. Nunc verò reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem: vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea,quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. Cognoui ergò, quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Quomodo autem & quàm fœda & horrēda morte perierit, plenius refertur lib. 2. Machabæorum cap. 9. Cùm enim elatus ira, arbitraretur se iniuriam illorum qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere,iussit agitari currum suum, fine intermissione agens iter, cœlesti eum iudicio perurgente,eo quod ita superbè locutus est,se vēturum Hierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili,& inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum,& amara internorum tormenta. Et quidem satis iustè, quippè qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licèt ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelera-

lerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humilitatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestã Dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij, vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerẽt, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulò ante sidera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cepit ex graui superbia ductus, ad agnitionem sui venire, diuina ammonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cùm nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait: Iustum est, subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Orabat autem hic scelestus dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus, & ciuitatem ad quam festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, nunc optat liberam reddere, & Iudæos, quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiẽdos tradituum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum polliceatur: templum etiam sanctum, quod prius spoliauerat, optimis donis ornaturũ, & san-

cta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum. Super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustum Dei iudicium (commendat filium suum Iudæis. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est. Quod autem pœnitentia ductus, misericordiam non sit consecutus, huius rationem reddit Lyranus, nempè pœnitentiam eius non fuisse veram, non enim fuit propter offensam Dei, sed tantum propter euasionem corporalis flagelli, eoque non fuit misericordiam consecutus, nec in culpæ nec in pœnæ remissione.

In cap. 9. lib. 2. Mach.

Ex lib. 1. Machabæorum cap. 9. Alcimus præcipiens destrui muros domus sancti interioris, admirabili plaga repentè diuinitus percutitur.

CAP. XIV.

ANno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum. Et cœpit destruere. In tempore illo percussus est Alcimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui verbũ, & mandare de domo sua. Et mortuus

nus est Alchimus in tempore illo cũ tormento magno.

Ex libr. 2 Machabæorum, cap. 3. Heliodorus missus ad rapiendos templi thesauros, sacerdotibus Deum inuocantibus, diuinitus flagellatur rursusq; Oniæ summi sacerdotis precibus liberatur.

CAP. XV.

CVM sancta ciuitas habitaretur in omni pace, legis autem adhuc optimè custodirentur propter Oniæ Põtificis dispositionem & pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorũ pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin, depositus templi constitutus, contendebat adstante sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cùm vincere Oniam non posset, venit ad Apolloniũ Thrasæ filium, qui illo tempore erat dux Coelesyriæ & Phœnicis, & nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis, & communes copias immẽsas esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum, esse autem possibile sub potestate regis cadere omnia. Cumque retulisset ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorũ, qui erat super negocia eius, misit

Salus Ecclesiæ in summi sacerdotis dignitate et integritate consistit, inquit Hieron.

misit cum mandatis, vt prædictam pecuniam transportaret. Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Coelesyriã & Phœnicem ciuitates esset peragraturus, re autem vera regis propositum perfecturus. Sed cùm venisset Ierosolymam, & benignè à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adesset, aperuit. Interrogabat autem, si verè ita hæc essent: Tunc summus sacerdos ostendit depositæ hæc & victualia viduarum, & pupillorum, quædam verò esse Hyrcani Thobiæ viri valdè eminentis, in ijs quæ detulerat impius Simon, vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta: decipi verò eos qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundũ honoratur, & sui veneratione & sanctitate, omninò impossibile esse. At ille pro ijs quę habebat in mandatis rege, dicebat omninò regi ea esse deferenda. Constituta autem die intrabat de ijs Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cũ stolis sacerdotalibus iacauerunt se, & inuocabant de cœlo eum, qui de depositis legem posuit, vt ijs qui deposuerant ea salua custodiret. Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur. Facies enim & color immutatus, declarabat internum animi dolorem. Circumhsa erat enim męstitia quædã viro, & horror corporis, per

per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam gregatim de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes pro eo quod in contemptum locus esset venturus. Accinctæque mulieres cilicijs pectus, per plateas confluebant, sed & virgines quæ conclusę erant, procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò per fenestras aspiciebant, vniuersæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur. Erat enim misera commixtæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone constituti expectatio. Ipsi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita sibi ijs qui crediderant: cum omni integritate conseruarentur. Heliodorus autem quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes quiausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute in dissolutionem & formidinem conuerterẽtur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus. Isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur habere arma aurea. Alij etiam duo apparuerunt iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu, qui circumsteterunt eum, & ex vtraq; parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberãtes. Subitò aũt Heliodorus concidit in terram, eumq; multa ca-

caligine circumfusum rapuerunt, atq; in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is qui cũ multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. Hi autem dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum, & templum quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente domino, gaudio & lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. Considerans autem summus sacerdos, ne fortè rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos exoraret, ijdem iuuenes eisdem vestibus amicti stantes, Heliodoro dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age. Nam propter eum dominus tibi vitam donauit. Tu autem à Deo flagellatus, nuncia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus autem hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei q̃ viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei. Cùm autem rex interrogasset Heliodorum, quis

quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, ait: Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit, eo quod in loco sit verè Dei quædam virtus: Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendũ periturit ac perdit.

Exlibr. 2. cap 4. Machabæorum Andronicum Oniam Pontificem dolo occidens, postea purpura exutus, totamq; per ciuitatem circunductus, in eodem loco, in quo Oniam interfecerat occiditur.

CAP. XVI.

CVM apud Tharsenses & Mellotas seditio moueretur, rex Antiochus festinanter illuc venit, sedare illam, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico. Ratiantem Menelaus accepisse se tempus oportunum, aurea quædam vasa è templo furatus, donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro & per vicinas ciuitates. Quod cùm certissimè cognouisset Onias, arguebat eum: ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando, quamuis esset ei suspectus, suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non veritus iustitiam. Ob quam causam non solum Iudæi, sed etiam aliæ quoque nationes indignabanban-

bantur, & moleſtè ferebant, de nece tanti viri iniuſta. Sed regreſſum regem de Ciliciæ locis, adierunt Iudæi apud Antiochiam, ſimul & Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contriſtatus itaque Antiochus animo propter Oniam, & flexus ad miſericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatem & modeſtiam. Accenſiſque animis Alexandronicum purpura exutum per totam ciuitatem iubet circunduci, & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vita priuari, domino illi condignam retribuente pœnam.

Ex eod lib. 2. cap. 4. & 8. Machabæorum, Lyſimachus multis in templo commiſſis ſacrilegijs, ante ærarium interficitur. Caliſthenes, cùm ſacras ianuas incendiſſet, incendio conſumitur.

CAP. XVII.

MVltis ſacrilegijs in templo à Lyſimacho commiſsis, Menelai conſilio & diuulgata fama, congregata eſt multitudo aduerſus Lyſimachum, multo iam auro exportato. Turbis autem inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſimachus armatis fere tribus millibus, iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno ætate pariter & dementia prouecto. Sed vt intellexerunt conatum Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuêre, quidam verò cinerem in Lyſimachum iecere: & multi quidem vulnerati, quidam autē &

& proſtrati, omnes verò in fugam conuerſi ſunt. Ipſum etiam ſacrilegum ſecus ærarium 2. Mach. 8.
interfecerunt. Et cùm epinicia agerent in Hie
roſolymis, eos qui ſacras ianuas incenderunt,
id eſt, Caliſthenem, cùm in quoddam domici-
lium refugiſſent, incenderũt, digna illis mer-
cede pro impietatibus ſuis reddita.

*Ex 2. Machabæorum cap. 13. De funeſto in-
teritu Menelai ſacrilegi.*

CAP. XVIII.

CVM Antiochus Eupator veniret cum multitudine magna contra Iudæam, cõ-
miſcuit ſe illis & Menelaus, & cũ mul-
a fallacia deprecabatur Antiochum, non pro
patriæ ſalute, ſed ſperans ſe conſtitui in prin-
cipatum. Sed rex regum ſuſcitauit animos
Antiochi in peccatorem, & ſuggerente Lyſia
hunc eſſe cauſam omnium malorum, iuſsit vt
eis eſt conſuetudo, comprehenſum in eo-
dem loco necari. Erat autem in eodem loco
turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum
vndique habens cineris. Hæc proſpectum ha-
bens in præceps. Inde in cinerem iuſsit deij-
ci ſacrilegum, omnibus eum propellentibus
ad interitum. Et tali lege præuaricatorem le-
gis contigit mori, nec terræ dari Menelaum,
quidem ſatis iuſtè. Nam quia multa erga a-
rem Dei delicta commiſit, cuius ignis & cinis
erat ſanctus, ipſe in cineris morte damnatus
eſt.

Ex 2. Machabæorum cap. 14. & 15. De Nicanore, qui iurabat se templum Domini Libero patri dedicaturum, et Deum sabbati authorem spernebat, eiusque imperitu.

CAP. XIX.

NIcanor cùm veniſſet ad maximũ & ſanctiſsimum templum, ſacerdotibus ſolitas hoſtias offerentibus, iuſsit tradi ſibi Iudam. Quibus cum iuramento dicentibus, neſcire ſe vbi eſſet, extendens manum ad templum, iurauit dicens: Niſi mihi Iudam vinctum tradideritis, iſtud Dei phanũ in plenitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri conſecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes aũt protendentes manus in cœlũ, inuocabant Deũ, qui ſemper eſſet propugnator gentis ipſorum, hæc dicẽtes: Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tuæ in nobis fieri. Et nunc ſancte ſanctorum omnium domine, conſerua in æternum domum iſtam impollutam, quæ nuper mundata eſt. Nicanor autem, vt comperit Iudam eſſe in locis Samarię, cogitauit die ſabbati cum omni impetu cõmittere bellum. Iudæis verò qui illum per neceſsitatem ſequebantur, dicentibus, Ne ita ferociter & barbarè feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & honora eum qui vniuerſa conſpicit. At ille infelix interrogauit, ſi eſt potens in cœlo, qui imperauit agi diem ſabba-

2. Macha. 15.

betorum? Et respondentibus illis: Est dominus viuus, ipse in cœlo potens, qui iussit agi septimam diem. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat communem trophæum statuere de Iuda. Machabæus autem confidebat semper cum omni spe auxiliũ sibi à Deo affuturum, & hortabatur suos, ne formidarent ad aduentũ nationum, &c. Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò & qui cum eo erant, inuocato Deo per orationes, cõgressi sunt, manu quidem pugnantes, sed & dominũ corde orantes, prostrauerunt non minus triginta quinque milia, præsentia Dei magnifice delectati. Cumque cessassent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore & perturbatione suscitata, patria voce omnipotentem dominum benedicebant. Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori ciuibus paratus erat, caput Nicanoris & manum cum humero abscissam Ierosolymam deferri. Quo cùm peruenisset, conuocatis cõsimilibus sacerdotibus ad altare, accersijt & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris & manu nepharia, quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnifice gloriatus est. Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus

dari, manum autem dementis cõtra templum ſuſpendi. Omnes igitur cœli benedixerunt dominum, dicentes: Benedictus qui locum ſuum incontaminatum ſeruauit. Suſpenditantem Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidens eſſet & manifeſtum ſignum auxilij Dei.

Nicephorus Calliſt. libr. 11. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 18. Valens Imper. exilij libello contra Baſilium ſcripto, ſubſcribere volens, nullam exarare potuit literam, calamo diuinitus confracto, & manu tremore concuſſa.

CAP. XX.

VAlens Imper. cum D. Baſilium, vt Arrianis conſentiret, inducere non poſſet, proſcribere eum inſtituit. Et iam exilij libellus ſcriptus erat, quem vbi manu ſua Valens roborare conatus eſt, literam nullam exarare potuit, calamus namque ſtatim eſt confractus. Quod vbi in altero, & etiam tertio adſcribendũ ſicut cõuenit aptato, itidé vt in primo accidit, & ipſe adhuc in ſcripto impio cõfirmando perſtitit, manus ei ſupra quam credi poteſt, concuſſa, tremore intolerabili eſt occupata. Proinde animo perculſus, atque pauore plenus, charta correpta, ambabus eam dilacerauit manibus. Paulò verò poſt præfecto quoque accidiſſe dicunt, vt morbo circunuentus graui, vbi vindictam ſupplex eſt deprecatus, totus conualeſceret.

Nice-

Nicephorus Calliſtus libr. 11. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 25. Cubicularius Valentis Imperat. ob malè tractatum Aphraatem, orthodoxos in vera religione confirmantem, mente captus feruentibus balnei aquis ſuffocatur.

CAP. XXI.

EX Cubicularijs Valentis Imper. quidam, qui ſanctum virum Aphraatem propter animi temeritatem grauius tractauerat, in balneum confeſtim ingreſſus, vt principi lauationem prępararet, mente captus, & in calidas aquas delapſus, ibi vitam finiuit. Imperator aliquandiu expectans, & extrahi ea mora tempus quęrens, alijs cauſam eius rei inquirendam ſibi renunciare præcepit. Qui cùm eò venijſſent, & omnia circumſpexiſſent, illum in calidis vndis morte frigida peremptum reperierunt. Quod vbi Imperator cognouit, ob quid quidam petulantis, Aphraatæ ſancto illatæ iniuriæ, & contumeliæ eſſe, rectè arbitratus eſt. De impio autem dogmate eundem, iuſta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum.

Exempla aliquot reuerentiæ & dignitatis ſacerdotalis, quæ ex M. Maruli lib. 3. cap. 5 recenſet Conr. Lycoſth. licèt in alteram religionem propenſus lib. 12. Theatri.

CAP. XXII.

IOannes primus, qui Hormiſdæ in ſummo pontificatu ſucceſsit, Conſtantinopolim verſus pergens, cùm Corinthum diuertiſ-

set, equum ei à quo commodatum acceperat, restituit. Hoc equo, quod inter alios mansuetior esset, vti solebat vxor eius qui commodauerat. Post hæc verò cùm illa inscendere vellet, ferocire equus, ac velut effrenis & indomitus circumagere sese, nec omnino pati, vt cuius dorso pontifex iam sedisset, mulier sederet. Cuius rei nõ mediocris admiratio tum ipsam, tum virum cepit: seque illo equo deinceps indignos iudicantes, eum pontifici, cui prius commodato concesserant, muneri obtulerunt. Docuit iumentum, quod homo ignorabat, non solùm Ecclesiæ antistitis personam esse honorandam, sed etiam locum in quo cõstiterit, atque adeo sedem ipsam, in qua se aliquando collocarit.

Marcellinus Anconæ vrbis Episcopus, cũ podagræ morbo fractus ac debilitatus incedere pedes non posset, gestari se iussit, & contra incendium, quo vrbs ipsa cõflagrabat deponi: mira res, ad illum vsque flamma perueniens, retrocedere cœpit; paulatimque vanescens, sæuire desijt, & sopita defecit. Quod signis, id est, inanimale elementum sacerdotij virtutem sensit atq; refugit: quis tam impudens est, vt eandem reuereri, eidemque sese inclinare subijcereque contemnat?

Fratrum Minorum institutor ac pater Franciscus, maximo semper honore sacerdotes prosecutus est. Dicere solitum tradunt, si cui sanctorum è cœlo in terram lapso, & cum illo si-

mul

mul sacerdoti fortè occurrisset, prius se sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reverentiam facturum sancto. Plus se debere illi significans, qui CHristi & Apostolorum vices in terris gereret, quàm illi quem iam cum CHristo regnare nosset. Quanta autem res esset sacerdotium, in eo ostendit, quod se indignum illo iudicans, nunquam promoueri passus sit: soloque diaconatus officio contentus quoad vixit, fuit. Cogitent nunc sacerdotes, qualis eos deceat perfectio, si Franciscus suam non sufficere credidit.

Mariam Aegyptiacam Zozimas Abbas in deserto orantem, corpore supra terram attolli vidit, supra aquas Iordanis ambulantem nõ mergi, & stupefactus genua ante illam flectere reverentiæ gratia voluit. At mulier sacerdotalem in ipso dignitatem animaduertens, non permisit. Sed econtrà honorem quo se indignam censuit, ei detulit. Maius quiddam existimans, sacerdotem esse, quàm miracula facere.

A Constantino Imperatore legem editam traduntur, qua decernit, plus honoris deberi hominí in sacerdotali dignitate cõstituto, quàm illi alij vel domino vel regi: certũ enim esse, in illis honorari Christum, qui vicem Christi in terra gererent, non in illis qui imperarent terræ. Solis autem Apostolis, quorum locum sacerdotes tenent, à domino dictum esse: Qui vos recipit me recipit, & qui me recipit, recipit

De hac lege Cõstãtini, vide Theodor. libr. 1. cap. 2. histor. Eccle.

pit eum, qui me misit. Martinus Turonensis Episcopus, à Valentiniano Imperatore inuitatus, cum multis principibus viris vna recumbentibus primus poculum accepisset, in quo circumferendo (sicut tunc mos erat) honoris ratio ducebatur, eo gustato, presbytero suo post se hauriendum porrexit. Neminem ex omni illo numero conuiuarum digniorem decernens, cui secundum locum honoris daret, ne ipsum quidem Valentinianum Augustum Valentinianus, cùm aliquando adeunti se Martino non assurrexisset, atque etiam rem quandam petenti subiratus repulsam daret, statim flamma à solo sursum versus emicante, assurrexit inuitus: & miraculo perterritus, petita concessit, multoque deinde honore afficere Episcopos pariter & presbyteros cœpit. Liquido iam perspiciens, terrenam dignitatem diuinæ cedere debere: & sacerdotio prædi-tos, æquum esse etiam ab Imperatoribus honorari.

Illud idem de Rodolpho Habsburgensi comite narratur, qui cùm in itinere sacerdotem cum ædituo sacra ferentes inuenisset, sacerdotem suo, ædituum serui equo impositos, pedes comitatus est. Qua quidem humilitate non sibi tantum, verùm & posteris suis, ad apertissimos in republ. Christiana honoris aditum fecisse, à multis creditur.

Ioan.

Ioan. Zonoras tom. 3. Annalium. De libertate Episcopi Oeniandi erga Imperat. Anastasium.

CAP. XXIII.

ANno 25. sui imperij impurus Anastasius Episcopum Oeniandum audiens disertum admodum esse, & qui ora omnibus sententię de passo Deo assertoribus obturaret: eum hortatus est, vt ad suam factionem decisceret, pollicens eum quidquid petijsset ilicò accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad orthodoxos transi: ne, dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris. Simulque apprehendens Imperatoris chlamidem: Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, ô Imperator: sed sola comitabitur te pietas, ac virtutum habitus. Missam fac Ecclesiam, quam CHristus suo redemit sanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neque vllum Ecclesiæ decretum perfectè intelligis: tantum impostoris & scurrilibus calumnijs fatuos terres. Satis sit tibi dignitatis, quod Imperator es: antistites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator pudore suffusus, obmutuit. Pauperrimus autem cùm esset ille Episcopus, ne obulum quidem ab imperatore voluit accipere: adeo liber erat, & solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens.

Ioannes Zonaras Annalium tom. 3. Theophilus Imper. veniam & salutem piorum sacerdotum precibus à Deo impetrat.

CAP. XXIV.

THeodora Imperatrix instantissimè orauit Patriarcham, aliosque Pontifices & monachos, vt communibus precibus Imperatoris & coniugis sui salutem à Deo exorarent. Quod quum illi feruentibus animis fecissent, aiunt Deum preces seruorum suorum non esse aspernatum, sed ignouisse Imperatori Theophilo. Celebrantur hæc, & ab eis qui Dei humanitatem intuentur, & recipiuntur & creduntur. Neque verò quisquam eis fidem abrogarit, nisi qui parum posse intercessiones sanctorum apud Deum senserit, & Dei bonitatem cum humanis erratis componere ignorarit.

Albertus Crantzius libr. 4. Saxoniæ cap. 7. Bernardus Episcopus Halberstadensis Othoni Magno Imperat. volenti Episcopatum transferre, resistit, coniectus ab Imperat. in vincula, magna animi constantia Imperatorē excōmunicat, qui pastoris sententiā reuerentes eum carceribus laxat.

CAP. XXV.

OTto Imperator, Henrici Aucupis filius, cùm pontificatū de Vallersleue in Magdeburgum illustriorem locum transferre moliretur, non putauit in sua prouincia supereſſe quenquam super consensu interpel-

lan-

landum, paulisper in ea re vir militaris, alioqui circumspectissimus, lapsus, quod secularis potestas, quæ secularia sunt, administrat: & de prophanis, quæ Deo iubet consecrari, sacra facit: Iam autem diuinis vsibus permissa, extra illius sunt ordinationem. Bernardus Halberstadensis Episcopus ordinationi regis se opponit, quod in illius parochia esset locus, quē nouæ voluit rex diœcesi applicare. Faciebat, angebatque regi animos, quod paterna ditione locus ad se pertineret: Erat enim Burgrauius de Magdeburgo, qui regi permisit, vt eam arcem primæ coniugi donaret titulo propter nuptias. Rex non æquè tulit, quod auderet Episcopus suæ voluntati contraire: Captum ergò perduci iussit in Quedelenburg, & reclusit in carcerem. Sedit aliquandiu bonus pontifex in patientia: si forte rex ad cor reuersus, illum iuberet relaxari. Venerat sacra dies dominicæ cœnæ: recolit Episcopus diuinorum, quæ in Ecclesia tum erant peragenda, ministeriorum: Iubet sacras sibi vestes afferri: paretur. Indutus, orat aduocari regem: Erat enim tunc eo loci. Venit, arbitratus Episcopum mutasse sententiam, consensumque præbiturum ad rem quam instituerat. Vbi rex aderat, Episcopus eleuata manu, execrationem protulit, & excommunicationem in regem, qui manus intulisset CHristo Domini: interdixitque sacris per omnem diœcesim. Rex amentiam interpretatus, quod tale aliquid captus molire-

tur,

tur, primùm videbatur rem excepisse cachinno: vbi profundius cogitabat, sententiam pastoris putabat non esse contemnendam. Itaq; iussit mox laxatum remitti ad Ecclesiam suam, & permansit res infecta per omnes dies, quibus supererat Episcopus memoratus. *Nicephor. Callistus libr. 14. Ecclesiast histor. ca. 43.*

De translatione corporis D. Ioannis Chrysostomi, & quibusdam admirandis operibus, quæ in ea translatione contigerunt, & quomodo Imper. Theodosius se gesserit erga defunctum Chrysostomum.

CAP. XXVI.

PAtriarcha Prochus, cùm sciret Ecclesiam dudum scissam esse propter abrogatam Chrysostomo dignitatem, cósilium quæsiuit, quod Ecclesiam à dissidio & seditione conseruaret, & hominum mœrorem consolaretur. Rem eam Dei ductu mirabiliter est aggressus. Quinto patriarchatus eius anno plebs, quæ piè propter Ioannem tumultuata fuerat, congregata, Proclo persuasit, vt legatione apud Imperatorem fungeretur, vt sanctus ille vir ab iniusto exilio reuocaretur, populusque & Ecclesia orbitate liberaretur, petiturus. Tumulus autem immobilis prorsus fuit. Et quum multæ multorum manus ad eum mouendum adhibitæ essent, nihilo magis loco moueri potuit. Quod vbi Imperator cognouit, statim causam eius rei intellexit. Itaque literis rubrica scriptis, virum sanctum, vt addu-

Tumulus Chrysostomi immobilis.

adduci se pateretur, obtestatus est. Literę ipsæ supra pectus eius positæ, & peruigilium actũ, precesque ad Deum fusæ sunt. Ita tumulus se abducentibus facilem prębuit, & sanctus ipse, pondus eius leuius redditum, vna cum baiulis simul ferè visus est. Literas Theodosij ad eum scriptas, hic referre visum est. Orbis totius doctori, & spirituali patri, Ioanni sancto, & aurei oris patriarchæ, Theodosius Imperator. Corpus tuum itidem vt aliorum mortuum esse putantes, pater honorande, transferre id & adducere ad nos, sicuti filæ parentum amantes, desiderauimus. Quum autẽ debitum prorsus honorem, & quantam opus fuit summissionem & modestiam, eam in rem non contulimus, Imperialis fortasse fastus leges in rebus, quibus nos magis quàm imperio ipso hostes esse decuit, sequuti: non immerito voto nostro excidimus. At tu pater patrum verè reuerendissime (nunc enim veluti viuentem alloquimur) ad desiderium potius nostrum, quàm ad cœptum tuum spectans, veniam da pœnitentibus, qui longè magis quàm alius quisquam pœnitentiam docuisti, & nos vicissim idoneumque castigationis, desiderio flagranti, erroremque suum agnoscenti animæ, eo quod hucusque reditum ad nos tuum dilectasti, exemplum exhibuisti: redde teipsum nobis quęso, redde. Vt enim longiori mora & dilatione nos amplius etiam affligas, neque commiserationis visceribus tuis, neque amori

Theodosij literæ ad Chrysostomũ defunctũ, quibus eum Constantinopolim reuocat.

amori, neque expectationi noſtræ dignum eſt: qui non ſolùm corpus & cineres, ſed ſolam etiam vmbram tuam cernere cupimus. Literæ tales fuêre. Poſtquàm autem itinere confecto, in littus ex aduerſo Conſtantinopoli ad Chalcedonem cum reliquijs ſancti viri peruenere, tranſijt eò Imperator, & ſenatus imperatorius: tranſijt etiam Patriarcha, & iudices, magiſtratuſque omnes. Deinde generis & ætatis homines omnes, per fretum in mari perinde atq; in continente vadentes, & ad Ptopontidem os Boſpori ardentibus funalibus tegentes, ſacrum tumulum imperatoria triremis excepit. Tum ſanè miraculum quoddam edidit Deus, prodigijs quæ vnquam viſa ſunt longè maius. Quum enim certa & conſtans eſſet in mari trãquillitas, repentina ſubitò exorta eſt procella, & naues innumerabiles illius claſſis aliæ alio diuerſæ, ſaluti ſuæ conſulentes diſperſæ ſunt. Ea autem quæ ſacrum illud pondus & præclarum theſaurum vehebat imperatoris triremis, funibus de repentè ruptis, veluti diuina gubernata manu ad viduæ agrum appulit: Viduæ inquam illius, propter quam ſponſa Chriſti Eccleſia paſtore tanto viduata fuerat. Et rurſum poſt mortem quoque iuſto iudicio legitimam ille intulit ſententiam, agrum viduæ authoritate ſua attribuens atque confirmans: Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exilium eius apertè deprecante. Et quoad eius fieri potuit, petram

Infertur honorificentiſſimè Chryſoſtomi corpus in vrbem Conſtantinop.

Per tẽpeſtatẽ ſubitã corpus ſanctũ ad viduæ agrũ appellit, cuius ab Eudoxia ademptus fuerat.

nauis

nauis discidit. quod miraculum hodie quoque cernitur, & egregij illius ardorem eximium quouis præcone clarius attestatur. Hoc vbi factum est, serenitas rursum aduenit, & naues aliæ aliunde collectæ, cum apparatu & comitatu maximo, carminibus debitis, virum sanctum producentes, in vrbem imperantem deportarunt. Eumque primum circa Amantium magni Thomæ excepit: inde verò in sanctæ pacis delubrum delatus, posteà porrò imperiali curru tumulus vectus, in sanctorum Apostolorum fanum illatus est. Ibi Imperator sacro tumulo chlamide tecto, & fronte atque oculis vrnæ impositis, communem supplex precationem pro parentibus fecit. Dum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum relinquentes. Seorsum verò pro matre quoque precatus est, vt tumuli eius motus atque strepitus consisteret. Triginta enim & quinque annos iam is quatiebatur, quo tempore scilicet & ipsa Ecclesiam concutiebat. Nec ille id non exorauit. Confestim namque vrna eius constitit. Atque vbi sacer Proclus virum sanctum in eundem secum thronum collocauit, plebs circunfusa ore vno exclamauit: Recipe, inquiens, thronum tuum, ô pater. Fertur ipse quoq; tum, quę dudum clausa fuerant, labris rursum apertis, ad populum dixisse, Pax vobis: sicuti id circumstantes homines, & Proclus Patriarcha se audiuisse testati sunt. Porrò sacris mysterijs peractis, ad reliqui-

Theodosius pro parentib. suis defunctis precatur ad D. Ioannis tumulum.

Cadaver Chrysostomi in Epāli throno collocatū, pacem precatur populo.

quiarum eius repositionem itum est. Et Episcoporum manibus magnus antistes ad basim sacræ & diuinæ mensæ, veluti sacer & inuiolabilis thesaurus, conditus est, Episcopis Episcopus, martyribus quamuis sine sanguine martyr, prophetis Christi & Apostolis magna aurea Ecclesiæ CHristi tuba, omnes omnium aures personans, & pia dogmata & præcepta clarè musicis planè modulis accinens. Factum id vigesimo septimo mensis Ianuarij die. Ingenti autem facinore isto, illi etiam qui propter ipsum secesserant, persuasi, Ecclesiæ omnes coniuncti atque vniti sunt.

Ex historiæ Tripartitæ lib. 9. cap. 30. Eutropius lib. 13. rerum Romanarum. Theodosius Imperator ob cædem Thessalonicæ excitatam, ab Ambrosio excommunicatus, paret, discitque, Imperatoris & sacerdotis differentiam ab Ambrosio.

CAP. XXVII.

Magistratus imperiales occisi apud Thessalonicã septẽ hominũ milia occisa Thessalonicæ iussu Theodosij.

THessalonica ciuitas est grandis & populosa, in qua cùm fuisset orta seditio, quidam Iudicum lapidati sunt atque trucidati. Hinc indignatus Theodosius, iracundiæ non refrenauit impetum, sed iussit iniustos gladios super omnes euaginari, & vna cum innocentibus interimi. Septem milia etenim hominum (sicut fertur) occisa sunt, non præcedente iudicio, sed tanquam in messibus omnes simul occisi sunt. Huiusmodi clademple-
nam valdè gemitibus, audiẽs Ambrosius, cùm prin-

princeps Mediolanum veniſſet, & ſolenniter in ſacrum voluiſſet intrare templum, occurrit foris ad ianuas, & ingredientem his ſermonibus à ſacri liminis inceſſu prohibuit. Neſcis Imperator perpetratæ à te cædis quantus ſit magnitudo, neque poſt cauſam tanti furoris mens tua molem præſumptionis agnoſcit, ſed fortè recognitionem peccati prohibet poteſtas imperij. Decet tamen vt ratio vincat poteſtatem. Scienda quippè natura eſt, eiuſque mortalitas atque reſolutio, & puluis progenitorum ex quo facti, & in quem redigendi ſimus, & non flore purpureo confidentem infirmitates operti corporis ignorare. Coæquatium hominum princeps es ô Imperator, & conſeruorum. Vnus enim eſt omnium dominus, rex omnium & creator. Quibus igitur oculis aſpiciẽs cõmunis dñi tẽplũ? q̃bus calcatis pedibus ſanctũ illius pauimẽtum? quomodo manus extendes, de q̃bus adhuc ſanguis fluit iniuſtus? quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies ſanctũ dñi corpus? qua temeritate ore tuo poculũ ſanguinis precioſi percipies, quando furore verborum tuorum tantus iniuſtè eſt ſanguis effuſus? Redde igitur, recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas. Suſcipe vinculum, quo te omnium dominus nunc ligat: eſt enim medicina maxima ſanitatis. His ſermonibus Imperator obtemperans (erat enim diuinis eruditionibus innutritus, & apertè ſciens, quæ ſint propria ſacerdo-

Excõmunicatur Theodoſ.

dotum, quæ regum) gemens & flens ad regalia reuersus est. Cumque octo mensium continuorum transisset tempus, propinquauit natiuitatis Saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens, continuas lachrymas incessabiliter expendebat. Ingressus itaque Ruffinus tunc magister, & singularem apud principem habens loquendi libertatem, & videns principem in lamentatione prostratum, accessit vt lachrymarum causam inquireret. At ille amarissimè ingemiscens, & vehementius lachrymas fundens, Tu, inquit, Ruffine ludis, & mea mala non sentis. Ego autem lamentor & gemo calamitatem meam: quia feruis quidem & mendicantibus aperta sunt templa Dei, & proprium dominum ingredientes licitè exorant, mihi verò ingressus ad eum non est. Insuper etiam cœli sunt mihi clausi. Hęc dicens, verba singula singultibus interrumpebat. Ruffinus verò: Curram, inquit, si tibi placet, pontificisq; precibus persuadebo, vt soluator vinculum quod illigauit. Ait Imperator: Non suadebis Ambrosio. Noui ego decretum illius esse iustum, neque verebitur imperialem potentiam, vt legem præuaricetur diuinam. Cumque Ruffinus verbis plurimis vteretur, & promitteret Ambrosium esse flectendum, Imperator eum proficisi cum festinatione præcepit. Ipse verò spe data paulò post est secutus, credens Ruffini promissionibus. Porrò vir mirandus Ambrosius mox vt vidit Ruffinum, ait: Impu-

dentiam canum imitatus es D. Ruffine, tantæ videlicet cædis author existens, pudorem ex fronte detergens, nec erubescis, nec metuis contra imaginem latrare diuinam. Cumque Ruffinus supplicaret, & Imperatorem diceret esse venturum, superno zelo accensus Ambrosius ait: Ego verò, inquit, Ruffine prædico, quod eum ingredi sacra limina prohibebo: si vero imperium in tyrannidem mutabat, necem libenter & ego suscipiam. Hæc alia plurima Ruffinus audiens, nunciauit Imperatori votum antistitis, monés ne de palatio fortè p-cederet. At imperator hęc in media platea cognoscens, pergam, inquit, & iustas suscipiam contumelias. Cumque ad sacra limina peruenisset, in sanctam quidem basilicam non intrauit, sed veniens ad antistitem, & inueniens eum in salutario residentem, supplicabat vt ipsius vincula solueret. At ille tyrannicam dicebat eius esse prȩsentiam, & contra Deum insanire Theodosium, eiusque calcare leges. Verum Imperator: Non, inquit, insurgo aduersus Ecclesiasticas sanctiones, nec iniquè ingredi limina sacra contendo, sed te soluere mea vincula deposco, & communis domini pro me exorare clementiam, nec mihi ianuam claudi, quam cunctis pœnitentiam agentibus dominus noster aperuit. Tum antistes: Quam, inquit pœnitentiam ostendisti post tanta scelera? Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasque curasti? At Imperator, Tu-

Theodosius ad Ambrosium

um, inquit opus est & docere, & medicamina temperare: meum verò oblata susipere. Tum sanctus Ambrosius: Quoniam furori, inquit, tuum iudicium commisisti, & non ratio protulit sententiam, sed protinus iracundia, scribe legem que decreta furoris euacuet, vt triginta diebus sententia necis atque proscriptionis in litteris tantummodo maneat, & iudicium rationis expectet: quibus transactis diebus, ira videlicet iam cessante, ratio causam iudicans, apud seipsam quæ cognouerit, sub veritate disponat. In his enim diebus cognoscetur an iusta sit quam protuleris, an iniusta sententia. Et si quidem ratio probauerit, iniusta quæ sunt prolata abolebit: si verò iusta, firmabit. Dierum verò numerus ad hæc examinanda sufficiet. Hanc admonitionem Imperator animo lubenti susipiens, & optimam esse cõfidens, legem conscribi repentè præcepit, & propriæ manus literis confirmauit. Quo facto vinculum eius soluit Ambrosius. Quæ lex hactenus obseruatur. Est enim huiusmodi.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius.

Auggg. Flauiano, Præfecto, Prætorio Illyrici.

Lex de dilatiõe vindictæ

Si vindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit.

Reos

Reos sanè accipiat vinciatq; custodia, & excubijs solertibus vigilāter obseruet. Sic igitur sa tratissimus Imper. ingredi limina tentans, nō stans domino supplicauit, neque genua flexit, sed pronus in pauimento iacens, Dauidicam proclamauit vocem: Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum. Manibus autem capillos euellens, frontemque percutiens, & pauimento lachrymarum guttas aspergens, veniam impetrare poscebat. Cumque tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lachrymis est ingressus. Cū verò obtulisset, sicuti solitus erat, intra cācellos stetit. Rursus aūt Ambr. nō quieuit, sed differētiā locorū edocuit. Et primò quids interrogauit, quid ibidē expectaret: Imperatore dicente, expectare se sacrorū pceptionem mysteriorum, per Archidiaconum remandauit. O Imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, quæ cæteri nec ingredi, nec contingere permittuntur. Egredere igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe communem. Purpura namque Imperatores, non sacerdotes facit. Tum fidelissimus Imperator etiam hanc traditionem animo lubenti susciplens, remandauit: Non temeritatis causa intra cancellos mansi, sed in Constantinopolitana vrbe hanc consuetudinem cognoui. Vnde ago gratias pro huiusmodi medicina. Tali ergò tantaque & Præsul & Imperator virtute clarebant. Ego sanè vtriusque

que opus admiror, illius libertatem, huius autem obedientiam: illius zeli feruorem, huius fidei puritatem. Porrò regulas pietatis, quas à magno sacerdote percepit, etiam reuersus in Cõstantinopolitana vrbe seruauit. Nam cùm festiuitatis tempore ad Ecclesiam processisset, oblatis ad altare muneribus, mox egressus est. Cumque Nectarius tum Præsul Ecclesiæ rogasset, cur intus stare noluisset, mandauit princeps: Vix, inquit, potui discere quæ differentia sit Imperatoris & sacerdotis, vix enim inueni veritatis magistrum. Ambrosium namque solum noui digne vocari põtificem. Tantum itaq; profuit increpatio à viro virtutibus florente profecta.

Nicephorus Callist. libr. 13. cap. 34. Ecclesiast. histor. Innocentij Pontifi. Max. epistola ad Arcadium Imper. qua eundem ob Ioannem Chrysost. in exilium eiectum grauissimè obiurgat, et anathemate percellit, eademq; pœna in alios eiusdem immanitatis consortes, animaduertit.

CAP. XXVIII.

Literæ Innocẽtij papæ quibus Arcadiũ, Atticũ, &c. anathemati subijcit. Ioannes re & causa indicta dãnatus.

VOX sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, ô Imperator, sicuti quondam Abel iusti contra parricidam Cain: & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modò admisisti, sed etiam pacis tempore persecutionem magnam aduersus Deum & Ecclesiam eius concitasti. Eiecisti è throno suo, re non iudicata, magnum totius orbis

orbis doctorem, & vana cum eo CHRISTVM persecutus es. Neque de illo ita queror (sortem enim, seu hæreditatem cum sanctis Apostolis in Dei & seruatoris nostri IESV Christi regno consecutus est) quamuis intolerabilis iactura ea sit: sed affligor propterea, quod primùm de animarũ vestrarũ salute, deinde de eis qui sapientissima spirituali & diuina doctrina & institutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, sum solicitus. Non enim Ecclesia tantum Constantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, sed & orbis sub sole totus ad orbitatem redactus est, viro tam diuino amisso, persuasione vnius mulieris, fabulam hanc & spectaculum exhibentis. Verùm excipiet ille & præsentem hic pœnam, & futurum sempiternum supplicium nõ post multos hosce dies ei aduenies. Tametsi enim beatus Ioannes vitam reliquit, fide seruata, & fluctuantibus confirmatis: in æterna tamen secula sempiternarum deliciarum & immortalis vitæ hæreditatem est consecutus. Noua autem Dabila Eudoxia, quæ paulatim te erroris seu seductionis nouacula totondit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi induxit, graue & quod gestari nequeat peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segrego & reijcio te & illam à perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei

Sũmũ malũ Eudoxiæ minatur.

Cũ Ioanne defuncto optimè actum.

Eudoxia altera Dabila.

Excommunicatio.

nostri. Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora qua præsentes vinculi mei legeritis literas, dignitate sua excidisse, decerno. Quod si, vt homines potentes, quenquam ad id viadegeritis, & canones vobis à seruatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, scitote non parum id vobis peccatum fore, in horrenda illa iudicij die, quum neminem hujus vitæ honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Ioanne in thronum episcopalem produxistis, etiam post obitum exauthoramus, vna cum omnibus qui consultò cum eo communicarunt episcopis: cuius etiam nomen sacro episcoporum albo non inscribatur. Indignus enim eo honore est, vt qui episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plantatio, quæ à patre nostro in cœlis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam à Christianismo alienationem. Hęc Innocẽtius pro Ioanne pugnans scripsit.

Ligandi vinculum.

Extremum Christi iudicium.

Arsacius defunctus exauthoratur.

Sacrũ Episcoporũ album.

Gregorius Episcopus Turonensis libr. 1. cap. 79. De gloria martyrum. Quæ authoritate vsus sit Leo Episcopus Agathensis, in Gomacharium comitem agrum Ecclesiæ eius invadentẽ, et de diuina in Gomachariũ vltione.

CA-

CAP. XXIX.

Ecclesia Agathensis vrbis, quæ sancti Andreæ Apostoli reliquijs plaudit, plerunque glorioſis inlustratur miraculis, pernasores rerum suarum sæpius arguit. Denique Gomacharius comes agrũ Ecclesiæ ipsius pernadit. Tunc Leo Episcopus huius Ecclesiæ valdè mœstus concurrit ad eum, dicens: Relinque ô fili, res pauperum, quas ordinationi nostræ dominus commendauit, ne tibi sit noxium, & à lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali consueuerant, eneceris. Ille verò quia erat hæreticus, parui pendens de his quæ ab Episcopo dicebantur, rem in sua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur à febre. Cumque me modò ardore corporeo, verumetiam animæ reparetur incommodo, misit ad Episcopum nuncios dicens: Dignetur pro me sacerdos orationem ad dominum Deũ fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante, hic à valetudine qua grauabatur, conualuit, factusq; sanus, ait suis: quid putatis, quid isti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuisse febre grauatum, quia tulerint agrum eorum, quod mihi iuxta consuetudinem humani corporis accidit: veruntamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citius misit qui eum iterum auferret. Quod cùm Episcopus comperisset, venit ad eum dicens: Num pœnitet te prius feciſſe benè, quod hoc rursum conaris euertere? ne facias quæso, &

vltioni diuinæ ſubiaceas. Qui ait ad Epiſcopum, ſile ſile decrepite: iam infrenatum te loris, circumire vrbem ſuper aſinum faciam, vt ſis in ridiculo omnibus qui te aſpexerint. At ille ſilens, ad nota recurrit præſidia: proſternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lachrymis & pſallētio ducit. Mane autem facto accedit ad lychnos, qui de camera Eccleſiæ dependebant, extendenſque virgā quam tenebat in manu, effregit cunctos dicens: Non hic accendetur lumen, donec vlciſcatur Deus de inimicis, & reſtituat res domus ſuæ. Hoc eo dicente, protinus hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit. Cūque in extremis ageret, miſit ad Epiſcopum dicens: Oret pro me ſacerdos ad dominum, vt viuam & reſtituam agrum, ac ſimilem eius cōferam dominationem. Quibus Pontifex reſpondit, Iam oraui ad dominum, & exaudiuit me. Miſit & alios ac tertios ad eum nuncios. Sed ſacerdos in vno reſponſo perſiſtens, non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iuſſit ſe in plauſtro componi, atque ad eundem euehi, ac per ſe deprecari Epiſcopum dicens, quia dupla ſatisfactione reſtituo agrum quem iniquè peruaſi, tantum vt oret pro me ſanctitas tua. Illo quoque recuſante, compulit eum vi vt abiret ad Eccleſiā: quo diſcedente, vt Eccleſiam eſt ingreſſus, & hic ſpiritū exhalauit, recepitque confeſtim Eccleſia rem ſuam.

Con-

Constantinus Manasses in Annalibus, & Michael Glycas parte 4. Annalium. De Ignatio Patriarcha Constantinopolitano, qui cùm Bardam Cæsarem, filij sui coniugem fœdissimo incestu polluentem vehementer argueret, à solio deiectus crudelissimeq; tractatus, tandem honorificè in thronum suum restituitur: Bardas verò membratim in frusta concoditur, genitalibus, (quibus per flagitium abusus erat) hastæ suffixis, & spectaculi causa publicè exhibitis.

CAP. XXX.

BArdas Michaëli III. Imperatoris auunculus, cum animo eius occupato, ei tandem persuaderet, vt Theodoram matrẽ imperatricem ex aula eijceret, & se Cæsarem crearet: atq; hoc modo miserum illum solum desertumque nactus, quique (ceu vulgò dici consueuit) hominum furiosorum more sinistra dextram manum abscideràt, vel potius planè iam manibus spoliatum, aut secundum Aesopicam illam fabulam, oui dementi consimilem factum, de lupi consilio pulsis canibus, imperium ab imperatore ad se transferebat. A quibus ille malitiosis artibus in flagitium ingens prouoluebatur, quale nec Scytha quispiam, nec Persa, nec Dalmata designaret. Nam cùm filij coniuge (prò fędam lasciuiam) non aliter consuescebat, atque si thori legitimi consors esset. Hoc terribile facinus vbi magnus

Ignatius patriarcha Bardam castigat

gnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore nouam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum istud, passimque per compita & ædes iactabatur) Bardam Cæsarem verbis castigabat metum incutiētibus, adiectis sequuturæ vitæ supplicior̃ minis, terrebat hominē, in viā reuocabat, reprehendebat admonebat, omnem machinā adhibebat, vt malū illud excinderet. Sed enim verum erat omnino verbum illius Solomonis, qui vetat improbos taxari & reprehendi. Nam reprehensiones sunt hominibus impijs flagrorum instar, & corda peruersa veluti sagittæ feriunt. Nimirum obiurgationibus hisce Bardas Cæsar exacerbatus, non modo nihili fecit eas exhortationes: verumetiam conceptam aduersus monentem iracundiam & indignationem alebat, non aliter agens, atque si sanios os aliquo curare volente, illi non tantum aufugiant, sed etiam erga benefacientem excandescant. Quum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria, nec diuinum illud munus à patriarcha consequeretur: (non enim vnguenta flagrantia vasi putido committuntur) inflammatus iracundia leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominē iustum insilit, lacerat, à clauo summouet. Eius in locum Photiū substituit, proh qualem pro quali viro? Ex eo tempore miserarum æstus Ignatium iactabat, & demergere virum conabatur. Cæsar auras adflabat, tanquam grauiter spirans aquilo, vel sæuus ille tem-

Ignatius sollicio deiscitur.

Photius patriarcha.

tempestatesque ciens subsolanus: quo flante, procellæ graues concitabantur. Quis ea mala satis exponere possit, quibus Ignatium Photius & Bardas excrutiabant? Nimirum vt propriæ manus subscriptione testaretur, amictum se sacrum sponte sua deponere, dentes homini radicitus excutiunt, genas contundunt, maxillas frangunt, ceu piacularibus flagitijs gaudẽtem, latronum ducem, maleficum, nudum, & vinctum (ô Sol, ô terra) in frigidum sepulcrum marmoreum, fœtens, pollutum stercore, quo abominabile cadauer imperatoris Copronymi continebatur, extensum toto corpore deponunt. Sed hæc audens quiduis manus perpetuò Deum latere non potuit. Quippè malorum machinator pœnas luit, & auctor æ- *Bardæ interitus.*
rumnarum Ignatij, Scyphum iracundiæ diuinæ hausit. Bardas enim foueam cædis imperatori fodiens, ipsemet in illam iusto iudicio præceps corruit: sceleratus autẽ Photius ille, solio patriarchico deturbatus est. Sic nihil omnino diuinos oculos fugit, sic Deus superbis mercedem suam tribuit, quemadmodum elegantissima Dauidis lyra canit. Porrò Bardas, vt Glycas scribit, miserè vitam in terris suam clausit. Etenim quum moriturus esset, prodi- *Portẽta somnium.*
gia quædã & ostenta perniciem hominis portenderunt: nimirum ortus cometarum, & inusitata somniorum visa. Nam per quietem Bardas ire sibi magnam ad Ecclesiam videbatur, vbi principem Apostolorum Petrum in solio patri-

patriarchæ ſedentem cerneret, ad cuius pedes ſanctiſsimus ille patriarcha Ignatius prouolutus iaceret, ac vindictam eorum poſtularet facinorum, quæ à Cæſare deſignata in ſe fuiſſent. Mox alicui gladium porrigi, quo Bardas membratim diſſecaretur. Neque multum temporis interceſsit, quum Michaëlus Bardæ potentiam reueritus, hominem morte multatum è medio tollere cogitat. Itaque Bardas homines gladijs inſtructos contra ſe pergentes intuitus, ad imperatoris ſe pedes abijcit. Verùm per eoſdem inde abreptus, membratim in fruſta conciditur: genitalibus haſtæ ſuſfixus, & publicè populo ſpectaculi cauſa exhibitis.

Bardæ cædes

Michael Glycas parte 4. Annalium, De virtute Eccleſiaſticæ excõmunicationis, & quomodo Gregorius Magnus mortuum abſoluit.

CAP. XXXI.

QVidam ſolitariæ vitæ ſectator à Gregorio Papa excommunicatus, vt qui contra voluntatem præſidis & præſcriptas monaſterio leges à Gregorio, nonnihil deliquiſſet: paucis diebus interiectis vitam cum morte commutauit. Ea re nunciata, magnopere Gregorius indoluit, fratrem illum è vita ſubitò migraſſe, ſacris adhuc vinculis conſtrictum. Itaq; ſcriptam in charta precationem, qua mortuum vinculis iſtis eximeret, miniſtro cuidam cum hiſce verbis tradidit: Abi ad ſepul-

Gregor. papa mortuum abſoluit.

sepulchrum fratris illius, & precationem hãc perlege. Quod vbi factum fuisset, monasterij præses per quietem fratrem hunc conspicit. Mox eum compellans: Tua causa mœsti sumus ô frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obieris. Quamobrem dic obsecro nobis, quonam in statu & conditione sis. Tum ille respondens: Reuera, inquit, ô pater, ad hesternum vsque diem carcere quodam clausus fui. Verùm hodie solutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis innotuit eadem hora, qua diaconus precationem illam supra sepulchrum legerat, noua & admirabili ratione fratrem istum à sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis existimari potest, quanta vis sit eius vinculi, quo mortales à sacerdotibus ligantur.

Michael Glycas parte 4 Annalium. Quidam Ecclesiasticus ab Episcopo excommunicatus, cum interea pro Christo martyrium subiret, corona & præmio martyrij antequam ab ipso Episcopo absolueretur, frui non potuit.

CAP. XXXII.

Ex Philonis Ecclesiastica historia.

IN historia Ecclesiastica Philonis philosophi reperitur, quodam persecutionum Priscarum tẽpore seniori Ecclesiastico ab antistite sacris interdictum fuisse. Quum autem senior ille quandam ob causam necessariam aliquò præfectus esset, accidit vt ab Ethnicis comprehensus, testimonio suo veritatem obsigna-

Excommunicatus fit martyr.

signaret. Hinc templum eo loco conditur, & renoualia peraguntur: quumque antistes hæc verba pronunciaret, pax vniuersis: Sandapila templo excesſit, idque non semel, sed bis terue factum. Huic per quietem antistiti senior oblatus: Abito, inquit, & episcopo meo sis auctor, vt huc veniat, meque vinculis exsoluat. Nam officio me sacro excluſit, ideoque sacris interesse vobiscum, nequeo. Testimonij quidem coronam consequutus sum, sed Dei faciem necdum conspexi. Quid si me ipse præfectus non exsoluerit, alius exsoluere non poterit. Quum igitur his obtemperatum esset, Sandapila templo excedere desijt. Atque hanc ob causam Deo cuncti glorim tribuebant, qui seruis suis eiusmodi potestatem concesisset. Ioannes quidem orator ille aureus hac de re verbis huiusmodi differit: Nos secundum legem atque præscriptum Ecclesiasticum vincula quibusdam inijcimus. Ea si quis flocci pendit, is sciat mortis atq; iudicij tempus appetiturum, quod ipsum doceat, Dei sermoné, & eius Ecclesiæ leges minimè falsas ac mendaciter excogitatas esse.

chrysostomi locus.

Gregorius Magnus lib 1. Dialog. cap. 2. De virtutibus Seueri sacerdotis, cuius precibus & lachrymis defunctus quidam ad inferos à dæmonibus deductus, vitæ restitutus est, & pœnitentiæ tempus & gratiam adeptus, tandem feliciter ad Dominum migrat.

CA-

CAP. XXXIII.

IN valle Interorina, erat quidam vir vitæ valde admirabilis, nomine Seuerus, Ecclesiæ beatæ Mariæ Dei genitricis & semp virginis sacerdos. Hunc cùm quidam paterfamilias ad extremum veniſſet diem, miſsis concionuncijs rogauit, vt ad ſe quantotius poſſet veniret, ſuiſque orationibus pro peccatis eius intercederet, vt acta de malis ſuis pœnitentia ſolutus culpa ex corpore exiret. Qui videlicet ſacerdos inopinatè contigit, vt ad putandam vineam eſſet occupatus, atque ad ſe venientibus diceret: Antecedite, ecce ego vos ſubſequor. Cumque videret ſibi in eodem opere parum ſupereſſe, paululum moram fecit, vt opus quod minimum reſtabat, expleret, quo expleto, cœpit ad ægrum pergere. Eunti verò in itinere occurrentes hi qui prius venerant, obuiam facti ſunt, dicentes: pater quare tardaſti? Noli fatigari, quia iam defunctus eſt. Quo audito, ille contremuit, magniſque vocibus ſe interfectorem illius clamare cœpit. Flens itaque peruenit ad corpus defuncti, ſeque coram ecto illius cum lachrymis in terram dedit. Cumque iam vehementer fleret, in terram caput tunderet, ſeque reum mortis illius clamaret: repentè is qui defunctus erat, animam recepit. Quod dum multi qui circumſtabant aſpicerent, admirationis vocibus emiſsis cœperunt amplius flere præ gaudio. Cumque eum requirerent vbi fuerit, vel quomodo rediſſet,

ait: Tetri valdè erant homines, qui me ducebant, ex quorum ore & naribus ignis exibat, quem tolerare non poteram. Cumque per obscura loca me deducerent, subitò pulchrę visionis iuuenis, cum alijs nobis euntibus obuiam factus est, qui me trahentibus dixit: Reducite illum, quia Seuerus presbyter plangit: eius enim lachrymis dominus eũ donauit. Qui scilicet Seuerus protinus de terra surrexit, eique pœnitentiam agenti, opem suæ intercessionis præbuit. Et dum per dies septem deperpetratis culpis pœnitentiam æger rediuiuus ageret, octaua die lætus de corpore exiuit.

Eusebius libr. 11 histor. Ecclesiast. cap. 15. & 16.

Iustina Imperatrix Arriana Ecclesiarum statum perturbans, & exilia sacerdotibus interminans, Ambrosij precibus ieiunijs & vigilijs ita retunditur vt quæ illa sacerdotibus exilia præparauerat, prima cum filio sortiretur.

CAP. XXXIV.

IVstina Valentiniani Imperat. mater, Arrianæ hæresios alumna, impietatis suæ venena, quæ viuente viro suppresserat, filio facile decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum posita, cõturbare Ecclesiarum statum, comminari sacerdotibus depulsionis exilia, nisi Ariminensis concilij decreta, quibus fides patrum temerata fuerat, reuocarent. Quo bello Ecclesiæ murum & turrim validissimã pulsabat Ambrosium. Eumque minis, terroribus

bus atque omni oppugnationis genere fatigans, primum sibi aditum debellandę conabatur Ecclesiæ. Sed quamuis illa Iezabel spiritu pugnaret armata, resistebat tamen Ambrosius, Heliæ virtute repletus & gratia. Ipsa autem in Ecclesijs garrire, strepere, animare, & inflammare ad discordiam populos: sed quod minus res ex sententia cederet, iniuriam putare, & apud hoc apud filium conqueri. Vnde adolescentulus pro contumeliæ inuidia, quam falsò confauerat mater, accensus, armatorum globum ad Ecclesiam mittit: confringi ianuas, oppugnari sancta, sacerdotem pertrahi atque in exilium mitti protinus iubet. Sed tanta fuit perseuerãtia fidelium populorum, vt animas prius amittere quàm Episcopum mallent. Interim dictanda aduersum fidem imperialia decreta mandantur Beneuolo, tunc memoriæ omnijs præsidenti. Sed ille cui ab incunabilis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre, & contra Deum loqui. Tum verò ne incœptum reginæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleret iniuncta. Ille qui nobilior in fide esse quàm in honoribus cuperet: Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altiorem promittitis gradum? Hunc ipsum quem habeo tollite, tantum mihi conscientia fidei duret illæsa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulum iecit. Ambrosius verò aduersum reginæ furorem, non se manu defensabat, aut telo,

sed ieiunijs continuatisque vigilijs sub altari positus, per obsecrationes defensorem sibi atque Ecclesiæ Deum parabat. Dumque hæc in longum diuersis machinis, & oppugnationibus nequam Iustina moliretur, Maximus qui se exuere tyranni infamia, & legitimum principem gestiret ostendere, datis literis impium protestatur inceptum, fidem Dei impugnari, & statuta Catholicæ Ecclesiæ subrui, & inter hæc appropinquare Italiæ cœpit. Quo Iustina comperto, hoste simul atque impietatis conscientia perurgente, in fugam versa cũ filio, exilia quæ Dei sacerdotibus præparabat, prima sortitur.

Theodoretus Ecclesiast. histor. libr. 3. cap. 6. De immanissima crudelitate, qua tempore Iuliani Imper. quidam in sacerdotes sæuierũt, deq; illorum diuina vltione.

CAP. XXXV.

IVlianus Imper. impietati frena laxans, vna cum suis scurrarum more petulanter & cõtumeliosè sanctos insectabatur, nullum genus conuitij & probri prætermittens in veræ pietatis professores. Abstulit deinde congiaria sacerdotibus, à Constantino Magno dogiaria sacerdotibus, à Constantino Magno donata. Ascaloni & Gazę, quæ sunt vrbes Palęstinæ, primum virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt: deinde farciunt hordeo: ad extremum eos porcis deuorandos obijciunt. Sebastæ item, quæ est vrbs

vrbs ditioni gẽtis, de qua supra dixi, subiecta, Ioannis Baptistæ tumulum aperiunt, ossa traiunt igni absumenda, & eorum cineres passim dispergunt. Scelus autem ab illis in Phœnicia patratum, quis est quęso, qui sine lachrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est vrbs Libano finitima, execrabiles isti gentiles recordati facinoris Cyrilli diaconi, qui regnante Constantino diuino quodam zelo accensus, multa simulachra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat, non modò eum interfecerunt, verumetiam dissecto ventre ieiur eius degustare non sunt veriti. Verùm Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primùm amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant: deinde linguas perdiderunt, quæ putredine tabefactæ, ex ore affluebant: postremò oculis orbati sunt: quorum calamitatibus verè pietatis vindex prædicata est.

Ioannes Moschus Euiratus in prato Spirituali cap. 38. Glycas parte 4. Annalium. Constantinus Manass. in Annalibus. Anastasius Imperat. in Ecclesiam Catholicam eiusq; antistites crudelis, diuinitus punitur.

CAP. XXXVI.

ANastasius Imperator, cùm eiecisset Euphemium & Macedonium patriarchas Constantinopolitanæ Ecclesiæ, ac propter

pter sanctam Chalcedonensem Synodum illos Caitan in Pontum exilio relegasset, vidit in somnis idem Imperator virum quendam insignem vestitum amictu candido, contra se stare, codicem scriptum ferentem, ac legentem. Euoluens autem quinque folia codicis, legensque Imperatoris nomen, ait illi: Ecce propter perfidiam tuam deleo quatuordecim annos: & digito suo illos deleuit. Ac post duos dies, facto fulgore magno, atque tonitruo, pauore turbatus reddidit spiritum in summa angustia, pro eo quod impius fuit in sanctam Christi Dei nostri Ecclesiam, eiusque pastores exilio damnauit.

Ioannes Moschus Euiratus c. 149. Prati spiritualis. De onere sacerdotij. et D. Leone Pontifice ac summa circunspectione adhibenda in manuum impositione.

CAP. XXXVII.

CVm descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, vt adorarent eum, inter quos assui & ego cum Abbate meo. Cœpitque Patriarcha dicere patribus: Orate pro me, patres. Magnũ enim onus, & intolerabile iniunctum est, sacerdotij dignitas me terret immodicè. Petri enim & Pauli, & similium est regere rationales animas, ego autem infœlix peccator sum. Plus autem quàm cetera timeo ordinationum sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatissimus

simus & æqualis angelis Papa Leo, qui Romanæ Ecclesiæ præfuit, per quadraginta dies perseuerauit ad sepulchrum Apostoli Petri, vigiliis & orationibus insistens, petensque ab Apostolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletisque diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus dicens: Oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquàm impositionis manuum. Hoc enim solum abs te requiretur, siue benè siue fortasis aliter id egeris.

Ex libr. 9. cap. 34. Ecclesiast. histor. Tripartitæ Theodoretus libr. 5. cap. 21. Ecclesiast. histor.

De admirabili virtute aquæ ab Episcopo benedictæ, & per Diaconum aspersæ.

CAP. XXXVIII.

APud Apameam Marcellus Episcopus cũ videret Præfectum Orientis cum suis quos habebat militibus in templo Iouis diruendo parum proficere, propter structuræ totius firmitudinem, & solidissimorum lapidũ magnitudinem ac duritiem, iamque Præfectus de successu desperaret, Episcopus Præfectum quidem misit ad alias ciuitates, ipse verò Deo supplicabat, vt templi destruendi præberet successum. Inter hæc venit quidam non cuiusque artis peritus, sed lapides & ligna in humeris ferre assuetus. Is ergò accedens, promisit facile templum esse soluendum: duorum autem mercedem poscebat artificum. Cumq; hoc sanctus Pontifex pro-

misisset, hoc ille machinatus est. Cohærebat enim templo in altitudine constituto ex quatuor lateribus porticus: erantque columnę ingentes, & altitudinem templo habentes æqualem. Singularum verò circulus columnarum erat sedecim cubitorum. Porrò natura lapidis durissima erat, quę non facile quibuslibet ferramentorum generibus rumperetur. Harum itaque tres per circuitum suffodiens, & subearum basibus fortia ligna supponens, immisit ignem. Quo facto, non poterat ligna naturaliter ignis accędere. Dæmon etenim quidam terrimus apparuit, qui flammam secundum vires suas prohibebat operari. Cumque frequętur hoc facerent, & molitionem suam explere non possent, nunciauerunt hoc Pontifici meridie dormienti. At ille repentè ad Ecclesiam cōcurrens, & aquā in vasculo portari præcipiens, aquam posuit sub altari. Ipse verò in pauimento posita fronte Clementi domino supplicabat, ne amplius tyrannidem dæmoni vllam permitteret, sed vt infirmitatem illius denudaret, & signum propriæ virtutis ostenderet, ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nasceretur. Hæc cùm dixisset, facto signaculo crucis in aqua, quendam diaconum suum Equitium, fide & zelo munitum, sumere iussit aquam, & velociter currere, & cum fide aspergere, ignemque supponere. Quod cùm fuisset factum, dæmon effugit, non ferens aquæ virtutem. Ignis autem velut ole-

oleum habuit illius aquæ naturam, comprehensaque sunt ligna, & repentè consumpta. Columnæ verò suffulturę subsidio nudatæ, & ipsæ ceciderunt, & alias duodecim vna traxerunt. Tum latus quod cohærebat templo, violétia ruinæ detractum est. Sonus autem totam concutiens ciuitatem, cunctos fecit illuc concurrere. Et cum inimici dæmonis apertè cognouissent fugam, in diuinas laudes ora soluebant. Sic verò & alia templa sacratissimus pōtifex ille destruxit. Qui & victoribus scribebat martyribus, & rescripta suscipiebat, & nouissime etiam ipse martyrio coronatus est.

Ioannes Nauclerus Chronicorum volum. 3. generat. 34. De virtute maledictionis sacerdotalis in quosdam chorizantes sub diuino officio vigiliæ Natiuitatis dominicæ.

CAP. XXXIX.

IMperante Henrico accidit miranda res in Saxonia, in diœcesi Magdeburgensi, vbi erat Ecclesia S. Magni. Quidam sacerdos dū Missam celebraret in vigilia Natiuitatis domini, 18. simul viri, cum 15. mulieribus in cœmiterio Ecclesiæ choreas duxerunt, ac sacerdotem cantantem impediebant. Iussit sacerdos vt quiescerent, aut abirēt: sed ipsi sacerdotem deriserunt. Ille amaricatus, imprecando dixit: Placeat Deo & S. Magno, vt ita cantātes p- maneant vsque ad annum: & ita factum est, vt toto anno sine intermissione cantantes chorizarent. Mirabile dictu: toto illo anno nec ros,

Virtus Ecclesiasticæ maledictionis.

nec plunia ſuper eos cecidit, ſed nec laſsitudo, nec fames illos affecit, nec veſtimenta nec calceamenta ſunt attrita. Anno autem reuoluto, Herebertus Epiſcopus Colonienſis ad locum veniens, à nodo quo ſacerdos eos ligauerat, abſoluit, atque ante altare, Eccleſiæ reconciliauit. Inter chorizantes filia ſacerdotis cuiuſdam cum duabus alijs cõtinuò mortua eſt, cæteri continuis tribus noctibus dormierunt, aliqui pœnam ſuam tremore membrorũ prodidêre. Hoc ſcriptum reliquit Hubertus, qui fuit vnus ex illis, aliqui ex ijs ita compuncti, vt inter ſanctos ſint reputati.

Virtus abſolutionis Epiſcopalis.

D. Petrus Damianus in tractatu de quibuſdam miraculis, habetur ad calcem tomi 7. Laurentij Surij. De horrore anathematis Eccleſiaſtici, ac de Almifico Epiſcopo Moguntino, patrem ſuum Othouem Imper. cõiugio canonibus vetito copulatum, excommunicantem: & de lamentabili Othonis, excommunicationem contemnentis, interitu.

CAP. XL.

RObertus Gallorum rex propinquam ſibi copulauit vxorem, ex qua ſuſcepit filium, anſerinum per omnia collum & caput habẽtem. Quos etiam virum & vxorem omnes fere Galliarum Epiſcopi communi ſimul excommunicauêre ſententia. Cuius ſacerdotalis edicti tantus omnem vndique populum terror inuaſit, vt ab eius vniuerſi ſocietate recederent, nec prẽter duos ſibi ſeruulos

ad

ad neceſſarij victus obſequium remanerent, qui tamen & ipſi omnia vaſa, in quibus rex edebat vel bibebat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabulum ignibus exhibebant. His tandem rex coarctatus anguſtijs, ad ſanum conſilium rediens diuertit incœſtum, inijtq; legale connubium.

Sed & Otho rex Teutonicorum, qui poſtmodum Imperator creatus eſt Romanorum, Adalahidem Italiæ reginam, quæ ſibi commater extiterat, ſuſcepit in coniugem. Quem filius eius Almificus, qui Moguntinæ præſidebat paſtor Eccleſiæ, cœpit conſtanter arguere, & ſceleſtum, luridumq; coniugium publicè condemnare. Pater autem vehemẽter iratus, eum comprehendi præcepit, & carcerali mox cuſtodiæ mancipauit, quem per annale circiter ſpatium carcer incluſit, ſed à correctione linguam terroris vinculum non ligauit. Cùm verò pater eum, quadrageſimali decurrente ieiunio, de cuſtodia decreuiſſet educere, antequàm Pſalterium expleret, quod aureis exorabat apicibus, recuſauit exire. Veruntamen cùm exiuit, zelo ſacerdotalis accenſus authoritatis, non quieuit, ſed mox in patrem iaculum publicæ excommunicationis intorſit. O verè dignum regio genere ſacerdotem, qui in cauſa Dei non imperiale faſtigium, non paternum recognouit affectum, ſed dum paternam ac regiam authoritatem in ſolo Deo conſtituit, hunc hominem eius legibus reſiſtẽtem à ſe

prorsus extraneum deputauit. Dixit autem patri: Tu arbitraris me aduersum te insolenter agere, te verò præiudicium sustinere: scito prænoscens quia die sancto Pentecostes vterq; simul astabimus ante Deum, ibiq́ue ventilabitur inter nos librata iustitiæ lance litigium. Ibi luce clarius apparebit, quis nostrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factumq́ue est, ipso, qui dictus est, sacrosanctæ solennitatis die, vt dum præfatus Augustus imperialibus insulis redimitus, multorumq́ue pontificum choris, siue procerum vallatus agminibus, Missarum solennijs interesset, repentino super eum veniente iudicio repertus sit mortuus. Episcopus autem iam in domino quieuerat. Sic sic qui de incœsto coniugio contempsit inter homines iudicari, ad tribunal æterni iudicis coactus est pertrahi: & qui subiectum sibi dedignatus est audire pontificem, terribilem super se non potuit euadere maiestatem.

Gregorius Turonen. in libr. de vita Patrum cap. 17. habetur in Tomis Laurentij Surij, Octobris. De S. Nicetio Episcopo Treuirensi, quanta authoritate sacerdotij sui dignitate vsus sit apud regem, collaterales regis ob ipsorum facinora à communione segregatos, à Missarum solennijs remouerit, ac damoniacum signo crucis sanauerit

CAP. XLI.

Cùm

CVM Theodorico decidente, Theodobertus filius eius regnum ambisset, ac multa iniquè exerceret, aduenit dies dominicus, & ecce rex cum his, qui Nicetio Episcopo communioni abesse iussi fuerant, Ecclesiam est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas canon sanxit antiquus, oblatis muneribus super altare Dei, ait Episcopus: Non hic hodie Missarum solennia consummabuntur, nisi communione priuati, prius abscedant. At rege renitente, subitò exclamat vnus de populo, arreptus à dęmone puer iuuenis: cœpitque voce valida inter supplicia torturæ suæ, & sancti virtutes, & regis crimina confiteri: dicebatque Episcopum castum, regem adulterum: illum timore CHristi humilem, hunc gloria regni superbum: illum sacerdotio impollutum, à Deo imposterum præferendum: hunc, ab authore sceleris sui velociter elidendum. Cumque rex timore concussus, peteret vt hic energumenus ab Ecclesia eijceretur, dixit Episcopus: prius illi, qui te secuti sunt, id est, incestuarij, homicidæ, adulteri, ab hac Ecclesia extrudantur, & hunc Deus silere iubebit. Et statim rex iussit omnes hos, qui sacerdotis sententia damnati fuerāt, egredi ab Ecclesia. Quibus expulsis, iussit sacerdos dæmoniacum foras extrahi: sed cùm apprehensa columna, auelli à decem viris non posset, sanctus Dei sub vestimento suo propter iactantiam, faciens crucem CHristi contra dæmonem, relaxari

præcepit. Qui protinus corruens cum his, qui eum trahere nitebantur, post paululum sanus erectus est. Deinde post acta solennia requisitus, nunquam reperiri potuit, nec vllus sciuit vnde venerit, vel quo abierit. Conijciebatur à plurimis, eum à Deo missum, qui regis sacerdotisq; opera non taceret. Vnde factum est, vt sacerdote orante, rex mitior fieret, pastorque à domino remunerandus, dignè propheticum illud audiret: Qui reddiderit pretiosum de vili, tanquam os meum erit.

Niceph. Calli li. 12. c. 46. Eccles. hist. De Epiphanio Cypri Episcopo, quomodo mendicum mortuum se simulans vere mortuum sit, exemplo suo docens illos qui Dei sacerdotibus, ac per hos Deo illudunt, seipsos fallere.

CAP. XLII.

Medicum mortuum se apud Epiphanium assimulat.

EPiphanium Cypri Episcopum aliquando duo quidam in via ipsa mendici obseruarunt: & cùm non pœnitendum aliquid se ab eo accepturos existimarent, alter in solo spiritum continens, perinde atque mortuus esset, iacebat: alter autem veluti familiaris eius lamentans & flens, inopiam eam assimulabat, vt funeris impensas non haberet, & penuriam tantam cum reprehensione eius deplorabat. Porrò Epiphanius præteriens nihil quidem aliud, quàm quòd iacenti illi requiem precatus est, dixit. Exiguum autem quiddam ad illum funerandum ploranti dedit, illa verba adijciens: Curam huius funeris habe, &

Nouã nõ est, defunctis requiẽ precari.

& tandem flere desine. Nam hic nunc non resurget. Mortem autem, quæ communis omnium & ineuitabilis, necessitate quadam obeunda est, animo te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abijt, cœptam perfecturus ambulationem. Quum autem ea in via nemo aliùs appareret, ille qui sic steterat & plorauerat, iacentem iudicio pedis concussione dato, vt consurgeret admonuit: simulq; eum laudauit, qui tam egregiè mortui hominis habitum retulisset, &, Age tandem exurge, inquit, vt in præsentia versutiæ tuæ hilarius viuendo fructum percipiamus. Vbi autem ille amplius neque dicentem audijt, neq; modis omnibus significationem aliquam, se viuere, exhibuit: alter cursu celeri Episcopum est consequutus, eique fraudem, quam inopia coacti commenti essent, indicauit: & iam citra fucum verè flens & lamentans, vt socium suum resuscitaret, supplicauit. Epiphanius autem, postquàm illi, ne factum id grauiter ferret, dixit: hominem dimissum absoluit: quod Deus eam rem retractatam nollet, fidem facere omnibus volens, vt equidem puto: qui tentare & facere talia in ministris eius audeant, illum ipsum Deum, q videat & audiat omnia, eos falsum ire, seque adeò ipsos inscios fallere.

Assimulator iste verè mus tuus.

Qui sanctos viros, & per eos Deũ fallere volũt, seipsos fallunt.

Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 25. historiæ Francorum De Euarico rege Gothorum, qui cùm in sacerdotes, clericos & Ecclesias Dei sæuiret, diuina vltione percussus est.

CA-

CAP. XLIII.

TEmpore Synodij Episcopi Euaricus rex Gothorum excedens Hispanum limitem, grauem in Gallijs super Christianos intulit persecutionem. Truncabat passim peruersitati suæ non consentientes, clericos carceribus subigebat: sacerdotes verò, alios dabat exilio, alios gladio trucidabat. Nam & ipsos sacrorum templorum aditus, spinis iussérat obserari, scilicet vt raritas ingrediendi obliuionem faceret fidei. Maximè tunc nouem populanæ geminæque Germaniæ vrbes ab hac tempestati depopulatæ sunt. Extat hodieque & pro hac causa ad Basilium Episcopum nobilis Sidonij ipsius epistola, quæ hæc ita loquitur: Sed persecutor non post multum tempus vltione diuina percussus interijt.

Paulus Diaconus libr. 6. cap 3. De gestis Longobardorum regis Chuneberti offensi mandato, equus indomitus Episcopo tributus, mansuescit.

CAP. XLIV.

CVM Ioannes Episcopus Bergomatis Ecclesiæ, vir miræ sanctitatis cum rege Chuniberto in conuiuio sermocinaretur, eumque fortè offenderet: rex illi in hospitium reuertenti, equum ferocem & indomitum, qui immenso fremitu super se sedentes terræ allidere solebat, præparari fecit. Cui cùm dictus Episcopus super sedisset, ita mansuetus extitit, vt eum blando incessu vsque in do-

domum propriam deportaret. Quod rex audiens, & Episcopum ex eo die honore debito coluit, & ei ipsum equum, quem suæ sessioni, suoq; vsui destinauerat, largitus est.

Paulus Diaconus lib. 5. cap. 15. & sequentibus. De gestis Longobardorum, De Alahi duce Tridentinorum, Ecclesiasticorum omnium hoste, eiusq; funesto interitu.

CAP. XLV.

ALahis dux Tridentinorum, cùm omnes clericos odio prosequeretur, oblitus summorum beneficiorum, quæ in eum Chunibertus impenderat, oblitus etiam iusiurandi, quo ei fidelissimus fore iurauerat, cùm Chunibertus abesset, regnum etiam & palatium Ticinense inuasit. Chunibertus itaque ad Alahim nuncium misit, mandans ei, vt secum singulare certamen iniret: nec opus esse vtriusque exercitum fatigare. In quæ verba Alahis minimè consensit. Cui cùm vnus ex suis genere Tuscus suaderet: virum fortem bellicosumque appellans: vt contra Chunibertum audenter exiret: Alahis respondit: Chunibertus quãuis ebriosus & stupidi cordis sit, tamen valdè audax est, & miræ fortitudinis. Nam tempore patris eius, quando nos eramus iuuenculi, habebantur in palatio arietes seu verueces miræ magnitudinis, quos ille super dorsum illorum lanam apprehendens, extenso brachio à terra leuabat: quod quidem ego facere non poteram. Quod Tuscus ille audiens,

cap. 15.

cap 17.

diens, subiunxit: Si tu cum Chuniberto inire singulare certamen non audes: me in tuo adiutorio socium iam amplius non habebis, & hoc dicens proripuit se, & statim ad Chuniebertum aufugit, idque illi nunciauit. Conuenerunt itaque, vt diximus, vtręq; acies in campum coronatæ. Cumque iam propè esset, vt se coniungere deberent: Zeno diaconus Ticinensis Ecclesiæ, qui fuit custos ædis beati Ioannis Baptistæ, quæ intra eandem ciuitatem sita est: quam quondam Cundiberga regina construxerat: cùm nimium diligeret regem, & meueret, ne rex in bello periret, ait ad regem: Domine rex, omnis vita nostra in tua salute consistit: si tu in bello perieris, omnes nos Alahis tyrannus iste per diuersa supplicia extinguet. Placeat itaque tibi consilium meum: & da mihi paratum armorum tuorum, vt ego vadam & pugnabo cum isto tyranno. Si ego ibi obiero, recuperabis facile causam tuam: si verò vicero, maior tibi qđ seruus tuus vicerit gloria adscribetur. Cumque rex se id facturum pernegaret: cœperunt pauci qui aderant eius fideles cum lachrymis deposcere, vt ad ea quæ diaconus dixerat, assensum præberet. Victus autem tandem (vt erat pij cordis) eorum precibus & lachrymis, loricam suam, galeam atque ocreas, & cætera arma, diacono prębuit: in suaque persona ad prœlium dimisit. Erat enim ipse diaconus eiusdem staturæ & habitus: ita vt cùm fuisset de tentorio armatus egres-

greſſus, ab omnibus Chunibertus eſſe putare-
tur. Commiſſum itaque eſt prœlium, & totis
uiribus decertatum. Cumque Alahis illuc ma
gis intenderet, vbi regem eſſe putaret, Chuni-
bertum ſe inuaſiſſe putans, diaconum interfe-
cit. Cumque caput eius amputare præcepiſſet,
vt leuato eo in contum Deo gratias acclama-
rent, ſublata caſside clericum ſe occidiſſe co-
gnouit. Tuncque furibundus exclamans, heu
me, inquit, nihil egimus: quando ad hoc prœ-
lium geſsimus, vt clericum occideremus. Ta-
ceitaque nunc facio votum, vt ſi Deus mihi
victoriam iterum dederit, vnum puteum de
teſticulis impleam clericorum.

Cæterum Chunibertus ſuos fere victos ad
fugam ſpectare conſpiciens, ſtatim ſe eis oſtē-
dit, omniumque corda ſublato pauore ad ſpe-
randam victoriam erexit. Inſtruuntur itaque
iterum acies: & hinc Chunibertus, inde Ala-
his ad belli certamina præparantur. Cumque
iam propinquæ acies eſſent, & ſe vtræque ad
pugnandum conſererent: Chunibertus ad A-
lahim iterato in hæc verba mandauit: Ecce
tantus populus ex vtraque parte conſiſtit:
quid opus eſt, vt tanta multitudo pereat? Con-
gangamur ille & ego ſingulari certamine: vt
uter noſtrum Deus voluerit victoriam dona-
re, is omnem hunc populum ſaluum & inco-
lumem poſsideat. Cumque Alahim ſui expo-
ſcerēt, vt quod faceret quod Chunibertus illi
mandauerat, ipſe reſpondit: hoc facere non

possum, quia inter contos suos vexilláue, sancti archangeli Michaëlis, vbi ego illi iuraui, imaginem conspicio. Tunc vnus ex illis, inquit: Tu præ pauore cernis quod non est: & tibi tardum est ista meditari. Conseruntur itaq; acies perstrepentibus buccinis: & neutra parte cedente facta est maxima populorum strages. Tandem crudelis tyrannus Alahis interijt: & Chunibertus adiuuãte Deo victoriam obtinuit. Exercitus autem Alahis comperta eius morte, fugæ subsidium arripuit. E quibus quos mucro non perculit, Addua fluuius absorpsit. Caput quoque Alahis detruncatum, & crura eius succisa sunt: informeq; tantum trúcumque cadauer remansit. In hoc bello Foroiulianorum exercitus minimè fuit: quia cùm inuitus Alahi iurasset: propterea nec regi Chuniberto, nec Alahi auxilium tulit: sed cú illi bellum cõmitterent, ipsi ad propria sunt reuersi. Igitur Alahi hoc modo deleto, rex Chunibertus corpus Zenoni diaconi ante fores in basilica B. Ioannis, quam ipse erexerat, mirificè sepelire mandauit. Ipse verò regnaturus, cum omni exultatione & triumpho victoriæ, Ticinum reuersus est.

Petrus venerabilis Abbas Cluniacen. libr. 2. cap. 1. miraculorum. De quodam Ecclesiastico & Ecclesiarum oppressore, qui visibiliter à diabolo raptus, & per aëra subuectus est, stupentibus qui aderant vniuersis.

C A-

CAP. XLVI.

AD terrorem & correctionem malorũ, quod Matiſconi geſtum eſt, proferatur. Inſolita quippe res: & omnibus vt puto ſeculis inaudita: Omnium autem indigenarum celebri & publica relatione narratur. Eſt autem eadem Matiſcus in finibus regni Francorum, quod à Teutonicorum vel Romanorũ imperio Arar fluuius à Lotaringia ſumens initium, Rodanuſque in mare mediterraneum habens profluxum, diſterminat. Quæ Matiſcus à quibuſdam oppidum vocata, à quibuſdã vrbis nomine honorata: in primatu Lugdunẽſi, quintæ ſedis obtinet locum. Hæc quantum ad ius Eccleſiaſticum, Lugdunenſi primatui, quantum ad ius ſeculare, Francorum regi ſubditur. Huius vrbis principatum quodam tempore ſub nomine comitis quidam obtinens ſuper perſonas & res Eccleſiaſticas execrandã tyrannidem exercebat. Longè enim exuperãs aliorum prædonum nequitiam, non ſolum ex parte Eccleſiarum ſubſtantias diripiebat: ſed redditus earum omnes cum ſuis poſſeſſionibus, ſibi tyrannica violentia ſubiugabat. Nam canonicos de Eccleſijs, ipſos etiam monachos de monaſterijs ſuis eijciens: terras omnes, redditus omnes, & quæcunque eis ad huius vitæ ſubſidium à maioribus data fuerant, immiſericorditer abſtulit, iuriſque proprio mancipauit. Oſtenduntur adhuc ab incolis antiquarũ Eccleſiarum ruinæ: ex quibus ipſe ſacræ reli-

gionis cultores eijciens, venerabilia loca, omnipotenti Deo religiosè seruientium multitudine referta in eremi solitudinem redegit. Ita se totum Deo subtrahens: mundo dedicás: gehennæ & tremẽdorum Dei iudiciorum oblitus, vt Euangelicus ille iudex, nec Deũ timebat: nec hominem verebatur. Cumque diu cõcessa potestate abusus, quotidie se ipso deterior fieret: nullaque iam spes correctionis eius existeret, iram aduersum se omnipotentis Dei iam non reuocandam commouit: atque in se dirissimè expertus est scripturæ sacræ sententiam dicentis: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Et quia nequitia eius non occulta sed publica, non cum timore sed cum audacia Deum prouocauerat: non latenter sed publicè, non tamen inuisibiliter sed etiam visibiliter, terribile factus est tyrannis principibus in exemplum. Nam cùm solenni die, Matisconi in proprio palatio resedisset, eumque multitudo tam militum quàm diuersi ordinis circumstaret: repentè ignotus homo equo insidens, per ostium palatij ingressus, omnibus conspicientibus & admirantibus, vsq; ad ipsum equitando peruenit. Cumq; ei astaret, se ei velle colloqui dicens: vt surgeret ac se sequeretur, non tam monuit quàm imperauit. At ille inuisibili potentia constrictus, nec iam resistere valens, surrexit. Atque vsque ad ostium domus processit, vbi equum paratum inueniens, eumque ab eo conscendere iussus: ascen-

aſcendit. Cuius ſtantis habenas ille arripiens, ſtatim cum velociſsimo curſu per aêra ferri cunctis conſpicientibus cœpit. Cumque immenſo eius clamore ac miſerabili eiulatu tota ciuitas cómota, ad tam inuiſum ſpectaculum concurriſſet: tam diu eum per aêra currentem attoniti conſpexerunt, quamdiu naturali oculorum acie eum ſubſequi potuerunt. Qui cùm eum diu ſuccurrite ciues, ſuccurrite, vociferantem audirent, nec iuuare valerent: ſubtractus tandem viſibus hominum, æternus quemadmodum meruerat factus eſt ſocius dæmonum. Ab hoc tam horrendo ſpectaculo vniuerſi ad propria recedentes: ſicut ſupra dixi, horrendum eſſe incidere in manus Dei viuentis, exemplo inaudito & miſerabili didicerunt. Hoc ita fuiſſe poſt communem vti dixi omnium famam: quiddam non quidem tamẽ mirabile, ſed tamen mirum noſtris diebus accidens atteſtatur. Nam ille de quo ſupra ſcripſi traditus diabolo comes, dum cum ſocio maligno de palatio vti dictum eſt egrederetur, poſt oſtium muri, palatio illi proximi tranſitum habuit. Quod oſtium, ciues ob tantæi horrorem & memoriam poſteris commendandam lapidibus obturauerunt. Quod nuper Otgerius VVilhelmi comitis præpoſitus renouare cupiens, & propter quædam quæ publico vel priuato vſui neceſſaria videbantur, peruium facere volens, cõductis quodam die operarijs obicem lapidum ab oſtio remo-

uebat. Erat autem & ipſe pro poſſe ſuo, acer Eccleſiarum perſecutor, & vbi parua occaſio occurrebat, res earum niſibus diuerſis vexabat. Dum igitur hic operi iam dicto inſtaret, ecce inuiſibiliter à diabolo raptus, ac videntibus qui aderant multo in aëra ſpatio ſubleuatus. Sed confeſtim dimiſſus, corruit, eiuſque corpore grauiter colliſo, brachium quoq; illius ſubita illa ruina confregit. Quod videntes ſocij, rurſus foramẽ oſtij quod aperire cœperant, lapidibus obturauerunt, & ad perennem vtriuſque prodigij memoriam, clauſura perpetua damnauerunt.

Petrus venerabilis lib. 1. cap. 28. miraculorum

De apparitione cuiuſdam militis, qui Eccleſiam ornamentis & veſtimentis ſacerdotalibus in bello, vt fit, ſpoliauerat, eiuſq; pœnis, earundemq; remedys.

CAP. XLVII.

EST in Hiſpanijs nobile & famoſum caſtellum, quod & propter congruum ſitum, & fertilitatem adiacentiũ terrarum, & multitudinem inhabitantium incolarum, quibus rebus proxima caſtella exuperat, vt æſtimo nõ incongruè Stella vocatur. In hoc caſtello quidam Burgenſis fuit, qui Petrus Engelberti vocabatur. Hic ſtrenuitate famoſus, & ſecularibus rebus abundans, totam vſq; ad ſenium ferè vitam in ſæculo duxit. Tandem tactus ab illo, qui ſpirat vbi vult, ſęculo renunciauit, atq; in monaſterio quod apud Nazarum ſub Cluniа-

niacensi iure & regula constructum est, habitū monasticæ professionis susceperit. Quo cùm ego post duos annos conuersionis eius peruenissem, audiui eum memorandam visionem narrasse. Cuius quidem fama ad nos ante peruenerat, sed quis esset eius relator nō dixerat. Hoc cùm accepissem, vbi esset tantæ visionis relator sollicitus inquisiui, atque eum in quadam cella Nazarensi monasterio subdita, satisq; contigua, commorare audiui. Ad quem locum cum me itineris necessitas perduxisset, vidi hominem cui & ætatis maturitas & morum grauitas, & cunctorum attestatio, ipsaque niuea canicies, fidem integram constanter præbere suadebant, omnem tum dubietatis scrupulum tam à corde meo quàm à cordibus omnium excludere volens coram venerandis Episcopis, Olorensi & Oximensi, coram socijs nostris, multæ religionis & sciētiæ personis, ac quibusdam alijs, eum conueni, & quod veritas perdat omnes, qui loquūtur mēdacium ostendens, multaque similia ad eum ne mentiretur deterrendum adiungens, vt quod certum de visione illa sciebat narraret. Non solùm admonui, sed etiam in virtute obedientiæ, qua mihi vt monachus Abbati subditus erat, iniunxi: Ad quod ille quod adhuc prorsus nos omnes latebat adiciens, ego(ait) istud quod à me quæritis, ab alio non accepi, sed ipse proprijs omnia oculis vidi. Quo audito, multò magis exhilarati sumus, habentes

iam non alienorum verborum relatorem, sed rei ipsius certissimum inspectorem. Vnde magis magisque ad quærendum instigati, & ad audiendum intenti, moram pati vltra non potuimus, sed vt quod viderat enarraret, eum omnes compellere cepimus. Volo autem eum loquentem introducere, vt quicunque hoc legitis, vel auditis: non solùm sensum verborum, sed & ipsa verba ab eius ore, vos putetis audire. Tempore (inquit) quo rex Aragonensis Alfonsus, regnum maioris Alfonsi Hispaniarum regis iam mortui obtinebat, contigit vt contra quosdam qui in regione, quæ Castella dicitur, ei repugnabant, exercitum commoueret, & vt de singulis regni sui domibus, singuli illuc pedites vel equites dirigerentur, edicto sanciret. Ego præcepto coactus: vnum ex mercenarijs mercede mihi seruientibus Sancium nomine, ad exercitum destinaui. Paucis post diebus decursis, omnibusque qui expeditioni illi interfuerant, ad propria redeuntibus, ipse quoque domum reuersus est. Nó longo deinceps tempore elapso more humano morbo correptus, nec diu cum morbo luctatus, defunctus est. Inde post quatuor fere menses ex quo è vita recessit, dum apud Stellã in domo mea hyemali tempore iuxta ignem in lecto iacerem, subitò iam dictus Sãcius circa mediam noctem mihi adhuc vigilanti apparuit. Qui igni assidens, & carbones quasi ad calefaciendum vel ad clarificãdum huc illucque

que reuersans, multò magis se mihi cognoscibilé demonstrabat. Erat autē nudus & absq; omni vestitu, excepto paruo vilique tegumento, quò velut inhonestiora corporis obuelabat. Quem cùm vidissem, quis inquam es tu? At ille humili voce, ego sum, inquit Sancius famulus tuus, quid inquam hic agis? vado (inquit) Castellam, iterque meum multus exercitus comitatur, vt vbi deliquimus, ibi & delictis pœnas debitas exoluamus. Et cur inquam huc diuertisti? Est inquit mihi spes veniæ, & si misereri volueris, celeriorem mihi requiem comparare poteris. Quomodo inquam? Quando inquit nuper expeditioni quam nosti interfui, hostili inuitatus licentia, Ecclesiam quandam cum quibusdam socijs inuasi, quæ intus inuēta sunt diripui, vestimenta insuper sacerdotalia mecum rediens asportaui. Pro quo specialiter diris pœnis subactus affligor, & remedium à te sicut à domino meo quantis possum precibus imploro. Nam poteris mihi subuenire, si beneficijs spiritualibus me studueris adiuuare. Rogo insuper vt dominam meam, vxorem tuam, ex mea parte, mea functus vice depreceris, ne octo solidos quos pro seruitio meo, mercenario iure mihi debebat, reddere iam moretur, & quod necessitatibus carnis, si aduiuerem reddidisset, animæ meæ longè amplius his egenti, erogando eos pauperibus, largiatur. Iā ego tali eius collocutione multò magis animatus, quid inquam de cōciue

ciue noſtro Petro Deioca nup defuncto actũ eſt? Rogo vt ſi quid de illo noſti, aperias. Illum (ait) opera miſericordiæ, frequenter quidem, ſed maximæ præteritæ famis tempore, pauperibus impenſa, beatorum requiei adiunxerunt, & vitæ æternæ participem effecerunt. Cumque eum tam promptè & facilè mihi reſpondere audiſſem, adieci. Et de Bernetio alio conciue noſtro, ante paruum tempus ſimiliter vt noſti defuncto, aliquid tibi notum eſt? illum (inquit) infernus poſsidet, quia ad dirimendas lites & iudicio terminandas huic villæ prælatus, multa ſæpè muneribus aut gratia illectus iniuſtè iudicauit, & quia cuidam pauperi viduæ quodam tempore baconem vnum qualecunque vitæ eius ſubſidium, crudeliter auferre non timuit: Tunc longè ampliùs ad maiora quærenda animi feruore ſuccenſus, adiunxi: De rege noſtro Alfonſo ante paucos annos defuncto, tibi aliquid notum eſſe potuit? ad hæc quidam alius in feneſtra capiti meo proximè ſuperpoſita reſidẽs, noli ait hoc ab iſto quærere quod ignorat, quoniam recens eius ad partes noſtras aduentus hoc ei notum fieri nondum permiſit. Mihi verò cui à diebitus mei quinquennalis cum huiuſmodi ſpiritibus mora, plura quàm iſti nouiter nota fecit, quod de rege queris ignotum eſſe non potuit. At ego rurſus nouæ vocis auditu attonitus, ac videre cupiens vocis auctorem, cõuerti oculos ad feneſtram, adiutuſque lunæ ſplen-

dore,

dore, quæ lumine ſuo omne tunc domus ſpacium clarè illuſtrabat, conſpicio hominem in inferiori feneſtræ margine reſidentem, quem in eodem habitu, quò alium videram, cernẽs, & tu inquam quis es? ego inquit, eius quem aſpicis ſocius ſum, & Caſtellam cum iſto & multis alijs proficiſcor. Et tu inquam de rege Alfonſo vti dicebas aliquid noſti? Noui (inquit) vbi fuerit, ſed verò vbi modò ſit neſcio. Nam aliquamdiu tormentis acribus inter reos excruciatus, poſtmodum à Cluniacenſibus monachis inde ſublatus eſt. Exinde verò quid de eo factum ſit, prorſus ignoro. His dictis ad ſocium, qui igni aſsidebat verba conuertens ait: Surge, & iam iter incœptum peragere incipiamus. Ecce enim iam omnes vias, quę intra vel extra caſtellum ſunt, ſubſequens nos exercitus ſociorum impleuit, & iam multis velociſſimè prætergreſsis, vt feſtinanter eos ſequi debeamus, vrgemur. Ad hanc vocem Sancius ſurrexit, & flebili voce, quod prius rogauerat, ingeminans, rogo, inquit domine, ne mei obliuiſcaris, & vt dominam meam coniugem tuã, quatenus quod corpori debebat, miſeræ animæ meæ reſtituat, oro ſollicitus exhorteris. His dictis, ſtatim vterq; diſparuit. At ego mox coniugem iuxta me in lecto dormientem, citata voce exſuſcitans, priuſquàm ei quod videram vel audieram narrarem, interrogaui vtrum aliquid Sancio communi noſtro mercenario pro mercede deberet. Qua reſpõdente, quod

quod ego nondum ab aliquo nisi à mortuo au-
dieram, se videlicet eidem Sancio adhuc octo
solidos debere, nequaquam vltra dubitare po-
tui, cui fidem omnimodam & mortui relatio,
& mulieris confirmatio conferebant. Facto
mane, octo illos solidos à coniuge accipiens,
& de meo quòd congruum visum est addens,
pro eius, qui apparuerat salute pauperibus di-
stribui, & sacrarum Missarum adiutoria, eià
sacerdotibus mea prece & studio impensa, ad
pleniorem peccatorum eius remissionem ad-
auxi. Hanc tam claram & cõmendabilem visi-
onem, velut verbum è verbo exprimens, ad ædi-
ficationem fidei & morum tam modernis
quàm posteris fideli scripto transmisi: & quan
ta cautela mortalibus necessaria sit, mortuorũ
ipsorum testimonio declaraui. Non parum
autem, imò maximè veritati huius visionis at-
testatur, quod à mortuo dictum est, Alfonsum
regem à Cluniacensibus monachis sublatum,
& à tormentis cõsimilium reorum ereptum.
Nam quod omnibus penè Hispanis & Gallis
populis notum est, idem rex Cluniacensis Ec-
clesię magnus amicus & benefactor extitit. Vt
enim innumera alia pietatis opera eidem mo-
nasterio ab eo impensa taceam, magnificentis-
simus & famosus rex censualem se regnumq;
suum CHristi pauperibus eiusdem CHristi a-
more fecerat, & tam à se quàm à patre suo Fre-
delanno constitutum censum, ducentas scili-
cet & XL. auri vncias, singulis annis Cluniа-
censi

censi Ecclesiæ persoluebat. Præter hæc duo mo
nasteria in Hispanijs ex proprio construxit.
Alia à quibusdam alijs personis construi per-
misit, & vbi construerentur, adiuuit. Cluniacenses monachos in illis ponens, & vnde omnipotenti Deo regulariter seruire possent, regia liberalitate affluenter largiens. Et pœnè emortuum monasticæ religionis feruorem ex parte in Hispanijs reparauit, & sibi hoc studio post regnum temporale, regnum etiã sempiternum, vti dignum est credere comparauit. Obtemperauit rex benignus regis æterni præcepto, faciens sibi amicos de mammona iniquitatis, à quibus amicis finita regni villicatione, secundum iam dictæ visionis tenorem, & à pœnis ereptus est. Quid enim magis illi misericordi iustitiæ cõgruere potuit, quæ reddit vnicuique iuxta opera sua, quàm vt ab his eripi videretur, quibus subuenerat: ab illis ei misericordia impenderetur, quibus misertus fuerat, ab his beatæ vitæ restitueretur, quorum in miserijs præsentibus vitam largis subsidijs sustentauerat? Verè non fallax vox de cœlis à Ioanne audita: opera mortuorum sequuntur illos, quod in isto rege apparuit, quem per opera misericordiæ velut per eos quibus impensa est, à tormentis eripuit: & requiei beatorum spirituum sociauit.

D. Gre-

D. Gregorius Turonensis Episcopus lib. 1. cap. 29. De miraculis D. Martini. De Charriberto rege qui res Ecclesiasticas inuasit, eiusq; diuina vltione.

CAP. XLVIII.

CHaribertus rex, cùm exosis clericis, Ecclesias Dei negligeret, despectisque sacerdotibus, magis in luxuriam declinasset, ingestum est eius auribus, locum quendam, quem basilica sancti Martini diuturno tempore retinebat, fisti suo iuri, reddique debere. Loco autem illi Nauicellis nomen Prisca vetustas indiderat, qui accepto iniquo consilio, pueros velociter misit, qui Remiculam illam suo dominio subiugarent. Cumque hæc rectè possidens videretur habere, iussit inlocum illum stabularios cum equitibus dirigi, ibique sine æquitatis ordine præcepit equos ali. Accedentes ergò pueri fœnum, quod coaceruatum fuerat, accipiunt in equorum expensas. Cumque iniunctum studiosè agerentur seruitium, atque equi appositum fœnum cepissent expendere, corripiuntur rabie. Et frementes ad inuicem diruptis loris, per plana prosiliunt, & in fugam vertuntur, & sic malè dispersi, alij excœcantur, alij rupibus præcipitantur, alij se sepibus ingerentes, palorum acuminibus transfodiuntur. Tandem stabularij iram Dei intelligentes, paucos extra terminum loci, quos assequi potuerunt, expellunt, sanosque recipiunt, nunciantes regi rem

rem illam iniustissimè retineri. Et ideò hæc cùm fuissent perpessi, dixerunt: Dimitte eam & erit pax tibi. Qui furore repletus, sic dixisse fertur, siue iustè siue iniustè reddi debeat, regnante me, hanc basilicam non habebit: qui protinus diuina iussione transitum accipiens quieuit. Aduenientе autem gloriosissimo Sigiberto rege, in eius regnum ad suggestionem beati Eufronij Episcopi, hoc in domo sancti Martini restituit, quod vsque huc ab eius basilica possidetur. Audite hæc omnes potestatem habentes, sic vestite alios, vt alios non spolietis, hoc adiungite vestris diuitijs, vt damnatiuon inferatis Ecclesijs. Vindex est enim DEVS velociter seruorum suorum.

Eutropius lib. 17 rerum Romanarum. Niceph. Callist. lib. 18. cap. 28. De pœna violantium Ecclesiam & reliquias S. Alexandri martyris.

CAP. XLIX.

ANno 18. Imperij Mauritij, Chaianus cũ barbaro exercitu suo Diriziperam venientes, ciuitatem depopulati sunt, & S. Alexandri martyris Ecclesiam incenderũt, sepulchrumque illius argenteo tecto cooperiam spoliant. Sed & iniurijs quoque martyris corpus afficiunt, multamque in Thrace prædam capientes, epulabantur splendidè, contra Romanos elati. Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, pestilentiam languoris barbaris intulit, & in vno die septem

filios Chaiani per febrem & inguinariam passionẽ occidit, vna cum alijs turpibus multis, ita vt post triumphale gaudium cum carminibus & canticis, lamentationes & lachrymę & luctus sine consolatione possideret Barbaros.

Gregorius Turonensis Episcopus libr. de gloria Confessorum cap. 71. De Childerico, qui Episcopo Franconi villam Ecclesiasticam iniquo iudicio extorsit, eiusq; diuina vltione ac delicti sui agnitione.

CAP. L.

AQuensibus est concessus inclytus Athleta Metrias, qui à sæculo victor abscessit, sæpius se in cœlis degere, virtutibus manifestis ostẽdens. Tempore igitur quodam, cùm Franco Episcopus huius municipij Ecclesiam gubernaret, Childericus qui tunc primus apud Sigibertum regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia iniustè ab Aquensi Ecclesia retineretur, & dicto citius conuenitur Episcopus. Datisque fideiussoribus, in præsentia regis assistit, clamans & obsecrans, vt rex ab huius causæ audientia, præsentiam suam auerteret, ne cœlesti iudicio condemnetur, addens, Scio enim virtutem Metriæ viri beati, quod velociter in peruasorem suum inrogat vltionem. Denique coniuncti auditores causam discutiũt. Insurgit Childericus atque improperans criminibus exacerbatum Episcopum, quod res fisci ditioni-

bus

bus debitas, iniquo ordine retineret, extrahi eum vi à iudicio iubet: & tandem ablata per iudicium præsentium villa, trecentis aureis condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quisquam contra voluntatem eius audebat decernere, nisi quod eidem libuisset. Denique condemnatus spoliatusque sacerdos, ad vrbem redijt, atque prostratus in orationem coram sepulchro sancti, dicto psalmi capitulo ait, Non hic accendetur lumen, neque psalmorum modulatio canetur glorioſissime sancte, nisi prius vlciscaris seruos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas, Ecclesiæ sanctæ restituas. Nec mora, corripitur peruasor à febre; decũbit lectulo, exhorret cibum, fastidit & potum, profert æstuans iuge suspirium. Cui etiamsi ab ardore febris interdum sitis accederet, aquam tantum, nihilque aliud hauriebat. Quid plura? in hac ægrotatione integrum ducit annum. Sed mens praua non flectitur. Interea labitur Cæsaries cuncta cum barba, & ita omne caput remansit nudum, vt putares eum olim sepultum, nuper eiectum fuisse post funera de sepulchro. His & talibus miser afflictus malis, serò recogitat, dicens: Peccaui, eò quod expoliauerim Ecclesiam Dei, atque Episcopo sancto intulerim iniuriam. Nunc autem ite quantotius & reddita villa, sexcentos aureos super tumulum sancti deponite. Est enim mihi spes, quod res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audiẽtes homines eius,

accepta pecunia fecerunt, ſicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum, ſolidoſque ſuper ſepulchrum ſerui Dei poſuerunt: ſed cùm hæc feciſſent, ſtatim illi in loco quo erat, ſpiritum exhalauit, lucratuſque eſt detrimẽtum animæ per adeptionem acquiſitionis iniquæ. Epiſcopus autem obtinuit vltionẽ de inimico Eccleſiæ, quam promiſerat futuram per athletæ Dei virtutem.

Ex hiſtor. Eccleſiaſt. Tripartit. lib. 6. cap. 10. Iulianus auunculus Iuliani Aug. cum preciosa Eccleſiæ vaſa abſtuliſſet, Eccleſias clauſiſſet, & clericos omnes effugaſſet, admirabilem Dei vindictam expertus eſt.

CAP. LI.

IVlianus auunculus Iuliani Imper. dicitur id ſtudium habuiſſe, vtin theſauros Imperatorios plurima & precioſa Eccleſiæ Antiochenæ vaſa reconderet, & clauſiſſe Eccleſias, & vniuerſos clericos effugaſſe, & ſolum tũc Theodoritum ſtetiſſe presbyterum. Quem cùm tanquam vaſorum cuſtodem comprehenſum crudeliter ſauciaſſet, nouiſsimè præcepit gladio occidi. Qui fortiter inter vniuerſa tormenta reſpondit, & pro dogmatis confeſsione deuicit. Quumque vniuerſa Deo dicata vaſa, & pallia collegiſſet, proijciens hæc in terram, contumelijs & iniurijs, vt voluit afficiens Chriſtum, ſuper ea etiã ſedit, & cumulum auxit iniuriarum. Moxque verenda eius & loca femoribus circumpoſita feruntur eſſe per-

percussa, & ad tantam peruenit putredinem, vt vermes procrearentur, medicis laborantibus vincere affectionem. Cõficiebantur enim omnimoda precioſaque medicamina ex pinguibus volatibus, vt eorum pinguedine corrupta,& putria membra linirentur. Hoc facto vermes ad ſuperficiem prouocabant, quia in profundo ebulliẽtes, per viuas ſerpebant carnes. Et donec moreretur, non fuit ab hac affectione ſecurus. Hoc itaque claruit diuina indignatione factum, cùm etiam cuſtodes imperialium theſaurorum, & alij plurimi aduerſus Eccleſias inſurgentes, inopinata & miſeranda morte defuncti ſint, quaſi ſuperna indignatione damnati.

Ex hiſtor. Eccleſiaſt. Tripartit. libr. 6. cap. 32.

De Iuliano præfecto, qui impudenter contra ſacrum altare minxit, & de Felice et Elpidio, ſacrilegis, eorumque horrendo interitu.

CAP. LII.

CVM ſub Iuliano Apoſtata, iuberentur vaſa Eccleſiarum ſacra fiſci ærario deputari, ſublatis ianuis Eccleſię maioris, quam Conſtantinus ædificauerat, fit cunctis acceſsibile ſanctuarium. Ingrediente ſiquidem Iuliano præfecto Orientis Eccleſiam, Fęlix præpoſitus regalium theſaurorum pariter introiuit, & ſimul Elpidius Comes rerum priuatarum. Aiunt enim & Fœlicem & Elpidium prius Chriſtianos, tũc à pietate receſsiſſe,

impio principi parere cupientes. Iulianus itaque præfectus impudenter contra sacrum altare minxit. Quem cùm Euzoius prohibere tentaret, eum ille perçusit in capite. Fertur autem dixisse, Christianorum inuentiones çelestium cura non vacare. Porrò Fœlix videns vasorum ornamenta, quę Constantinus & Cõstantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus, inquit, vasis Mariæ filio ministratur? Sed pro his impietatibus væsanisque præsumptionibus non post multum pœnas exacti sunt. Nam repentè Iulianus çquo morbo correptus, viscеribus putrefactis interijt. Et excrementa non per meatus egestiuos emittebat, sed scelestum os, quod blasphemijs ministrauerat, organum huius excretionis est factum. Aiunt autem illius vxorem fide fuisse clarissimam, eamque dixisse: Decet te marite laudare saluatorem Christum, quoniam tibi per hanc correptionẽ, magnitudinem propriæ virtutis ostendit. Non enim agnoueras contra quem pugnare voluisti, nisi consueta longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intulisset. His ergò verbis & passionibus imminentis causam languoris cognoscens, rogabat Imperatorem, vt Ecclesia quibus fuerat ablata, redderetur. Sed nec illum flexit, & ipse terminum vitæ suscepit. Porrò Fœlix & ipse repentè flagellum virtute diuina suscipiẽs, sanguine toto die simul & nocte ex ore fuso, & venis corporis vndique vacuatis, omniq; virtute simul expensa, &

& ipse celeriter est extinctus, æternæq; morti contradictus.

Victor lib. 1. de persecutione Vuandalica Proclus Arrianus ex Pallis altarium, camisias sibi & femoralia faciens, turpissima morte diuinitus consumitur.

CAP. LIII.

GEisericus cùm immanissima persecutione in Catholicos crudelissimè desæuiret, mittit Proculum quendam in prouinciam Zeugitanam, qui cunctos domini sacerdotes coarctaret, ad tradendum ministeria diuina vel libros, vt primò armis eos nudaret, & ita facilius inermes hostis callidus captiuasset. Quibus se non posse tradere clamantibus, ipse rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de pallis altaris (prò nefas) camisias sibi & femoralia faciebat. Qui Proculus huius rei executor, frustatim sibi comedens linguam, in breui turpissima consumptus est morte.

Hieron. Emserus in vita S. Bennonis, Episcopi Misnensis cap. 32. habetur autem in tom. Surij, 16. Iulij. Casula D. Bennonis dæmon fugatur, & de pœna Marchionis Misnensis Ecclesiasticam libertatem violantis.

CAP. LIV.

MAtrona quædam Misnensis diœceseos ex villa Pretzendorpff, propè Fribergam, nostra hac tempestate dæmonio

arrepta, ad sepulchrum diui Bennonis adducta, cùm nullis dæmon exorcismis ab ea fugari posset, inducta est tandem diui Bennonis casula, & datus in manu baculus pastoralis, quo facto, exclamauit dæmon. Nunc tempus est vt egrediar: relinquam tamē hospitæ meæ signū, quò mei perpetuò meminerit. Moxque aperto altero mulieris crure, terribiliter elisus est. Foramen autem quod ille fecerat, nulla medicorum arte sanabile, mulier adhuc hodie gestat, &, vt timendum est, donec vixerit non abolebitur. Prætereà vt pius erga supplices, ita seuerus in obstinatos, diuus pater iuxta promissa sua sæpius inuentus est. Marchionem enim wilhelmum, eum qui Grymnis mortuus est, cùm præpositus olim Misnensis Brutenus nomine sæpè adhortatus esset, vt ab exactionibus, & seruitijs, quibus colonos ac subditos Ecclesiæ Misnensis præter ius ac consuetudinem, prægrauabat, disisteret, nec eum ab incœpto posset deflectere, ad auxilium tandem diui Bennonis confugit, (qui exoratus tandem assiduis prepositi precibus) Marchioni in somnis apparuit, arguens & commonefaciens ad remittenda iniusta grauamina. Cumque is cōsiliariorum suorum suasu, dicentium non esse curanda somniorum deliramenta, in nullo se emendaret, alia vice per quietem, iterum visus est sibi Benno irruere, & face quam manu gestabat alterum ocellum inurere. Qui mane surgens & elusca tum se sentiens, tandem com-

pun-

punctus corde, Ecclesiæ Misnensi non solum data resarciuit damna, verùm insuper multa contulit donaria, quibus, vt sperandum est, benedictionem pro maledictione à Deo promeruit. Legitur tamen tam hunc quàm diui Bennonis percussorem, spe prolis à Deo frustratos absque legitimo decessisse hærede, in pœnam lælæ Ecclesiasticæ libertatis.

Gregorius Turonensis lib. 1. cap. 17. De miraculis D. Martini. De fure, qui pauperc-ularum sanctimonialium, aluearia furatus, infelici morte subitò interiit.

CAP. LV.

IN porta Ambianensi, in qua quondam beatus Martinus pauperem algentem chlamide decisa contexit, oratorium à fidelibus est ædificatum, in quo nunc puellæ religiosæ deseruiunt ob honorem sancti antistitis, parũ habentes facultatis, nisi quod eas deuotorum alit sæpè deuotio. Quodam autem tempore pauca apum aluearia eis fuerant data, quę cùm quidam inuidus aspexisset, ait intra se. Vtinã aliquid de his vasis possem auferre. Sequuta autem nocte instigatus à dæmone, ablatis tribus vasis nauim onerat, vt scilicet transito amne sibi facilius, quæ abstulerat, vendicaret. Sed credo ei impedimentum fuisse hoc furtum, sicut postea manifestè probatum est. Igitur cum sole oriente ad portum fluminis causa transmeandi homines properarent, nauim ad littus aspiciunt, apesque ex aluearijs cateruatim

emergere, hominemque seorsum iacere prostratum. Sed putantes eum à somno occupatum (sicut didicerant iam à puellis, furtum factum) quantotius properant ad illigandum eum, sed accedentes mortuum reperiunt. Statimq; puellis notum faciunt factum, & quod furto raptum fuerat, cellulæ restituunt, admirantes tam velociter in homine diuinæ vltionis accessisse sententiam.

Nicephorus Callistus lib. 14. cap. 32. Ecclesiast. histor. De quibusdam seruis, qui cum armati ad Ecclesiam confugerent, ibiq; diuinas cœremonias impedirent, clericum quoque trucidarent, tandem seipsos interemerunt.

CAP. LVI.

Ingenia hæreticorum.

CVM Nestorius linguæ volubilitate elatus, animum ad veterum scripta non accuratè intẽderet, sed se seipsum omnium præstantiorem esse duceret, multaque in Mariam θεοτόκον blasphemans nugaretur, accidit vt detestandum quid in Ecclesia fieret. Nam primarij cuiusdam magistratus serui, crudeliter ab ipso hero accepti, ad Ecclesiam confugere, & ferrum in manibus habentes, ad sanctiorem sacrificij aram irruere, iussiq; inde atque coacti exire, haud quaquam paruêre, diuinas cœremonias impedientes: & diebus plurimis strictos & coruscantes ensens præ se ferentes, vt obuios omnes ferirent, parati fuêre. Atque vbi clericum quendam trucidarũt, ali-

aliumque insuper vulnerarunt, postremò tandem seipsos interemerunt. Porrò ex eis qui affuêre, quidam mali ominis esse templi profanationem & inquinationem, prædixit: poête cuiusdam iambos allegans eiuscemodi, *Templi profanatio ominosa.*

Assueuit omen ferre triste, sanctius
Si fortè templum polluant piaculum.

Nec ille prorsus non vera dixit. Cùm enim diuisionem populi, & dissidium, tum eius qui seditiosæ eiusmodi discessionis author esset, abrogationem prædicere visus est.

Michael Glycas parte 4. Annalium. Ioannes Zonaras tom. 3 Annalium. De exitu Leonis Imper. rem Deo sacratam usurpantis.

CAP. LVII.

LEO Constantini Copronymi filius, religiosus quidem & pius ab initio, verùm vbi coronam Ecclesiæ à Mauritio donatam gestasset, carbunculi morbo vexatus, ardenti febre tandem extinguitur.

Gregorius Turonen. lib. de gloria Confessorum, cap. 62. Paganus quidam sepulchrum S. Helij Episcopi spoliare instituens, ab ipso sancto tam diu extensis lacertis constringitur, donec à populo deprehenderetur, qui tandem emẽdatus incolumis dimittitur.

DVM quadam vice ad occursum Pontificis Nicętij ambulassem, & loca sancta Lugdunensis oppidi circuirem, vir ille qui nos præcedebat, ad cryptam beati Helij inuitat ad orationem dicens, quia magnus sacer-

cerdos in hoc loco quieſcit. Cumque oratione facta ſancti tumulum admirarer, & tacitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aſpicio in oſtio eſſe ſcriptum, qualiter ſepulchri violator cadauer ſpoliarit exanime. Inquirens verò cauſam, ſi hæc vera eſſent, quæ in oſtio picta videbantur, vir mihi talia retulit, ſanctus Helius tempore paganorum in hac vrbe fuit Epiſcopus: qui defunctus, ſepultus eſt à fidelibus. Nocte autem ſequenti veniens quidam paganus, lapidem qui ſarcophagum tegebat, reuoluit: erectumque contra ſe corpus ſancti conatur ſpoliare. At ille extenſis lacertis conſtrictum ad ſe hominem fortiter amplexatur, & vſque mane populis expectantibus tanquam conſtipatum loris, ita miſerum brachijs detinebat. Igitur iudex loci, violatorem ſepulchri iubet abſtrahi, ac legali pœnæ ſententia condemnari, ſed non laxabatur à ſancto. Tunc iudex intelligens voluntatem defuncti, facta de vita promiſsione laxatur, & ſic incolumis redditur. O verè ſanctam vltionem pietate permixtam: retinuit hominem vt argueret, ſed tradi non permiſit ſupplicio, quem iam reddiderat emendatum.

Iuſtinianus Imperat. in l. Sancimus C. de ſacroſanct. Eccleſijs, vaſa ſacra & veſtes ſacræ non poſſunt pignorari vel alienari, præterquàm in redemptionem captiuorum, aliàs ab Epiſcopo vel œconomo Eccleſiæ vendicantur, omni exceptione remota.

CA-

CAP. LIX.

SAncimus nemini licere ſacratiſsima atque arcana vaſa, vel veſtes, cæteraque donaria, quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt (cùm etiam veteres leges ea, quæ iuris diuini ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerunt) vel ad venditionem, vel hypothecam vel pignus trahere, ſed ab ijs, qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vendicari, tá per religioſiſsimos Epiſcopos, quàm per œconomos, necnon & ſacrorum vaſorum cuſtodes, nulla eis actione relinquenda, vel ſuper recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt, ſed omnibus huiuſmodi actionibus reſpuendis, ad reſtitutionem eorum omnibus modis coarctari. Sin autem conflata ſunt, vel fuerint, vel alio modo immutata vel diſperſa, nihilominus vel ad ipſa corpora, vel ad ipſa pretia eorũ actionẽ cõpetere, ſiue p̃ in rẽ, ſiue p̃ cõdictionẽ: ſiue p̃ in factũ actionem: cuius tenor in multis & varijs iuris articulis ſæpè eſt admiſſus, excepta videlicet cauſa captiuitatis & famis in locis ijs, in qbus hoc (quod abominamur) cõtigerit. Nam ſi neceſsitas fuerit in redemptione captiuorum, tunc & venditionem præfatarum rerum diuinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non abſurdum eſt, animas hominum quibuſcunque vaſis, vel veſtimẽtis præferri, hoc obtinente nõ ſolũ in futuris negotijs, ſed etiá in iudicijs pẽdẽtib.

Iuſti-

Iustinianus Imperat. in authent. Præterea C. de sacrosanct. Eccles. Adiycit alterum casum, quo vasa sacra Ecclesiæ vendi possunt, contrariũ facientes, pœnis legitimis subiacẽt.

CAP. LX.

PRætereà si habeat Ecclesia superflua vasa, cùm debitrix sit, nec aliunde soluere possit, ne quid immobile alienetur, vel distrahatur, integra ea (gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio) vel alijs locis venerabilibus oblata dentur: conflata cuilibet alij vendantur, quò magis debitum persoluatur. Qui autem hæc acceperit contra hanc obseruationem, eisdem pœnis subiaceat, quæ in rebus immobilibus sunt proditæ.

Imperat. Gordianus in l. 1. C. de sepulchro violato. Res religiosas effectas, illegitimè contrectans, tenetur crimine læsæ religionis.

CAP. LXI.

RES religioni destinatas, quinimò iam religionis effectas, scientes qui contigerint, & emere & distrahere non dubitauerint, tametsi iure venditio non subsistat, læsæ tamen religionis inciderunt in crimen.

Imper. Constantinus in l. 4. C. d. tit. De pœnis violantium sepulchra, aut corpora vel reliquias.

CAP. LXII.

QVI sepulchra violant, domos (vt ita dixerim) defunctorum, geminum videntur facinus ppetrare, nã & sepultos spoliant

liant distribuēdo, & viuos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa vel marmora, vel columnas, aliámve quamcūque materiàm fabricandi gratia, siue id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur fisco inferre, siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quæcunque alius accusauerit, vel ad officium nunciauerit, quæ pœna Priscæ seueritati accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subiacebunt, & qui corpora sepulta aut reliquias contrectauerint. Hæc ille Imperat. Quid igitur dicendum de illis, qui SS. martyrum sepulchra, tanta audácia violant.

Impp. Arcadius & Honorius A. Theodoro præfecto præto. habetur in l. Si quis in hoc. C. De Episcopis & clericis, irruens in Ecclesiam & ministros, capitali sententiæ subiacet.

CAP. LXIII.

SI quis in hoc genus sacrilegij proruperit vt in Ecclesias Catholicas irruens, sacerdotibus & ministris, vel ipsi cultui locoq; aliquid importet iniuriæ, quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur, atq; ita prouinciæ moderator, sacerdotum & Catholicæ Ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius, & diuini cultus iniuriam capitali in coniunctos seu cōfessos reos sententia nouerit vindicandam,

nec

nec expectet, vt Episcopus iniuriæ propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quod si multitudo violenta per ciuilis apparitoris executionem adminiculo etiam ordinum possessorúmue non poterit flagitari, quod se armis aut locorum difficultate tueatur, præsides prouinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.

Iustinianus Imperat. in Authent. Collat. 9. tit. 15. De sanctissimis Episcopis, & clericis. §. Si quis cum sacra. De pœnis eorum qui Episcopos, clericos aut ministros Ecclesiæ iniurijs afficiunt, & diuina ministeria conturbant, aut celebrari prohibent, & de modo celebrandi litanias, & pœnis eas concutientium.

CAP. LXIV.

SI quis cum sacra ministeria celebrantur, in sanctam Ecclesiam ingrediens, Episcopo, aut clericis, aut ministris alijs Ecclesiæ iniuriam aliquam inferat: iubemus hunc verbera sustinere, & in exilium mitti. Si verò hęc sacra mysteria conturbauerit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: Hoc ipso & in litanijs, in quibus Episcopi & clerici reperiantur, custodiendo. Et si quidem iniuriam solum

solum fecerit: is verberibus exilioque tradatur. Si verò etiam litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit, & vindicare iubemus non solùm ciuiles, sed etiam militares iudices. Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctiss. Episcopis, & qui sub eis sunt reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania, in qua sacerdotes non inueniuntur, & solennes orationes faciunt? Sed & ipsas honorãdas cruces (cum quibus & in litanis ingrediuntur) non alibi nisi in venerabilibus locis reponi, & si quando opus vocauerit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuetè eas portare solent, & cum Episcopo & clericis litanias celebrare, hoc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, præsentis nostræ legis virtutem, aut transcenderit, aut non vindicauerit, prædictas pœnas patietur, monasteriorum & reuerendissimorum monachorum dispositione.

Impp. Arcadius & Honorius A A. in l Si venerabilis C. De Episcopis & clericis. Violans priuilegia Ecclesiæ punitur in quinq; libris auri.

CAP. LXV.

SI venerabilis Ecclesiæ priuilegia, cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum hoc

quinque librarum auri condemnatione plectetur.

Noua constitutio Friderici Imper de statutis et cõsuetud. cõtra libertatẽ Ecclesiæ editis, quæ habetur ad calcem lib. 2 Feudorum. De variis pœnis violantium priuilegia & libertatem Ecclesiasticam.

CAP. LXVI.

AD decus & honorem imperij, & laudem Romani principis nihil omninò magis videtur accedere, q̃ vt expurgatis q̃busdã erroribus, & iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesia Dei plena quietè vigeat, & secura gaudeat libertate. Sanè adeò infidelium quorundam & iniustorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apostolicam disciplinam, & sacros canones statuta sua confingere contra Ecclesiasticas personas & Ecclesiæ libertatem. Cùm ergò dispositione diuina fauente, nihil velit Ecclesia (quæ nihil debet præter bona appetere) quod nobis eodem concursu & eadem non placeat voluntate. Nos Fredericus Romanorum Imperator semper August. hac edictali lege irritamus, & nunciamus omnia statuta & consuetudines, quæ ciuitates, vel loca, potestates, consules, vel quæcunque aliæ personæ contra libertatem Ecclesiæ vel Ecclesiasticas personas edere, vel seruare aduersus canonicas, vel imperiales sanctiones præsumpserint, & ea de capitularibus suis mandamus intra duos

Vide authen. cassa & irrita C. de sacrosanct. Eccles.

duos menses post huius publicationem edicti penitus aboleri, & si de cętero similia attentauerint, ipso iure decernimus esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos, superiori protinus applicanda, nec non locum, vbi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subiacere: potestates verò, consules, rectores, statuarij, & scriptores dictorum statutorum, necnon & consiliarij locorum ipsorum, qui secundum statuta, vel consuetudines memoratas iudicauerunt, sunt extunc ipso iure infames, quorum sententias, & actus alios illegitimos præcipimus, aliquatenus non tenere. Quod si per annum huius nostræ constitutionis inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium mandamus, impunè ab omnibus occupari, saluis nihilominus alijs pœnis contra tales in generali concilio promulgatis. Item nulla potestas vel persona publica vel priuata collectas siue exactiones, angarias vel parangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis aut Ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere bona Ecclesiastica præsumant. Quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia vel ab imperio, emendare contempserint, triplum refundant, & nihilominus banno imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Item quæcunque communitas, vel persona per annum in excommunicatione facta, propter libertatem Ecclesiæ perstiterit, ipso iure im-

Videl. 1. 2. et 3. C. de Episc. & clericis.

periali banno subiaceat, à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab Ecclesia absolutus fuerit. Item statuimus, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. Quod si fecerit, actor à iure suo cadat, & iudicatum non teneat, & iudex sit ex tunc iudicandi potestate priuatus. Statuimus enim vt si quis clericis vel personis Ecclesiasticis iustitiam denegare præsumpserit, tertiò requisitus, suam iurisdictionem amittat.

Impp. Valentin. & Martianus AA. in l. priuilegia, C. De sacrosanctis Ecclesijs. Priuilegia Ecclesiarum confirmantur, inducta in contrarium tolluntur, et eleemosyna consultæ dari iubentur.

CAP. LXVII.

PRiuilegia, quæ generalibus constitutionibus vniuersis sacrosanctis Ecclesijs orthodoxæ religionis retro principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanè pragmaticas sanctiones, quæ contra canones Ecclesiasticos interuentu gratiæ vel ambitionis elicitę sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est, egenis prospicere, ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint, salaria etiam, quæ sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quo

que

que inconcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari, liberalitatique huic promptissimæ perpetuam tribuimus firmitatem.

Theodoretus lib. 1. cap 2 et 11. Ecclesiast. histor. Imperat. Constantinus Magnus leges pro honore & immunitate sacerdotum sanciuit, annonam illis suppeditauit ignominiam illorum suo paludamento se obtecturum aiebat.

CAP. LXVIII.

COnstantinus Impe. dedit prouincijs & gentibus mandatum, vt sacerdotes honore afficerent: illis autem, qui eosdem contumelijs infectari aggrederentur, exitium minatus est. Postmodum Episcopos Nicœni Concilij magnifico epulo excepit, cumque inter illos quibusdam videret dexteros oculos effossos, intellexissetque, quod constantia pro pietate eam cladem illis attulisset, labra vulneribus admouit, pro certo persuasus, osculo se benedictionem inde hausturum esse. Conuiuio tandem peracto, alia dona rursus illis distribuit, quinetiam literas ad prouinciarum præfectos dedit, mandauitque, vt certus frumenti numerus viduis & his quæ perpetuam seruant virginitatem, quinetiam illis, qui diuinis ministerijs obeundis consecrati sunt, in singulis ciuitatibus, quotannis suppeditaretur, eumque non tam egentium necessitate, quàm sua ipsius magnificentia mensus est. Erant autem quidam calumniandi studio

flagrãtes, qui quoſdam epiſcopos accuſabant, & criminationis libellos Imperatori offerebant. Ille iſtis ante concordiam conſtitutam acceptis, primùm cùm eos vinculo conſtrinxiſſet, annuloque ſuo obſignaſſet, ſeruari iuſſit. Deinde libellos in medium adductos, illis ipſis præſentibus, igne abſumendos curauit, iureiurando adiecto, ſe ne verbum quidem in illis ſcriptum perlegiſſe. Nam ſacerdotum, inquit, vitia non ſunt populo aperienda, ne ille inde cauſa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur. Quinetiam eum hoc quoq; adieciſſe memorant. Si ſuis oculis epiſcopum alienæ vxori ſtuprum inferre fortè videret, facinus illud nefandum ſuo paludamento ſe obtecturum, ne facinoris aſpectus eos qui idem ipſum cernerent, vlla ex parte læderet. Cùm igitur Epiſcopos ad hũc modum hortatus eſſet, & ſacerdotes Dei tam amplo affeciſſet honore, ſingulos ad ſuum gregem redire mandauit.

Iuſtinian. Imp. in authen. Quomodo oporteat Epiſcopos et cæteros clericos ad ordinationẽ perduci collatione 1. tit. 6. De ſacerdotij dignitate & vtilitate in republ. & quales debeant in Epiſcopos cooptari.

CAP. LXIX.

MAxima quidem in omnibus ſunt dona Dei à ſuperna collata clementia, ſacerdotium & imperium, illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſi-

prȩsidens ac diligentiam exhibens, ex vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cùm vtique & pro illis ipsi semper Deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit vndique, & apud Deum fiducia plenum, imperium autem rectè, & competenter exornet traditam sibi rempublicam, erit consonantia quædam bona, omne quicquid vtile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus, credimus, quia per eam maxima nobis dona dabuntur à DEo, & ea quæ sunt firma habebimus, & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. Benè autem vniuersa geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabili DEO. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum obseruatio custodiatur, quam iusti & laudandi & adorandi inspectores & ministri Dei verbi tradiderunt Apostoli, & sancti patres custodierunt, & explanauerunt. Sancimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius vitam secundum sanctum Apostolum, si honesta & inculpabilis, & vndique irreprehensibilis sit, & in bonis testimonium habeat, & sacerdotem decens, & ne-

que ex officiali, aut curiali veniat fortuna, nisi tamen ex nouella ætate (secũdum quod iam disposítum est) in monasterio constitutus, fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiæ reddens curiæ. Neque enim idiota, neque ex ijs, qui vocantur laici, existens, ita mox ad episcopatum ascendat, nec imaginariam suscipiat ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus, deinde paruum aliquod tempus præteriens Episcopus appareat. Et neque vxori aliæ copulatus, sed aut in virginitate degens à principio, aut vxorem quidem habens ex virginitate, aut ad eam venientem, & non viduam, neque seiunctam viro, neque concubinam, neque filios aut nepotes habens, neque cognitos legi, neque illi odibiles: alioqui præter hoc aliquid agens, & ipse cadet sacerdotio: & qui eum ordinat, foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens. Sed neque pecunijs oportere emere sacerdotium ei permittimus, solum verò eum respicere domini Dei culturam volumus, & non plurimis humanis cogitationibus distrahi. Sed neq; ineruditus existens sacrorum dogmatum, ad episcopatum accedat, prius autem ad monasticam vitam professus, aut in clero constitutus, non minus mensibus sex, vxori tamen non cohærens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodò super Deo amabilibus episcopis quærimus, sicut etiam prius duabus nostris sacris cõstitutionibus hoc sancitum

citum est, per quas dudum cohærentes vxoribus, non perscrutamur, omne præteritum relinquentes, de cætero autem nulli permittentes à positione legis vxorem habenti talem imponi ordinationem, quam legem etiam nunc renouamus, ne fortè si præter hoc aliquid fiat, & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus Episcopus, aut ex monachis, aut ex clericis, sit etiam in huiusmodi vita testimonij boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens bona, & hoc fundamentum pontificatus deponens suæ animæ.

Iustinianus Imper. in eadem authent. §. Hæc autem. De cœlibatu & castitate sacerdotum & clericorum, & pœna contrahentium nuptias.

CAP. LXX.

QVæ de Deo amabilibus episcopis secundum diuinas regulas sanciuimus, eadē & de religiosis clericis constituimus. Neque enim secundas habentem, aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum, aut presbyterum permittimus, neque si mulieri coniungatur seiunctæ, & proprium virum derelinquenti: sed neque si concubinam habeat, sed ipsam vxorem, si cum castitate & ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate viuētes, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnus vxoris virum, qui vel fuerit vel sit, & ipsam ca

stitatem eligentem, primum principium & fundamentum manifestum secundum diuinas regulas, & residuæ virtutis constitutam. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut subdiaconus posteà ducat vxorem, aut concubinam, palam, aut occultè, sacro statim cadat ordine & deinceps idiota sit. Quod si & lector secundam ducat vxorem propter quædam & hoc forsan irrecusabili necessitate, nullatenus ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiori in sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuò, sed non ad tertias veniat nuptias: satis est enim si ad secúdas. Si verò tale aliquid egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad maiorem gradum venire festinauerit, exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens. Pudicè etenim nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales constituti ij, qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad episcopatum ascensus erit, & ex multis bonis viris facilius inuenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotij digni.

Iustinianus Imper. in l. Nos semper. C. de Episcop. & cleric. De sacerdotum & Episcoporum officio, & quare Ecclesia ad sacerdotium et Episcopatum, non nisi continentes admittat.

CAP. LXXI.

NOS semper omnibus modis sacrosanctis Ecclesijs prouidentes in honorem &

gloriam ſanctæ, incorruptæ, & conſubſtantialis Trinitatis, per quam ſeruari tum nos ipſos, tum rempublicam perſuaſi iumus, ſequentes doctrinam ſanctorum Apoſtolorum, de eo quod debent eligi integerrimi & incorruptiſsimi ſacerdotes, qui quidem ea re maximè conſtituuntur, vt ſuis precibus beneuolentiam Dei clementiſsimi rebuſpublicis acquirant, præſenti conſtitutione ſancimus. Nam ſi ſancti & glorioſi Apoſtoli ſacerdotium à Domino CHriſto Deo noſtro accipientes, & omnibus bonis terram implentes, ſuamque doctrinam omnibus tradentes, ne ſuæ quidem in hoc mundo conceſſæ vitæ vt ſaluti noſtræ inſeruirent, pepercerunt, an non æquum eſt, eos qui in illorum munus ſuccedunt, & ſanctis Eccleſijs ſacerdotes præſunt, puram atque incorruptam vitam agere, & opes atque pecunias pro nihilo ducere, vitamque ſuam omnem ad clementiſsimum Deum referre ac dirigere. Par eſt igitur eiuſmodi ſacerdotes eligi & creari, quibus neque liberi ſint, neque poſteri, propterea quod is qui huius vitæ curis & ſollicitudinibus afficitur, quas liberi, vt qui maximè parentibus adferunt, eius omne ſtudium & cogitatio in Dei cultu, & rebus Eccleſiæ verſari non poteſt. Cùm enim quidam adducti ſpe, quam in Deo poſitam & conſtitutam habent, tum autem vt ſuorum animorum ſalute conſulant, ad ſanctiſsimas Eccleſias confugiant, ſuaſque opes ac facultates ob eam cauſam,

Sacerdotes quare conſtituantur.

Matrimonij cura & ſollicitudo nō conuenit ſacerdoti, qui totus Deo vacare debet.

ijs adferant & relinquant, vt in pauperes & egenos, alioſque præterea pios vſus impendantur, abſurdum eſſet, minimeq; conueniens, ſi epiſcopi in proprium lucrum prædamque eas pecunias reuocarent, aut in proprios liberos & conſanguineos impenderent. Oportet enim epiſcopum nulla erga eos liberos, qui carne & corpore parantur affectione & ſtudio præpeditum, omnium fidelium animos parentis charitate & beneuolentia comprehendere. His igitur de cauſis eos qui liberos & poſteros habeant, creari epiſcopos prohibemus.

De cœlibatu ſacerdotum, & quod coniugati ad clericatum & gradus Eccleſiaſticos nullo modo admittantur, videre licet plures leges & conſtitutiones in authent. de monachis collatione 1. tit. 5. §. Si quis autem fortè, & in authent. de ſanctiſsimis Epiſcopis collat. 9. tit. 15. §. clericos autem. & in l. Eum qui probabilem, cum Gloſſa. c. de Epiſcop. & clericis atque in l. Exiſtimamus. c. de ſumma Trinitate & fide Catholica. Quid facient Orientis Ecclefiæ? inquit Hieronymus, quid Aegypti & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt?

Aduerſus Vigilantium.

Imppp. Theodoſius, Arcadius & Honorius in l. Mimæ, c. de Epiſcopali audientia. Habitus Deo dicatarum virginum non debet lubrio exagitari ſub pœna corporalis ſuppliciij & exilij.

CA-

CAP. LXXII.

MImę & quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt, publicè habitu earum virginum quæ Deo dedicatę sunt, non vtantur. In eandem sententiam Iustinianus Imper. in authent. vltima de sanctissimis Episcopis: Omnibus, inquit, generaliter in seculari vita conuersantibus, & maximè theatralia exercentibus viris ac mulieribus, nec non ei prostantibus interdicimus vti schemate monachi aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cuiuscunque personæ huiusmodi imitari schema: scientibus vniuersis præsumentibus aut vti tali schemate, aut imitari, aut illudere in quacunque Ecclesiastica disciplina, quia & corporalia supplicia sustinebunt, & exilio tradentur, prouidentibus huic rei non solum locorum episcopis, & qui sub eis sunt clericis, sed etiam militaribus ciuilibusque iudicibus, & quæ sub eis sunt officijs, & locorum defensoribus. *Collat. 9. tit. 15. §. fin.*

Chrysost. hom 2. in cap. 1. epist. 2. ad Thimoth.

Grauissimus D. Chrysostomi locus contra illos, qui temerè pastores & sacerdotes Dei contemnunt.

CAP. LXXIII.

HOC est malorum omnium causa, quod rectorum authoritas perijt, nulla illis reuerentia habetur, nullus honor, nullus metus. Qui honorat sacerdotes, Deum quoque honorat: qui verò sacerdotem spernit, ad

id

id sensim prolabitur, vt in Deum ipsum ali-
Matt.10. quando contumelioſus euadat. Qui vos, in-
quit, ſuſcipit, me ſuſcipit. Et ſacerdotes, ait,
eius in honore habete. Hinc Iudæi Deum aſ-
pernari didicerunt, quia Moſen contempſe-
runt, quia lapidibus illum impetebant. Nam
qui piè ſacerdoti afficitur, longè maiore pie-
tate Deum reuerebitur. Et ſi enim malus fue-
Etiã malus ſacerdos ho-norãdus propter Deum. rit ſacerdos quiſpiam, attendit Deus, quod ſui
gratia illum etiam qui dignus honore non
eſt, obſequijs foues, ipſeque tibi præmia exol-
uet. Si enim qui prophetam in nomine pro-
phetæ ſuſcipit, mercedem prophetæ accipiet:
Profectò & qui credit & obtemperat ſacerdo-
ti, mercede ſua non deſtituetur. Nam ſi de ho-
ſpitalitate agitur tantum, vbi quem ſuſcipis
ignoras, tantum præmiorum accipis: ſi ei ſub-
ijciaris, cui imperat Deus, non multò magis
mercede donaberis? Super cathedram, inquit,
Moſis ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia er-
gò quæcunque dixerint, facite: ſecundum au-
tem opera eorum ne faciatis. An ignoras quid
Sacerdos angelus domini ſit ſacerdos? Angelus vtique domini eſt. Non
ex ſeipſo loquitur: ſi deſpicis, non illum de-
ſpicis, ſed Deum, qui illum ordinauit. Sed vn-
de, inquies, conſtat. Deum fuiſſe illius ordina-
tionis authorem? Nempè niſi tu hanc habeas
opinionem, ſpes tua inanis facta eſt. Nam ſi ni-
hil per illum operatur Deus, neque lauacrum
habes, neque myſteriorum particeps es, neque
benedictionibus frueris. Non ergo Chriſtia-
nus

nus es. Quid ergò? Deus omnes ordinat, per omnes tamẽ ipse operatur, salutem populi moliens, non illorum intuens merita. Nam si per asinæ os, si per Balaam scelestum hominem populi causa locutus est, multò magis loquitur per sacerdotem plebis suæ gratia. Quid enim non agit Deus salutis nostræ causa? quid non loquitur? per quem non operatur? Si enim per Iudam operatus est, per prophetas, quibus dicturus est: Non noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem: Perque illos, qui dæmones in nomine suo eiecerunt, non magis sacerdotes diuino mysterio famulantes operabitur? Nanq; si præpositorum vitas discutere pergimus, ipsi doctores nostros ordinare contendimus: peruersoq; ordine naturali, quæ supra sunt, infra esse voluimus, vt superius pedes, inferius verò sit caput. Audi quid Paulus dicat: Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, Et iterum: Tu qd iudicas fratrem tuum? Si fratrem iudicare nõ expedit, quãtò minus magistrum? Nam si quidem hoc statuit Deus, benè facis, peccasque ni facias: sin verò contraria præcipit, noli præsumere, neq; ea coneris, que super te sunt. Insurrexerunt aduersus Aaron post vituli formati effigiem, Core, Dathã, & Abyron. Quid ergò? nónne illi periêre? Quilibet, quæ ad se pertinent, solicitè curent. Nam si quidem fidei dogma peruertat etiamsi angelus sit, obaudire noli: sin verò recta docet, noli vitę, sed verbis inten-

Deus tã per indignos quã dignos operatur.

Matt. 7.

Præpositorũ vita curiosè discutienda non est.

1. Cor. 4.

Rom. 14.

tendere. Habes Paulum verbis te operibusque moderantem. Non distribuit pauperibus, inquies, non benè dispensat Ecclesiæ res. Vnde tibi id constat? Noli illum culpare antequàm discas. Reatum caue. Plurima quippè ex simplici suspicione iudicãtur. Imitare Deum tuum: audi ipsum dicentem: Descẽdens videbo, si secundum clamorem consummatur: sin aũt, vt sciam. Quod etsi didicisti & examinasti & vidisti, iudicem sustine. Noli præripere Christi iudicis ordinem: illius est munus ista discutere, non tuum. Tu seruus vltimus, non dominus es. Ouis ipse es, pastorem noli curiosè discutere, ne eius quoq; criminis reus tenearis, quod illum accusare præsumis. Et quomodo, inquies, ipse mihi dicit, quod ipse non facit? Non tibi ipse dicit: nam si illi obtemperas mercede priuaris. Christus hęc admonet. Plus aliquid dicam, ne Paulo quidem obedire oportet, si quid dixerit proprium, si quid humanum, sed Apostolo Christum in se loquentem circumferenti. Non igitur aliena iudicemus: sua quisq; discutiat, vitamque dijudicet suam. At debet ille, inquies, melior esse, quàm ego. Cur obsecro? Quia sacerdos est. Et quid non habet ille amplius quàm tu? Non labores, non angores, non ærumnas? Debet esse te melior? Quid ergò? Nisi sit, teipsum perdis ac perimis? Sunt verba ista plena arrogantiæ. Vnde enim nosti illum te non esse meliorem? Furatur, inquies, & sacrilegus est. Vnde hoc nosti? ho-

Gen. 18.

Aliàs et quid habet.

homo? cur teipsum per præcipitia impellis? Nempè si quis dixerit, ille purpuram habet, quanuis id scias, aurem obruis: & si arguere posis, protinus resilis, teq; scire dissimulas, nolens gratis subire periculum. Quid ergò in hoc loco periculum minimè necessarium suscipis? Non carent reatu hæc verba. Audi quid dixerit CHristus: Dico autem vobis, quod omne verbum otiosum, quodcunque locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Cur teipsum quouis arbitraris esse meliorem? Cur non ingemiscis magis, ac pectus tundis, atque in humum respicis, imitando fœlicem publicanum. Etsi enim melior sis, hac fœda existimatione tua cuncta perdidisti. Melior es? tace, vt persistas esse melior: quod si loquaris omnia exinaniuisti. Si te putas esse, desiste: si non putas, multũ sanè profecisti. Si enim qui peccator aduenerat, vbi confessus est iustificatus descendere meruit: qui peccator non est, & esse se putat, quid (oro) non lucrabitur? quãtum ex ea humilitate suis adijciet cõmodis. Vitam tuam diligentius discute. Fur non es? at rapis, at violas, at innumera huiusmodi perpetras: neque id vt furtum probem, dixerim. Absit: immò illud valde execror, & eum qui est huiusmodi valde defleo: nam dici non potest quàm sit sacrilegium malum. Sed vobis parco. Nolo enim virtutem vestram alios accusando minuere. Quid, oro, publicano deterius? At cùm esset innumeris peccatis

Matt. 12.

Luc. 18.

obnoxius, Phariſæuſq; id ſolum diceret: Non ſum ſicut Publicanus iſte, omnia perdidit. Tu de ſacerdote dicis. Non ſum ſicut iſte ſacrilegus, & non omnia prorſus amittes? Iſta neceſſario dicere, ac plurimis verbis proſequi cogor, non ſacerdotum tantum gratia, ſed veſtri. Nam vereor, ne hac elatione virtus exhauriatur veſtra, in iudiciumq; decidatis. Audi deniq; quid dicat admonēs Paulus: Opus autem ſuum probet vnuſquiſq;, & tunc in ſemetipſo tantum habebit gloriam, & nō in altero. Nam dic, oro, ſi ſaucius proficiſcaris ad medicum, num omiſſa cura vulneris tui, ſtudioſè medicum percontaris, vulnus ille habeat nec ne. An verò etſi ille ſit ſaucius, vulnus tuum idcirco non curas, diciſq; ſanum illum eſſe oportuit, medicus cùm ſit? Quando verò ſanus medicus non eſt, abſcedo, vulnus mecum inſanabile referens? Nunquid enim ſi ſacerdos malus, inde ſolatium capiet ſubditus? Nihil minus. Cæterùm dabit ille quidem ſcelerum ſuorum debitas pœnas, dabis autem & tu tuorum criminum pœnas. Etenim magiſter ſolum iam ordinem implet. Erunt enim, inquit, omnes docibiles Dei, neq; dicent, agnoſce Dominum. Omnes enim agnoſcent me à minimo vſq; ad maximū eorū. Cuius ergò rei gratia, inquies, præſidet? Cur præpoſitus eſt? Ne quæſo, Doctores noſtros maledictis impetamus, & ne noſmet potius lædamus. Noſtra vt dixi omnia diſcutiamus, & neminē penitus maledicemus. Reuereamur diem illam, qua illuminati ab il-

Ioan. 7.
Eſaiæ 52.
Hier. 31.

lis sumus. Patrē q̄ habet, etsi mille patiatur incōmoda, omnia patris reuerētia cōteget. Noli .n. inq̄t, gloriari in ignominia patris tui: neq; enim tibi tam gloria, quàm probrum est. Et si sensum amiserit, veniam habe. Longè hæc magis in patre spirituali dicenda sunt. Reuerere illum, quod tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum: propter te vigilat, propter te vota p- *Nō gloriādū in ignominia patris.*
soluit, pro te Deum precaturus adstat, tui causa preces exoluit, pro te apud illum religio, cultusq; & obsequium est, pro te ista omnia. Reuerere hęc ergo atq; considera: accede ad ea cum summa reuerentia. At malus ille est, & hoc ad te quid? Nunquid enim qui malus non est, ipse tibi magna ista & diuina largitur? Ab- *1. Reg. 6.*
sit. Fides enim tua ad omnia valet, neq; tibi iustus quispiam proderit, nisi ipse fidelis sis: neq; nocebit malus, si fueris ipse fidelis. Per vaccas in arca operatus est Deus, cùm populum saluare vellet: num enim sacerdotis vita, num virtus tantum conferre potuisset? Nō possunt, quæ Deus ipse largitur, veluti sacerdotali virtute perfici: omnia quippè diuinæ sunt gratię. Huius tantum munus est aperire os: cæterùm Deus cuncta operatur: symbolum iste tantummodo implet. Intuere quantum inter Ioannē & IESVM intersit, & audi dicentem Ioânem: Ego opus habeo à te baptizari: &, Non sum di- *Matt. 3.*
gnus soluere ipsius corrigiam calciamēti. Sed tamen, cùm tantum interest, descendit spiri-

tus, quem non habebat Ioannes. De plenitudi-
Ioan. 1. ne enim, inquit, ipsius nos oēs accepimus. Pri-
us tamen, quàm baptizaretur, non ille descen-
dit, neq; Ioannes ipsum descendere fecit. Cur
ergo istud fit? Vt scias sacerdotem symbolum
implere tantummodo. Nemo hominum tan-
tum distat ab homine, quantum à Christo Ioā-
nes. Descendit tamen spiritus, vt discas Deum
omnia operari, Deum omnia facere. Volo qd-
dam adijcere planè mirabile, & nolite mirari
neq; turbemini. Quid verò istud est? Sacra ipsa
oblatio, siue illam Petrus, siue illam Paulus, si-
Hæc animad uertat Missæ mastix. ue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est,
quam dedit CHristus ipse discipulis, quamq;
sacerdotes modo conficiunt. Nihil habet ista,
quàm illa, minus. Cur id? Quia non hanc san-
ctificant homines, sed Christus, qui illam ante
sacrauerat. Quemadmodum enim verba, quæ
locutus est Christus, eadem sunt, quæ sacerdo-
tes nunc quoq; pronunciāt? ita & oblatio eadē
est, eademq; baptismi ratio est: adeò omnia in
fide consistunt. Cornelium spiritus repentè
repleuit, quia ipse prius alacritatem voluntā-
tis ostendebat, fidemq; plenissimæ deuotionis
obtulerat. Et hoc igitur CHristi corpus & il-
lud est: qui autem hoc illo minus aliquid ha-
bere putat, ignorat CHristum esse, qui
nunc etiam adest atque ope-
ratur, &c.

COL-

COLLATIONVM SACRARVM LIBER SEXTVS.

DE VIRTVTE LIBERALITATIS, HOSPITALITATIS ET BENEFICENTIÆ in pauperes, & quomodo DEVS sæpenumerò etiam in hac vita maximis præmijs & beneficijs affecerit illos, qui his virtutibus præcelluerunt.

Gregorius Turonen. lib. 5. cap. 19. histor. Francor. & Eutropius lib. 17. rerum Romanarum De Tyberij 2. Imperatoris liberalitate in pauperes, & quomodo Deus hanc eius liberalitatem etiam in hac vita mirabiliter recompensauerit.

CAP. PRIMVM.

CVM Iustinus Imperator amisso sensu amens effectus esset, & per solam Sophiam Augustam eius imperiũ regeretur, Tyberium Cęsarem elegerunt, vtilem, strenuum, atque sapientem, eleemosynarium, inopumque optimum defensorem. Qui cùm multa de thesauris quos Iustinus adgregauit, pauperibus erogaret, & Augusta eum frequentius

increparet, quod rempublicam redegisset in paupertatem: diceretque, quod ego multis annis cõgregaui, tu infra paucũ tempus prodigè dispergis, aiebat ille, nõ deerit fisco nostro, tãtum pauperes eleemosynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic est enim magnus thesaurus, dicente domino, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque ærugo neq; tinea corrumpit, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cœlo, vt dominus nobis augere dignetur in sæculo. Et quia vt diximus, magnus & verus Christianus erat, dum hilari distributione pauperibus opem præstat, magis ac magis ei dominus subministrat. Nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua vide l. vnicam c. nemini licere signũ saluatoris Christi humi vel in silice vel in marmore aut insculpere aut pingere, crux dominica erat sculpta, & ait: cruce tua domine frontem nostram munimus & pectora, & ecce crucem sub pedibus conculcamus. Et dicto citius, iussit eam auferri, defossaque tabula atque erecta, inueniunt subter & aliam hoc signum habentem. Nuntianteque iussit & illam auferre. Qua amota, reperiunt & tertiam: iussuque eius & hæc aufertur. Qua ablata inueniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc abundantius vt consueuerat, subministrabat, nec

Veteres frõtẽ & pectus cruce cõsignabãt

Tyberius inuenit thesaurũ supra mille auri cẽtenarios habentẽ

nec ei dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate sua. Quid ei dominus in posterum transmiserit, non omittam. Narses ille dux Italiæ, cùm in quadam ciuitate domum magnam haberet, in Italiam cum multis thesauris egressus, ad supra memoratam vrbem aduenit: ibique in domo sua occultè cisternam magnam fodit, in qua multa millia centenariorum auri argentique reposuit, ibique interfectis conscijs, vni tantummodo seni per iuramentum condita commendauit, defunctoque Narsete, hæc sub terra latebant. Cumque supradictus senex huius eleemosynas assiduè cerneret, pergit ad eum dicens, si inquit, mihi aliquid prodest, magnam rem tibi Cæsar edicam. Cui ille, dic, ait, quod volueris. Proderit enim tibi, si quiddam nobis profuturum esse narraueris. Thesaurum, inquit, Narsetis reconditum habeo, quod in extremo vitæ positus celare non possum. Tunc Cæsar Tyberius gauisus, mittit vsque ad locum pueros suos. Præcedente verò sene, hi sequuntur attoniti. Peruenientesque ad cisternam, deopertam ingrediuntur. In qua tantum aurum argentumque reperiunt, vt per multos dies vix euacuaretur à deportantibus. Ex hoc ille amplius hilari erogatione dispensauit egenis.

Tyber. post inuētū thesaurū, maiorē in pauperes exercet liberalitatem.

Tyberium alterum inuenit thesaurū.

Pergit esse liberalis in pauperes.

Hugo Etherianus (qui claruit anno 1160. teste Trithemio) in libr. de regressu animarum ab inferis cap. 15. Ioann. Moscus Euiratus in Prato spirituali cap. 195. Ioan. Zonaras tom. 3 Annalium. De Euagrio philosopho, qui cùm defunctus esset, miraculosè testatus est se pro auro in pauperes erogato, centuplum à CHristo recepisse.

CAP. II.

Contigit hæc historia temporibus Theophili patriarchæ Alexandrini teste Moscho Euirato.

APud Alexandriam Episcopus quidã vitæ admodum venerabilis, quendam in vicinia sua philosophum habuit, Euagrium nomine: qui quidem quanquam gentilis fuisset, Episcopi tamen amicus erat, quia in philosophorum gymnasio extiterat eius discipulus. Hunc Episcopus ad fidem Christianorum promouere cupiens, ei salutis verba frequenter prædicabat. Quibus cùm nequaquam philosophus caperetur, Episcopo perhibetur dixisse. Domine mi, inter omnia mihi displicet, Christianos vos somniare, mũdum finiendum, corporum resurrectionem futuram, mercedes secundum opera reddẽdas fore, asserentes insuper quod qui miseretur pauperi, fœneratur domino, qui in nomine Christi pro animabus vestrorum defunctorũ Christianis pauperibus subuenit, centuplum recipiet. Quæ omnia quoniam procul à vero sunt, ludicris & fabulis annumero. Verùm Episcopo confirmante multis argumentis nihil falsitatis esse in dogmatibus Christianorum, discessit

Episcopo nomen fuit Synesius Cyrenensis vrbis Episcopus sub Alexandrino Patriarcha.

cessit Philosophus: & haud multò post tempore credidit episcopi prædicationi, atque baptizatus est. Tandem aliquando cùm rerum suarum facturus esset rationem, accersiuit episcopum atque ait: sume auri libras sexaginta, pauperibus prout dixisti distribuendas, data syngrapha, quod à iudice Christo pro vna centum in illo (de quo tanta sonas) sæculo recepturus sim. Quod cùm Episcopus sine cunctatione fecisset, accepit pecuniam eo modo quo prædixerat philosopho, eam pauperibus erogaturus. Denique cùm iam moreretur Philosophus, iussit filijs suis, vt sibi chirographum pontificis in manu sepeliretur. His ita peractis post diem tertium Philosophus Episcopo in somnis apparuit dicens ad eum: Vade ad sepulchrum meum ô episcope, & recipe idiographum tuum: nam debitum omne recepi, neutiquam iam mihi obligaris, cùm iamdudum à CHristo centuplum certè acceperim: quinetiam vt nulla te ambiguitas circumagat, propria manu subscripsi. Obstupuit igitur Episcopus prorsus, eorum quæ gesta fuerant ignarus. Qua de re sub diluculum filios accersiri iussit philosophi, à quibus cùm didicisset verum esse quod in somnis viderat, conuocato vrbis clero, perrexit ad monumẽtum. Quo aperto philosophũ sedentem conspicati sunt, manumque protendentem cum literis. Quas vnus clericorum episcopi acceptaturus, de manu illius euellere nequiuit. Porrigebat e-

nim epiſcopo. Pontifice igitur accipiente literas, Philoſophus recubuit: Epiſcopus in conſpectu omnium eas perlegit, tenor autem ſcripturæ, quam paulò ante ediderat ipſe Philoſophus, huiuſcemodi erat: Euagrius Philoſophus, ſanctiſsimo epiſcopo Syneſio in domino gaudere. Noluerim te pater ignorare, q̃ pecuniam omnem, quam tibi adhuc in corpore viuens dedi, centuplicatam, ſicut mihi promiſeras, recepi. Quamobrem nulla debiti ratione mihi aſtringeris. His auditis, obſtupuerunt omnes qui aſtabant. Aſt cautio, epiſcopi haud negligenti iuſsione repoſita eſt. Quare ô amici manifeſtum eſt, quid ſacratiſsimi corporis oblatio, quid oratio, quid eleemoſynæ nobis conferant: Procul dubio peruerſitatis plumbum conuertunt in argentum ſyncritatis. Cautio illa, inquit Ioannes Moſcus, manu philoſophi ſubſcripta, ſeruatur vſque hodie, & in ſacrario ſanctæ Cyrenenſis Eccleſiæ cuſtoditur, & quicunque ſacrarij cuſtos ingreditur, hæc illi cum cæteris vaſis ſacris aſſignatur cuſtodienda cum omni diligentia, qui deinceps ſucceſſori ſuo integram illam inuiolatamq́ue reconſignat.

D. Gregorius Magnus libr. 3. Dialogorum cap. 1. Auguſtin. libr. 1. cap. 10. de ciuit. Dei De S. Paulino Nolana ciuitatis Epiſcopo, eiusq́ in captiuos & pauperes admirabili liberalitate, qui cum ſe pro aliis in ſeruitutem dediſſet, cum multis aliis libertati reſtitutus eſt.

CA-

CAP. III.

DVm sæuientium wandalorum tempore fuisset Italia in Campaniæ partibus depopulata, multiq́ue essent de hac terra in Africanam regionem transducti, vir domini Paulinus cuncta quæ ad episcopatus vsum habere poterat captiuis indigentibusq́ue largitus est. Cumque iam nihil omninò supereset quod petentibus dari potuisset, quodam die quædam vidua aduenit, quæ à regis VVandalorum genero filium suum in captiuitatem fuisse ductum perhibuit, atque à viro Dei huius pretium poſtulauit, si fortè illius dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnopere quod petenti fœminæ dare potuisset inquirens, nihil apud se aliud nisi se inuenit. Petentiq́ue fœminæ respondit dicens, Mulier quid possim tibi dare non habeo, sed me ipsum tolle, me seruum iuris tui esse profitere. Atque vt filium tuum recipias, me vice illius in seruitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens irrisionem potius quàm compassionem credidit. At ille vt erat vir eloquentissimus, & valde in exterioribus quoque studijs eruditus, dubitanti fœminæ citius persuasit vt audita crederet, & pro receptione filij sui in seruitium episcopum tradere nõ dubitaret. Perrexerunt ergò vterque in Africam, procedente autem regis genero, qui eius filiũ habebat, vidua rogatura se obtulit, ac prius petiuit, vt

ei

ei filius donare debuisset. Quod cùm vir barbarus typho superbiæ turgidus gaudio transitoriç prosperitatis inflatus, non solùm facere, sed & audire despiceret, vidua subiunxit dicens. Ecce hominem hunc pro eo vicarium præbeo, & solummodo pietatem in me exhibens mihi filium meum vnicum redde. Cumque ille venusti vultus hominem conspexisset, quam artem nosset inquisiuit. Cui vir Dei Paulinus respondit, dicens. Artem quidem aliquam nescio, sed hortũ bene excolere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cùm in nutriendis holeribus, quia peritus esset, audiuit. Suscepit itaque seruum, & roganti viduæ reddidit filium, quo accepto vidua ex Africana regione discessit. Paulinus verò excolendi horti susceptit curam. Cumque idem regis genere crebro ingrederetur hortum, sumque hortulanum quædam requireret, & sapientem valdè esse hominem videret, amicos cœpit familiares deferere, & sæpius cum suo hortulano colloqui, atque sermonibus eius delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam holera virentesque herbas deferre consueuerat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumq; diutius hoc ageretur, quodam die domino suo secum secretius loquenti ait, Vide quid agas, & VVandalorum regnum qualiter disponi debeat prouide, quia rex citius & sub omni celeritate moriturus est. Quod ille audiens quia ab eodem rege præ cæteris diligebatur,

batur, ei minimè tacuit, sed quod à suo hortulano sapienti scilicet viro agnouisset indicauit. Quod dum rex audisset, respondit ilicò, Ego vellem hunc de quo loqueris hominem videre. Cui gener eius venerabilis Paulini tẽporalis dominus respondit dicens, Virentes herbas mihi ad prandium deferre consueuit. Has itaque hunc ad mensam meam deportare facio, vt quis sit qui mihi hoc locutus sit agnoscas. Factumque est, cùm rex ad prandium discubuit Paulinus ex suo opere holera quæque & virentia delaturus venit. Cumque hunc rex subitò conspexisset intremuit, atque accito eius domino sibi per filiam propinquo ei secretum quod prius abscõderat indicauit, dicens. Verum est quod audisti. Nam nocte hac in somno sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iste & simul sedebat, & flagellum, quod aliquãdo acceperam eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percunctare quisnam sit. Nam ego hunc tanti meriti virum popularem vt conspicitur esse non suspicor. Tũc gener regis secreto Paulinum tulit, & quisnam esset inquisiuit. Cui vir Dei respondit, seruus tuus sum, quem pro filio viduæ vicarium suscepisti. Cumque ille instanter requireret, vt non quid esset, sed quid in sua patria fuisset indicaret. Atque hoc ab eo facta iteratione frequẽtis inquisitionis requireret, vir Dei constrictus magnisque coniurationibus iam non valens negare quid esset episcopum se fuisse

isse testatus est, quod possessor eius audiens valde pertimuit, atque humiliter obtulit, dicens: Pete quid vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno munere reuertaris. Cui vir domini Paulinus ait, vnum est beneficium quod impendere mihi potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana religione requisiti, cum onustis frumento nauibus pro venerandi viri Paulini satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post non multos verò dies VVandalorum rex occubuit, & flagellum quod ad suam perniciem dispensante Deo fidelium disciplina tenuerat amisit. Sicque factum est, vt omnipotens Dei famulus Paulinus vera prædiceret, & qui se solum in seruitium tradiderat, cum multis à seruitio ad libertatem rediret. Illum videlicet imitatus, qui formã serui assumpsit, ne nos essemus serui peccati. Cuius sequens vestigia Paulinus ad tempus volũtariè seruus factus est solus, vt esset postmodum liber cum multis.

D. Gregorius Magnus homil. 36. in Euangelia, De Theophanio comite misericordiæ actibus dedito, eiusque felici & sancto transitu.

CAP. IV.

FVit in Centumcellensi vrbe Theophanius comes, vir misericordiæ actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipuè studens. Exercendi comitatus actibus

bus, occupatus, agebat terrena & temporalia, sed vt post ex fine eius claruit, magis ex debito, quàm ex intentione. Nam cùm appropinquante mortis eius tempore, grauissima aëris tempestas obsisteret, ne ad sepeliendum duci potuisset, eumque coniunx sua cum fletu vehementissimo requireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad sepeliendum eijcio, quæ ostium domus huius egredi præ nimia tempestate non possum? Tunc ille respondit: Noli mulier flere, quia mox vt ego defunctus fuero, aëris serenitas redibit. Cuius protinus & vocem mors, & mortem serenitas est secuta. Cuius manus ac pedes podagræ humore tumescentes, & versi in vulneribus fuerant, & profluente sanie putebant. Sed cùm corpus illius ex more ad lauandum fuisset detectum, ita manus, pedesque illius sani reperti sunt, acsi vnquam vulneris nihil habuissent. Ductus itaq; ac sepultus est, eiusque coniugi visum est, vt quarto die in sepulchro illius marmor quod superpositum fuerat mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositum dum fuisset ablatum, tanta ex eius corpore fragrantia odoris emanauit, ac si ex putrescenti carne illius pro vermibus aromata ferbuissent. Hæc igitur dixi, vt è vicino exemplo ostendere possem nonnullos & secularem habitum gerere, & secularem animum non habere. Quos enim tales in mundo necessitas ligat, vt ex omni parte exui à mũdo nõ possint,

sic

sic debent ea quæ mundi sunt tenere, vt tamen eis nesciant ex mentis fractione succumbere. Hoc ergo cogitate, & cùm relinquere quæ mundi sunt, non potestis, exteriora bene exterius agite, sed ardenter interius ad æterna festinate. Nihil sit quod desiderium vestrę mentis retardet, nullius vos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id est, in cœlestibus, delectetur. Si malum metuitur, mala animo æterna proponantur: vt dum illic esse conspicit & amplius quod diligat, & amplius quod pertimescat, hic omnino non hæreat. Ad hæc agenda habemus mediatorem Dei & hominum, adiutorẽ nostrum, per quem citius cuncta obtinebimus, si ad illum vero amore flagramus: qui viuit & regnat cum patre, &c.

D. Gregorius Magnus homilia 23. in Euangelia, De quodam patrefamilias, qui cum tota domo sua hospitalitatem exercens, tandem meruit ipsum Christum Dominum hospitio suscipere.

CAP. V.

Ioan. Diacõ. lib. 2. ca. 22. hæc refert de ipso S. Greg. Vide inf. cap. 13.

OPinata res est valde, & seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio serviebat. Cumque quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet, quodã die peregrinus quidam inter alius aduenit, ad mensam ductus est, dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam

quam vellet in eius manibus fundere, conuersus vrceum accepit, sed repentè eum in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte ei dominus per visionem dixerit. Cæteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniens, dicet: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ecce ante iudicium cùm per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit, & tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate fratres, quanta hospitalitatis virtus sit. Ad mensas vestras Christum suscipite, vt vos ab eo suscipi ad conuiuia æterna valeatis. Præbete modo peregrino CHristo hospitium, vt vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat, sed vt proprios recipiat ad regnum, ipso adiuuãte qui viuit & regnat Deus in sæcula.

Ex vita S. Ioannis Archiepiscopi Alexandrini, qui dictus fuit Eleemon, id est, misericors siue Eleemosynarius, quomodo Troilum Episcopum auarum ad liberalitatem & misericordiam induxerit, deq; premijs illorum, qui in pauperes sunt liberales. Vitæ huius author Simeon Metaphrastes, & citatur à Laurentio Surio tom. 1. Vit. Sanct.

CAP. VI.

TRoilus Episcopus, cùm esset auarissimus & parcissimus, hunc in modum à Ioanne Archiepiscopo & Patriarcha inductus est ad amorem eleemosynæ: In Ptochotrophium, quod ipse cõstruxerat, vt solebat, vadens, assumit etiam Troilum. Cuius comitem cùm cognouisset, habere in sinu triginta libras auri: Sunt, inquit, à te hodie curandi sanctissime Troile, nostri in CHristo fratres. Ille autem tanquam eo sermone pudore motus, & volens non existimari tenax & sordidus, sed potius simplex & liberalis, iubet ei, cui creditæ fuerãt pecuniæ, vnicuique eorum, qui illic erãt, pauperum, præbere vnum nummum. Cùm verò totum aurum iam fuisset consumptum, & aduentitius ille & non ex affectione ardor ad eleemosynam fuisset refrigeratus, grauis dolor & magna pœnitentia incessit inuoluntarium benefactorem. Domum itaque reuersus inopinato horrore & febre correptus, decumbebat in lecto. Cùm esset autem hora prandij, eum ad conuiuium inuitat Patriarcha. Qui cùm accepisset quemadmodum se haberet, & causam morbi non ignoraret, nõ sustinuit eum quidem despicere sic vexari & pati, se autem inire conuiuium: sed statim surgens ad ipsum venit, & dicit subridens: Neputes, ô comminister, me tibi verè dixisse, vt è domo tua largireris fratribus secundũ Deum, sed quoniam tunc aurum non habebat ad manum comes meus, accepi à te mutuo. Nunc verò

rò ádſum, triginta, inquit, libras ad te afferens, quas etiam ſaluas reddo tuæ virtuti. Poſtquàm ergò ſolum vidit aurum in manibus patriarchæ, horrorem vicit, mala febris diſceſſit, vires ei redierunt, & viſus eſt habens vultum alacrem & viuidum: vt hinc fieret manifeſtum, quod omninò redditum, morbum ſoluit, hoc etiam primum ablatum, eum vocauit cùm non eſſet.

Cùm aurum ergo in illius manus dediſſet patriarcha, poſtulabat vt literis ei mercede cederet. Ille autem libenter ſua manu cõſcribit ſyngrapham, quæ ſic habebat, Deus miſericordiæ & clementiæ, ipſam mercedem redde Ioanni meo domino & patriarchæ Alexandriæ, triginta auri librarum, quæ à me fuerunt diſtributæ pauperibus, ego enim mea accepi. Patriarcha ergò accepto chyrographo, illũ quoque ſimul accipit, mẽſæ futurum participem: Quem, cùm comediſſet, dormientem volens Deus excitare à graui ſomno auaritiæ, & efficere vt ſciret quanto fuerit priuatus remuneratione, & diſceret benignitatem, ei immittit quodammodo ecſtaſim, & videbatur ſibi videre domum quandam pulcerrimam & ſplendidiſsimam, quæ cum elegantia & magnitudine nulla poterat conferri. ſupra veſtibulum autem inſcriptus erat titulus aureis literis: mãſio & requies æterna Troili Epiſcopi. Poſtquàm verò his lectis eſt lætatus, exiſtimans domum ſibi datam fuiſſe ab Imperatore, accedit

vir quidam insignis, & qui videbatur esse vnus ex senatu, habitu similis cubiculario, habens quosdam alios ante se ambulantes. Qui postquàm appropinquauit vestibulo, aspiciens ad fores, iubet quamprimum deijci titulum: pro illo autem poni alium, quem inquit, iubet dominus orbis terræ: statim autem fuit positus, hanc habens inscriptionem: mansio & requies æterna Ioannis Archiepiscopi Alexandrini, empta triginta libris auri. E somno itaque surgens, obstupefactus, exposuit patriarchæ visionem, & ipse suum vitium animaduertit, & mores mutauit, & facere eleemosynam ardenter est aggressus, & pro eo, quod erat prius parcus & tenax, ad dandum manum habuit promptissimam.

Simeon Metaphrastes in vita eiusdem D. Ioannis Eleemosynarij. Habetur in tom. 1. Surij. Memorabilis historia de Petro Publicano, qui prius immisericors & durus erga pauperes, admirabilem induit misericordiam & liberalitatem.

CAP. VII.

CVM essem in Africa, habitabam apud quendam Publicanum valde quidem diuitem, sed admodũ immisericordem, & pauperem: quod attinet ad misericordiam, cùm autẽ accidisset, vt tempore hyberno Sol luceret calidius, pauperes simul congregati calore fruebãtur. Vt solet autem in his euenire, domos enumerabãt, illas q̃dẽ quę erãt miseri-

cor-

cordũ & ſua cõmunicãtiũ, beantes: eas aũt quę poſsidebantur à parcis & nihil elargientibus, miſeras dicentes & execrãtes, cum quibus, inquit, etiam meum cõnumerarunt dominum. Sic itaque inuicem rogabant, an aliquis vnquam illinc fuiſſet eleemoſynæ particeps. Cũ verò nullus eſſet ex omnibus, qui affirmaret ſe accepiſſe, vnus ex illis: Sed quid, inquit, mihi dabitis, ſi ego hodie recedens illinc conſecutus fuero miſericordiam. Cùm autem ea de re pacta conuenta inter ſe feciſſent, pauper cùm fuiſſet ex aduerſo veſtibuli publicani, inuenit ipſa hora piſtorem trahentem nuclum pane onuſtum, ipſumque venientem per viam, quæ tendit ad ædes. Cùm ergo pauperem ex aduerſo ſtantem vidiſſet publicanus, & ſolo triſti habitu prouocantem eum ad miſericordiam: neq; n. vel ſolã vocẽ audebat emittere, ne virũ irritaret alienum à miſericordia: ſic quoq; furore percitus, vno pane arrepto, & eo vſus tãquã lapide, iacit in pauperẽ. Quem ille protinus accepit, & abiens oſtendit alijs, affirmans quod accepiſſet ab ipſis manibus publicani.

Nondum duo dies præterierant, & Publicanus morbo correptus mortifero, cùm mentis ſubijſſet ecſtaſin, videbat à ſe exigi rationem ſuarum actionum. Deinde etiam videbatur adeſſe trutina, vtraque diſcernens: in cuius ſiniſtra quidem lance videbat nigros congregatos, & multa eius turpia facta in lance deponentes. In dextero autem, viros quidem

cadidatos, & forma terribiles asistentes, nihil verò boni inuenientes, quod contra possent in lance collocare, esseque mœstos & tristes, & dicentes: Nihil habemus aliud, quod opponamus, nisi panem illum, quem duobus ante diebus, & nec ipsum quidem sponte dedit cuidam pauperi. Cùm in altera itaque lance cum imposuissent, fecerunt trutinam ex vtraque parte ex æquo propendentem. Tunc illi publicano dicunt viri candidati: Recedens adde huic pani, & operare. Nam illi, quos vides, nigri sunt te accepturi. Cùm statim itaque experrectus esset, & ad se redijsset, agnouit vera esse, quæ visa fuerant. Nam quæcunque ab ineunte ætate ab eo facta fuerat, & quorum iam erat oblitus, videbat illos æthiopes vtique congregantes, & in lancem imponentes. Quamobrem sæpè obstupefactus, Pape dicebat, quanta est virtus eleemosynæ? Si enim vnus panis, isque per iram pauperi proiectus, tantum potuit: à quam multis malis se poterit liberare, qui hilariter bonis suis impartitur pauperes? Adeò ergò munificò vsus est eleemosyna, & tam abundè ambabus, vt dici solet, effudit manibus, in ventres pauperum infundens: vt postquàm omnia profudisset, ne suo quidem parceret corpori, sed eo quoq; aleret pauperes, vendita libertate, vt paulò post clarius ostendemus.

Ei enim eunti in telonium, occurrit nauta nudus ex naufragio. Quem quidem cùm vidis-

disset, veste statim se exuens, quæ erat delicata & sumptuosa, ei donat, multum precatus vt ea perpetuò indueretur. Ille autem partim quidem erubescens vti veste magnifica, partim verò aliarum quoque rerum egenus, in foro exponit vt venderetur. Cùm autem reuertens Publicanus, eam vidit pendentem, magno fuit affectus dolore, & erat tristis, reputãs quod non ei licuisset relinquere pauperi aliquod monumentum suæ misericordiæ. Hęc cùm cogitaret, ei obrepit somnus. In somnis autem ad eum accedit vir quidam insignis, sole specie alacrior: crucem quidem habens in capite, indutus autem veste, quam ipse dederat nautę. Qui cùm propè accessisset, Cur, inquit, chare Petre (hoc enim erat nomen publicano) angeris & cruciaris? Ille autem perinde ac si nosset, quisnam esset qui loquebatur. Quoniam, inquit, domine, quæ tu nobis abundè præbes, ea nonnullis sæpè impertientes, non videmus eos rectè vti ijs, quæ data sunt, propter turpe lucrum. Ille nondum implerat orationem, & qui apparuerat ostendens ei vestem, Agnoscis ne hanc, inquit? Cùm is autem affirmasset, ille rursus: Ecce, inquit, ex quo tu mihi eam præbuisti, ea perpetuò induor.

Postquàm autem eum dimisit somnus, hęc mente agitans. Benedictus dominus, aiebat: Si CHristus videtur esse vnus ex indigentibus, non desistam donec ipse quoque sim vnus ex ijs minimis. Statim ergò vocato procuratore

domus, qui fuerat ab ipso emptus: Volo, inquit, tibi credere quoddam arcanum, quod si enunciaueris, aut nisi effectum reddideris quod volo, procul recedes à meo conspectu, & venderis in barbara regione. Hæc cùm dixisset, decem libras auri ei tradit, quæ erant ei soluendæ ob negotiationem. Deinde, me quoque, inquit, assume ad hanc negotiationem, (hoc enim arcanum) & cùm me abduxeris ad partes sanctæ ciuitatis, illic me vende Christiano alicui tanquam mancipium. Quod autem ad te ex eo redibit precium, quantumcunque fuerit, detur pauperibus. Cùm posquàm diu institisset, vix tandem ei persuasisset, venit cum eo Hierosolyma. Quo in loco cùm in quendam amicum, qui erat quidem arte aurifex, incidisset procurator (erat autem ei nomen Zoilus, qui propter aliquem casum redactus erat ad inopiam) Seruus est, inquit, mihi valdè bonus: quem si me audiens emeris, nihil erit impedimento, quò minus ad pristinam redeas fœlicitatem. Est enim non solum bonis moribus, sed etiam in fundendo auro summè exercitatus. Fuerat enim Petrus huic quoque arti summè deditus. Ille autem statim in medium adducens paupertatem, cum qua conflictabatur, dicebat se non posse eum emere. Sed tamen ille verbis amici persuasus, & auro accepto fœnori, emit zelo feruentem Petrum triginta nummis. Quos cùm accepisset procurator, iuit Constantinopolim.

Lice-

Licebat ergò videre eum, qui propter Christum voluntariam susceperat seruitutem, diligentissimè domino suo inseruientem in omnibus, quæ ad vsum domus pertinebant, ieiunijsq; vacantem & vigilijs: quæ faciebant, vt res domini incrementum acciperent, & vt benedicerentur eius vltima, sicut Iobo, magis quàm priora. Qui etiam summam eius virtutẽ venerans cogitabat eum manumittere, etiamsi ille id minimè admiserit, volens potius in seruitute propter Christum perpeti, quàm cum libertate quiescere. Sed quis dicere omninò potuerit, eas, quæ illi à maligno inferebantur, affectiones? Quicunq; .n. erant è familia, tanquam emotæ mentis quenquam reputantes, aliquando quidem .n. irridebant, aliquãdo aũt alapas infligebant, & non desistebant ei omnibus modis adferre molestiam. Quotiescunque autem contigisset eum, contumelijs à conseruis affectum, dormire cum animi ægritudine, toties ei assistebat in somnis, qui in Africa ab eo visus fuerat, ferensq; eius vestem, & preciũ triginta aureos habens in manibus. Ne sis tristis, aiebat, frater Petre. Ego enim tuum accepi precium, sicut prius vestem.

Intercessit aliquantum temporis, & quidã, qui erant eiusdem cuius Petrus regionis, arte aurifices, voti causa & adorationis, peruenerunt ad loca veneranda. Quos dominus eius, vt qui essent eiusdem artis, domum ductos accepit omni benignitate. Petrus autem cùm eis

miniſtraret,& viros agnouiſſet, ſeipſum cela-
bat pro viribus, & omnibus modis conabatur
latere. Illi verò tanquam per figuram corpo-
ris eum indagantes agnouerunt. Et primùm
quidem inter ſe ſuſurrabãt: dubitationem eis
afferebat ſimilitudo. Poſtquàm aũt illũ ipſum
eſſe apertè agnouerũt, cõmuniter eum ſtatim
alloquentes, qui eos inuitauerat. Quid ſibi
vult, dixerunt, quod vir talis tibi miniſtrat,
qui eſt vnus quidem ordinis ſenatorij, ſplen-
dore aũt nulli eſt ſecundus? Is enim, qui nunc
nobis ſeruit in menſa, eſt Petrus Publicanus,
de quo quidẽ Imperator magnum accipit do-
lorem, magnum aũt ſenatus quoq;, vt qui eua-
nuerit. Eos hæc verba dicentes,cùm audiſſet
Petrus,ſtatim humi quidem iacit diſcum, quẽ
habebat in manibus:curſu aũt deſcendit ad ve
ſtibulum, in quo aſtabat quidam adoleſcẽs ab
ortu ſurdus & mutus, qui nutu poterat clau-
dere & aperire. Cui Petrus, Tibi dico,inquit,
qui es ſurdus & mutus, in nomine CHriſti
Dei noſtri audi me & aperi. Ille aũt, Sicut iu-
bes,reſpondit,& ſtatim aperuit. Ille verò cur-
rens protinus eſt egreſſus. Deinde aſcendens
ianitor lætus, narrauit quod in ipſum fecerat
miraculum. Dicebat.n. ſe vidiſſe flãmam ignis
procedentem ex ore magni Petri ad aures e-
ius peruaſiſſe. Quæ,inquit, cùm me totum cir-
cumfulſiſſet, repẽtè fecit audire & loqui. Hęc
cùm narraret is, qui prius erat ſurdus & mu-
tus, ſubijt omnes ſtupor & admiratio, & ſta-
tim

tim quam maxima potuerunt celeritate, aggressi sunt eum persequi. Cùm vbique autem scrutati essent, non potuerunt eum, quem quærebant, comprehendere. Quamobrem eos magna subijt pœnitentia, & deplorabant, quod non magis animum attendissent: quo factum erat, vti Dei hominem tantis afficerent contumelijs, verberantes & insultantes, & ipsum quotidie irridentes.

Nicephorus Callistus Ecclesiast. histor. libr. 18. cap. 34. De liberalitate Ioannis Eleemosynarij in pauperes, eius morte, & quomodo Imperator eius ligneo lecto vsus sit.

CAP. VIII.

IOannes Archiepiscopus Constantinopolitanus post episcopatus sui annos tredecim, ex hac vita decessit. Qui quod voluptates expugnarit, animique perturbationes coërcuerit, & imperium in ventrem exercuerit νηστευτὴς, hoc est ieiunator à Byzantijs cognominatus est: vir ex idiotarum quidem ille, & opificij non inhonesti ordine progressus, sed qui propter præstantem virtutem ad episcopatus fastigium sublatus sit. De quo cũ multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maximè celebratur, quod propter suam erga pauperes affectionem, & misericordiam, pluribus ab Imperatore talentis mutuò sumptis, syngraphan illi dederit, qua substantiam suam mutuæ pecuniæ tanquam hypothecam apposuit, atque impignorauit. Cæterùm

post-

Huius S. Ioannis Eleemosynarij cineres in arce Budensi fuêre.

postquam is è vita migrauit, Mauricius antistitis facultates inquirens, paupertatem eum magnoperè cõsectatum fuisse comperit: eumque de virtute tanta admiratus, syngraphas statim discerpsit: & lectulum tantum ligneum, qui in bonis eius repertus est, & amiculum laneum tenue admodum, necnon penulam quandam deformem, (fuerat namque Ioannes male vestitus, frugalitate vitæ conspicuus) in aulam imperialem inferri iussit, eaque rebus omnibus prætulit. Et ieiuniorum solenni tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis preciosis concinnatus, sericisque vestibus, & alijs imperialibus delicijs valedicto, ligneo præsulis eius toro noctibus totis vsus est, gratiam quandam diuinam ex eo se consecuturum existimans.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij, quæ habetur tom. 1. Laurentij Surij. De clerico Bigamo, qui Ioanni Patriarchæ in penuria constituto ingentem copiam frumentorum & auri obtulit, vt diaconus ordinaretur, & à Ioanne repulsus est.

CAP. IX.

CVM magna multitudo eorum qui manum Persicam effugerant, confugissent Alexandriam, & esset magni alimenti penuria, maximè quod nec illo tempore Nilus ascendisset, vt consueuerat, & pecuniæ Ecclesiæ essent consumptæ, coactus est ille magnus

nus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cùm autem eas quoque consumpsisset, agitabatur magna solicitudine, & Dei orabat benignitatem, vt in rebus dubijs aliquã viam excogitaret. Sed etiamsi ad tantam redactus fuisset inopiam, non fuit tamen victus à calamitate, non diuinas leges & sacras constitutiones affecit dedecore, nec intermisit commissum sibi gregem accuratè regere. Itaque cùm quidam clericus ex ijs, qui secundas nuptias contraxerant, abundans diuitijs, vellet consequi gradum diaconatus, resciuisset autẽ has Patriarchæ angustias, & arripuisset tempus tanquam oportunum, si pecunijs leuata inopia assequeretur id, quod desiderabat, chartam tradit beato Ioanni, quæ sic habebat: Cùm accepissem angustias, in quas redacta est munifica dextera mei domini, non existimaui oportere me quidem degere in delicijs, & rerum abundantia, dominum autem meum redactum esse in angustias. Sunt apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libra & quinquaginta: eas velim per te dare CHristo, si tãtum iudicatus fuero dignus eius diaconatu per sanctam tuam ordinationem. Inuentum est enim alicubi quid dictum fuisse apud Apostolũ ex necessitate legis quoque fieri translationem.

Bigami ad maiores ordines ex veteri Ecclesiæ instituto, promoueri non possunt.

Eum ergò seorsum accersit patriarcha, nõ volens multis præsentibus eum afficere dedecore, & dicit ei: Tua quidem oblatio, ô fili, est magna,

magna, & huic tempori necessaria. Sed est vitiosa, & propter hoc ipsum non admittenda.

Leuit. 22. Non ignoras enim, quod oues, quæ ex lege offerebantur, si non essent vitij expertes, etiamsi

Genes. 4. essent magnæ, non poterant admitti ad sacrificium. Qua de causa nec munera Cain Deo fue-

Hebr. 7. runt accepta. Illud autem. Ex necessitate etiam fieri legis translationem, hoc ab Apostolo dictum esse scimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur, quod situm est apud fratrem domini Iacobum? Sic autem habet: Qui totam le-

Iacob. 2. gem impleuerit, in vno autem lapsus sit, esse omnium reum. Fratres autem nostros paupe-res, etiamsi nos versemur in inopia, at qui aluit Deus vsque in hodiernum diem, ipse eorum quoque de cætero curam geret, si modò eius

Ioan. 6. mandata seruemus immobilia. Quid est enim quod facere non possit? aut quid sit difficile ei, qui quinque panes in deserto aliquando multiplicauit, si decem modios, qui sunt in meo horreo, benedixerit eos, in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, ô fili,

Actor. 8. cóueniet id quod Simoni dictum est in Actis: Non est tibi pars, neq; sors in hac parte. Nódũ ille dimissus domum re infecta redierat, cùm Magno Ioãni significatur duas naues Ecclesiæ in portum appulisse, ferentes ex Secilia multa frumenti millia. Quod quidem cùm ille audiuisset, procidens in genua, Deo egit gratias,

Psal. 33. dicens: Qui te quærunt domine, & seruant tua mandata, non minuentur omni bono. Quam-

obrem

obrem magnifico sanctissimum nomẽ tuum, quod non permiseris seruo tuo, vt tuam gratiam venundaret pecunia. Sed sic quidem in angustijs dilatatus vir inclytus, non pro vsu rerũ necessariarum prodidit accuratam regulæ obseruationem.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij. Exemplum de eo quod qui simplum dat propter Deum, centuplum recipit etiam in hoc sæculo.

CAP. X.

AD magnum Ioannem aliquando euntem ad Ecclesiam, accedit quidam nobilis, cui fures quas habebat facultates diripuerant, & qui sic erat ad extremam redactus paupertatem. Cuius misertus, quæ tam breui tempore acciderat, inopię, iussit ei dari quindecim libras auri. Ille autem, qui iussus fuerat dare, partim quidem cedens inobedientiæ, partim autem suggestione eorum, qui administrabant res Ecclesiæ, tanquam non essent multa reliqua, vtpotè quod nescire magnus Ioannes thesaurum recondere, præbuit quinq; tantum ei qui rogauerat. Beato autem Ioãni ex Ecclesia egredienti, mulier quædam vidua admodum dives, ei tradidit chartam, in qua scriptum erat donum quingentarum librarum. Quam cùm legisset, intellexit ex ea, quæ in ipso habitabat, gratia, id quod non fuerat factum prout iusserat, de diminutione, in quam, quindecim librarum auri. Cùm eos ergò

gò, qui id fecerant, accersiuisset, de eo examinauit. Cùm ij autem de re gesta mentiri conarentur, & non solùm in re prius, sed etiam mendaces existere in sermone, eo ipso qui rogauerat accersito, cùm resciuisset eum accepisse solas quinque libras auri, ostendens illis chartam mulieris, à vobis, inquit, dominus est exacturus alias mille. Si enim vos quindecim libras, vt à nobis statutum fuerat, ei qui rogârat præbuissetis, mille & quingentas Deo præbuisset mulier. Vt autem factis fides fiat eius, quod vobis est incredibile, accersite mihi, inquit, hanc piam mulierem. Cùm ea autem accessisset, & aurum promissum attulisset: Dic mihi, inquit Patriarcha, an tantum pecuniæ statuisses DEO offerre ab initio. Illa verò cùm sensisset illum non latuisse id, quod seorsum ab ea factum fuerat, magno metu correpta, vniuersum arcanum enunciauit, dicens: Reuera, mille & quingentas libras scripseram in charta tibi data. Paucis autem post diebus cùm eâ euoluissem, inueni mille nescio quomodo sua sponte deletas. Hinc iudicaui DEO omnino non placere, vt plures quingentis libris offerrem. Hæc illis, qui audiuerant, magnum metum iniecerunt: & accidentes simul ad pedes magni Ioannis, petierunt vt sibi remitteretur peccatum inobedientiæ. Illi autem Christi amanti viduæ multam à Deo precatus benedictionem, dimisit beatus Ioannes, vt abiret in pace.

Si-

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij Archiepiscopi Alexandrini. Quanta humanitate vsus sit D. Ioannes erga quandam pauperculam atq; item erga inopem quendam adolescentem.

CAP. XI.

IOannes Eleemosynarius cùm iret aliquando ad diuinos martyres Cyrum & Ioānem precaturus, accessit ad eum quædam pauperula, dicens se fuisse à genero graui iniuria affectam, & se eius indigere auxilio. Cùm ij autem, qui erant eius vitæ comites, consulerent, vt dum rediret, viseret & consideraret, quæ ad eam pertinent. Misericors ille non sustinuit, dicens: Sed quomodo Deus attendet meas preces, si ego differo eius supplicationem? Quis autem fideiusserit fore, vt viuam vsque in diem crastinum, & non, si ante eam moriar, futurum me apud Deum inexcusabilem propter eius supplicationem? Hæc cùm dixisset, minimè recessit à loco, donec mulieri iustum reddidisset iudicium. Hic ergō qui summam curam gerebat indigentium, cùm audiuisset de filio viri misericordis, quod cùm pater eius decessisset, is magna laboraret inopia, propterea quod pater eius quidquid habebat, lubenter consumpsisset in pauperes: eum autem soli Dei parenti commendasset Mariæ, cuius templo assidebat noctu & interdiu: accersit quendam iurisperitum & clanculum iubet, vt in veteri charta conscribat testamen-

tum cuiusdam viri, nomine Theopempti, dicens id ostendere, me & patrem huius pueri esse veros & germanos huius consobrinos: & ostendat puero exemplum testamenti, vt certior factus de ea, quæ illi mecum intercedit, cognatione, nihil formidet, sed audacter ad meam veniat humilitatem. Facta sunt autem omnia, sicut ei visum fuerat, & cum adolescente venit ad patriarcham iurisperitus. Scriptum ostendit testamentum. Confitetur magnus ille cognationem, amplectitur adolescentem tanquam germani consobrini filium germanissimum. Dat ei pecunias, possessiones, alias multas facultates, coniungit cum matrimonio cuidam illustri fœminæ Alexandrinæ, & breui eum reddit ex obscuro nobilem, ex abiecto insignem, ex paupere diuitem: studens ostendere esse verissimum diuinum illud verbum, quod dicit se non vidisse iustum derelictum, neque semen eius quærens panem.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij. Testamentum S. Ioannis Eleemosynarij.

CAP. XII.

CVM Ioannes Eleemosynarius in suam ciuitatem peruenisset Amathuntem, iussit Scribis vt scriberent testamentum, quod sic habebat: Ioannes humilis quidem seruus seruorum Dei, propter autem mihi impositam pontificatus dignitatem, gratia Christi liber

liber, Ago tibi gratias Domine DEVS meus, quod me dignum censueris, qui tua tibi offerrem: & quod ex mundi bonis nihil aliud sit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi, quàm ipsam iubeo quoq; dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in CHRISTO. Quando enim Dei promissione creatus fui Episcopus Alexandriæ, inueni in meo Episcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem piorum collegi denis millibus plures his pecunias. Quas cùm cognoscerem esse Christi, CHristo etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam. Cùm hoc testamentum sui fecisset ille magnus homo Dei, deposuit spiritum in manus Dei viuentis. In cuius autem sepultura fit miraculum quod nulli cedit ex ijs, quæ vnquam facta sint mirabilia. Nam cùm esset deponendus in æde oratoria admirabilium operum effectoris Tychonis, in quadam capsa, in qua erant condita duo corpora episcoporum, videre licebat hæc duo corpora mortua veluti animata, tribuere cultum beato corpori. Nam à se inuicem seiuncta, id medium accipiunt.

Ex lib. 2. cap. 22. vitæ S. Gregorij Magni, editæ à Ioanne diacono Romano, qui claruit anno Domini 872. habetur in Laurent. Surio 12. Martij. De hospitalitate S. Gregorij quodq; liberalitate suâ in pauperes, meruerit à Deo peruehi ad summum sacerdotium.

CAP. XIII.

Hospitalitas S. Gregorij.

TAntæ hospitalitatis Gregorius in ipso etiam patriarchio permansit, vt exceptis his quos tam per diuersas regiones quã Romæ quoque Longobardorum perfidiæ gladios fugientes, Ecclesiæ stipe misericorditer nutriebat, quotidie ad mensam suam peregrinos quoslibet inuitaret, inter quos die quadam vnus accessit, in cuius manibus dum ipse ex humilitatis ministerio aquam fundere vellet, conuersus vrceũ accepit: sed repentè eum, in cuius manibus fundere voluerat, inuenire non potuit. Cumque hoc factum secum miraretur, eadem nocte dominus per visionem dixit: Cæteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti.

Vide eius homil. 38 in Euangelio.

Alio quoque tempore idem Gregorius iuxta consuetudinem suam præcepit sacellario, vt duodecim peregrinos ad prandium inuitaret. Qui pergens, iussa compleuit, eosque ad mensam pariter ordinauit. Dum autem simul discumberent, intuens Papa, tredecim numerauit. Et accersito sacellario, cur contra iussionem suam, tertiumdecimum inuitare præsumpserit, inquisiuit, ille obstupefactus, conuiuantes peregrinos curiosius numerauit, & duodecim solos inueniens, veluti securus respondit: Crede mihi, honorabilis pater non sunt mei duodecim sicut ipse iussisti? Ergò dum conuictus, sæpius duodecim identidem nume-

meraret, ac tertiumdecimum, quem solus Papa videre poterat, non videret animaduertens spiritualis pater Gregorius, virum propius discumbentē volens crebro conuertere, & nunc adolescentem, nunc verò se vetulum veneranda quadam canicie simulare, finito conuiuio duodecim quidem abire permisit, tertiumdecimum verò manu suscipiens, in cubiculum suum induxit, vehementer adiurans, vt ei se nomenque suum simpliciter prodere dignaretur. Qui respondens, dixit. Et cur interrogas de nomine meo, quod est mirabile? Verumtamen scito memoria recognoscens, quia ego sum naufragus ille, qui quondam veni ad te, quando scribebas in cella monasterij tui ad clinum Scauri, cui dedisti duodecim nummismata & argenteā scutellam, quam tibi miserat cum infusis leguminibus beata Syluia mater tua. Et hoc tibi pro certo sit cognitum, quia ab illo die, quo mihi hæc hilari animo tribuisti, destinauit te dominus fieri præsulem sanctæ suæ Ecclesiæ, pro qua & proprium sanguinem fudit, & esse te successorem atque vicarium Apostolorum principis Petri, cuius virtutem imitatus es, cum substantias offerentium diuideret, prout cuique opus erat. Hæc audiens Gregorius, dixit, & tu quomodo nosti, quod tunc me dominus præesse sanctæ suæ Ecclesiæ destinarit? At ille inquit. Quoniam ego angelus eius sum, & tunc ab eo ad tuum inquirendum propositum destinatus. Tunc

Act. 2. & 4.

Angelus se ostēdit S. Gregorio.

Gregorius, quia nondum manifestum viderat angelum, prorsus expauit, sibiqúe hunc taliter dicentem audiuit: Ne timeas, neque formides. Ecce enim remisit me dominus, vt sim tibi custos quandiu fueris in isto mortali sæculo: quatenus quamcunqúe rem petieris, per me apud eum fiducialiter valeas impetrare. Ilicò Gregorius in faciem suam corruit, dicens: Si propter pusillum meæ paruitatis munusculum tanta mihi retribuit omnipotentissimus dominus, vt & pontificem me sanctæ suæ Ecclesiæ faceret, & custodem mihi suum angelum deputaret: quanta putem mihi restituí, si in præceptis eius totis viribus permanens, plura studuero de pluribus erogare?

Eius admirãda liberalitas

Igitur incipiens tanta largior esse de collato temporali commodo, quantum certior de recipiendo præmio sempiterno, cúctorum patrimoniorum præmiorumqúe reditus, ex Gelasiano Polypthyacho, cuius nimirum, studiosissimus videbatur pedissequus, adæquauit, eorumqúe pensionibus in auro argentoqúe collatis omnibus ordinibus Ecclesiasticis, vel palatinis, monasterijs, Ecclesijs, cœmiterijs, diaconijs, xenodochijs, vrbanis, vel suburbanis, quot solidi quater in anno distribuerentur, Paschæ scilicet, Natali Apostolorum, Natali sancti Andreæ, natalitioqúe suo Polyptychum, quo hactenus erogantur, indixit.

Extra quos, primo Dominicæ resurrectionis diluculo, in basilica quondam doctissimi

Papæ

Papæ Vigilij, iuxta quam consuetudinaliter habitabat, ad impertiendum pacis osculum residens, cunctis Episcopis, presbyteris, diaconibus, alijsque axiomaticis, aureos erogabat. Natalitio verò Apostolorum vel suo, mixtos solidos offerens, peregrinis nihilominus vestimenta donabat.

Omnibus omnino Kalendis, pauperibus generaliter easdem species, quæ congerebantur ex reditibus, erogabat. Et suo tempore frumentum, suo vinum, suo caseum, suo legumẽ, suo lardum, suo manducabilia animalia, suo pisces, vel oleum, paterfamilias domini, discretissimè diuidebat. Pigmenta verò alibique delicatiora commercia primoribus honorabiliter offerebat, ita vt nihil aliud, quàm communia quædam horrea, communis putaretur Ecclesia.

Tribus millibus ancillis Dei, quas Græci monasticas vocant, quindecim libras auri pro lectisternijs dedit, eisque quotidianis stipendijs octoginta libras animaliter conferebat. De quibus Theoctisto patricio scribens. Harum, inquit, talis vita est, atque intantum lachrymis & abstinentia districta, vt credamus quia si ipsę non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Longobardorum gladios potuisset. 3000. monasteriales alit li. 8. epist. 187.

Quotidianis quibusque diebus per omnium regionum vicos vel compita, infirmis seu qualibet corporis parte debilibus, coacta sti-

pendia per constitutos veredarios emittebat. Verecundioribus verò, antequàm ipse cibum caperet, à mensa sua benedictionis Apostolicæ ostiatim dirigere curabat scutellam: ita vt neminem prorsus exciperet misericordissimi beneuolentia prouisoris, quem ad finem traxerat omnipotentis cognitio creatoris.

Pauperis obitus quã fuerit efflictus.

Horum dum quendam pauperem in angustis audronarũ recessibus à vespillonibus inueniri mortuum contigisset, estimans eum stipis inopia perijsse, ita per aliquot dies vt dicitur, à missarum celebratione vocando tristatus est, tãquam si eum proprijs manibus (quod dictu nefas est) peremisset.

Extat vsque hodie in sacratissimo Lateranensis palatij scrinio, huius confectum temporibus chartaceum præ grande volumen, in quo communis sexus cunctarum ætatum ac professionum nomina, tam Romæ quàm per suburbana ciuitatésue vicinas, necnon longinquas vrbes degentium, cum suis cognominibus temporibus, & remunerationibus expressius continentur.

Christianus Masseus libr. 16. Chronicorum.

De Caroli Flandriæ comitis & martyris admiranda in pauperes liberalitate, martyrio & miraculis eiusdem.

CAP. XIV.

ANno 1123. asperrima fuit hyems. Intemperies aëris tanta, vt vix mense Maio florerent arbores, & imbribus fata perirent.

rent. Secuta fames intolerabilis in Gallia fermè biennio. Quo nobilis illius Caroli Flandriæ comitis liberalitas admiranda patebat: qui quotidie omni petenti panem integrum dari fecit: ita vt semel apud Ipram vna hora octingenti pauperes totidem panes acceperint. Præterea consuetudo illi fuit, omnibus ferijs sextis tredecim pauperibus tredecim tunicas, tot paria calceorum, tot subuculas lineas elargiri. Ipse verò ijsdem ferijs (nisi præcipuum festum incidisset) in pane & aqua ieiunabat. Indutus cilicio, nudis pedibus, tunica talari, ne facile pedum nuditas videretur, ad Elclesiam mane properabat. Illic ad meridiem vsque deuotioni deditus permanebat. Interim ex principibus eius duo, Præpositus sancti Donatiani, & Præpositus aulę coemerunt maximam frumenti copiam, vt venderent ad libitum suum. Sed Carolus fecit illis reddi pecuniam: frumentum verò distribuit indigẽtibus, alijs gratis, alijs competẽti pretio. Quod dicti mercatores ægrè tulerunt, & ex illa die in mortem domini conspirauerunt. Itaq; 2. Martij fer. 6. Indict. similiter 6. in templo sancti Donatiani, retro summum altare legentem psalmum Miserere, necauerunt ipsum fisso capite, & amputato brachio dextro. Cuius preciosa mors ilicò miraculis ostensa est. Sepultus in Ecclesia sancti Christophori, iacuit à sexta Martij vsque ad sextam Maij, quæ fuit secunda dominica à die Paschæ. Qua fuit ab Episcopo Tor-

nacensi, præsente Ludouico Grosso rege Francorum leuatus, translatusque ad sanctum Donatianum, adeò suaue redolens, vt apothecam aromatum crederes. Interfectores eius, partim VVilhelmus vicecomes Iprensis occiderat, partim rex ipse morti tradidit.

De hoc Carolo comite Flandriæ eiusque virtutibus & obitu, plura scribit Iacobus Meijerus libr. 4. Annalium Flandriæ, subiungitque hoc miraculum, Apportatus est ad funus Caroli ab Rengero Telone, debilis quidam adolescens Rogerius nomine omnibus membris contractus, qui principis admotus corpori, subitò sanus ac validus in pedes suos laudans Deum subsilijt, quo protinus miraculo Helias decanus Brugensis, Trumolduſque Ecclesiæ Furnensis antistes cum multa, quæ pariter adfuit plebe in lætitiam effusi, templi pulsabant æra, osculo contingere corpus, ac nonnihil capilli eius barbæque ac vestium desumere gaudebant: vti ea inter domestica asseruarent sacra.

Nicephorus Callist. libr. 12. cap. 42. Ecclesiast. histor. De vxore Imp. Theodosij Placilla, eiusq; virtutibus & magna in pauperu pietate.

CAP. XV.

Pietatē Theodosij admodū auxit placilla cōiunx.

THeodosius Imperator plurimum quidē Ambrosij doctrina & constitutionibus est delectatus. Non parum verò occasionis & vtilitatis ei, ad pietatem scilicet etiam, attu-

attulit eius coniunx. Quotidie namque diuinas leges, quibus ipsa antea erudita fuerat, in memoriam reuocauit. Non enim illa se imperiali efferebat potentia, sed potius amorem erga Deum sibiipsi veluti thesaurum conseruabat. Quantò namque illa maiora ab eo beneficia acceperat, tanto etiam quotidie charitatem in benefactorem suam adaugebat magis. Itaq; eorum, qui varijs detinerentur morbis, & membris partibusque corporis mutilati essent, omnis generis curam gessit, ipsaque per se ipsam in rebus omnibus eis inseruiens. In illorum enim domicilia ventitabat, & qua quisque indigeret re, eam illi suppeditabat. & Ecclesiarum hospitales domus circumiens, eos qui grauibus morbis lecto affixi erant, curauit. Non enim tantum illorum attingebat ollas, & iuscula delibabat: sed & patellas admouebat, panem apponebat, ciborum frusta afferebat, pocula eluebat, aliaque omnia prōptè & fœliciter obibat, quæ seruarum & ancillarum sunt officia. Ad eos verò, qui ministerium eius, quod per manus ipsa suas peragebat, inhibere conabantur, dicere solita erat: Imperio quidem conuenit, vt aurum id largiatur. Ego verò manuum mearum opus pro imperio ipso, ei qui id semel contulit, offero. Viro autem suo talia verba frequenter subijciebat: Considerare te semper, coniunx suauissime, oportet, & quisnam antea fueris, & in quem locum te excxerit vniuersitatis

Pulcherrima Christianissimæ principis specimen placella.

Fœmina principeps pauperibus & ægrotis inseruiens.

Digna Christiana Augusta vox.

Aliud cordate & sanctæ Imperatricis verbum memorabile.

huius

Præceptū omnibus principibus instillādum.

huius Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriam, non prorsus te ob accepta beneficia erga eum ingratum præstabis: sed ex præscripto legum Dei, quod ab eo accepisti, gubernabis imperium: & ita eum, qui id tibi vt fideli ministro commisit, ritè coles. Eiuscemodi verba accinens, quæ ei insita erant diuina excitauit semina, cōtinuo admonitionum fluxu ea rigans.

Ioannes Nauclerus Chronicor. volum. 3. generation 36. De horrenda quadam dæmonis voce in die sacro Pentecostes, & liberalitate Henrici III. Imper. in pauperes.

CAP. XVI.

HEnrici III. Impe. fuit natura iucundus, hominibus affabilis, coram omnibus humilis, hostibus terribilis, pauperibus pius & largus. Hic cùm aliquando festum Pentecostes apud Moguntiam celebraret, diabolo suadente inter famulos Archiepiscopi & famulos Abbatis Fuldensis cōtentione suborta de locatione, post verba deuentum est ad verbera, ex quo Ecclesiæ pauimentum cruore repletur, sed Episcopis & alijs cōuolantibus, pax inter dissidentes reformata est, templum purgatum, atq; cum multa deuotione Missa celebrata est, & cùm ad illum versum Sequentiæ ventum est, Hunc diem glorioſum feciſti, vox ab aēre lapsa est, dicens: Hunc diem bellicosum ego feci. Quo audito rigentibus omnibus, Imperator diligenter intendens lætitiam diabo-

diaboli: Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor & incentor, diem bellicosum & arrogantibus luctuosum fecisti: sed nos per Dei gratiam, qui illum glorioſum fecit, pauperibus & indigentibus gratioſum faciemus. Et mox reincepta Sequentia, ſolenni ploratu gratiam Dei inuocabant, completaq; cum deuotione Miſſa, omnibus pauperibus per præconem vocatis, omnia precioſa cibaria, quæ ſibi & curialibus præparata erant, in vſus illorum cõſumpſit, ipſeque pius Imperator, cum cæteris prælatis ac miniſtris, proprijs manibus illis ſeruiuit.

Theodoretus lib. 1 cap. 18. Eccleſiaſt. hiſtor. De S Helena Imperatrice in religioſas virgines pietate & humili miniſterio.

CAP. XVII.

ILluſtriſsima & maxima digna admiratione Imperatrix Helena mulieres, q̃ toto vitę tempore virginitatem excolebãt, primùm omnes in vnum congregari, & ſedibus præparatis accumbere iuſsit, deinde illa ipſa ancillæ munus exequi, apponere cibaria, & gutturnium cum malluuio adferre, aquam denique earũ manibus, dum lauant, miniſtrare non dedignata eſt.

Ioannes Nauclerus hiſtoricus generation. 36. De Leonis IX. Pontifi. Max. in pauperes pietate, & miraculo circa leproſum patrato.

CA-

CAP. XVIII.

LEo iste Pōtif. vir fuit pietate, innocētia, benignitate gratia, hospitalitate adeò insignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus semp pateret. Nā cū semel ante fores suas leprosum inuenisset, eūq; præ misericordia, collocari in lecto suo mādasset, aprisq; mane à ianitore foribus, nusquā pauper inuentus est, CHristum pauperis nomine eo loci recubuisse creditum. Hic deinde anno domini 1054. gloriosè vitam finiuit, xj. Cal. Maij, Romæ in Ecclesia S. Petri sepultus, miraculis claruit multis.

Venerabilis Beda libr. 3. historiæ Anglicanæ

Osualdus rex cùm in pauperes & peregrinos esset liberalissimus, dextera eius ab Episcopo Aidano benedicitur, quæ & postmodum defuncto iam Osualdo, mansit incorruptæ.

CAP. XIX.

SOsualdus regni amplissimi culmine ✦sublimatus, quod dictu mirum est, nihilominus pauperibus & peregrinis semper humilis, benignus & largus fuit. Fertur enim quod tempore quodam, cùm die sancto Paschæ cum Aidano episcopo consedisset ad prandium, positusque esset in mensa coram eo discus argenteus, regalibus epulis refertus, iamque essent manus ad panem benedicendum missuri, intrauit subitò minister ipsius, cui suscipiendorum inopum erat cura delegata,

Benedictio mensæ.

Insignis benignitas in pauperes.

gata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum vndecunque aduenies maxima, per plateas sederet, postulans aliquid eleemosynæ à rege. Qui mox dapes sibimet appositas, deferri pauperibus iussit: sed & discum confringi, atq; eisdem minutatim diuidi præcepit. Quo viso, Pontifex qui assidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dextram eius, & ait: Nunquam inueteraſcat hæc manus. Quod & ita iuxta votum benedictionis eius prouenit. Nam cùm interfecto illo in pugna, manus cum brachio à cætero esset corpore resecta, contigit vt hactenus incorrupta perduret. Denique in vrbe regia, quæ à regina quondam vocabulo Bebba cognominatur, loculo inclusa argenteo, in Ecclesia S. Petri seruatur, ac digno à cunctis honore veneratur.

Dextera manus S. Oswaldi manet incorrupta.

Ioannes Moschus Eutratus in Prato Spirituali cap. 185. De muliere Christiana quæ eleemosynis virum gentilem Christo lucrifecit, & pecunias in pauperes erogatas, sextuplicatas, admirabili diuinæ prouidentiæ modo recepit.

CAP. XX.

CVM in Samo insula essemus, narrabat nobis venerabilis pauperũ cultrix Maria mater domini Pauli candidati, dicens: Cùm essem in ciuitate Nisibæ, erat ibi Christiana mulier virum habens gentilem. Erant autem pauperes, habebant tamen quinquaginta numismata. Die verò quadam ait vir

De autoritate et antiquitate huius libri vide præfatione Alexij Lipomani in eundem.

VXO-

vxori ſuæ: Demus hęc numiſmata fœneratori, vt aliquod ſolatium ex eis capiamus. Ea enim ſigillatim conſumimus, & deficiunt. Reſpondens autem illa bona vxor ait viro: Si placet ea fœnerari, veni, demus illa ſub fœnore DEO Chriſtianorum. Dicit ei vir eius. Et vbi eſt Deus Chriſtianorum, vt demus ei? Ait illa: Ego tibi ipſum oſtendam. Si enim huic dederis ea, non ſolùm non illa perdes, ſed & vſuras tibi perſoluet, & capitale duplum reddet. Qui ait illi: Eamus, oſtende mihi illum, & demus ei. Illa verò aſſumens virum ſuum, duxit in ſanctam Eccleſiam. Habet autem Eccleſia illa quinque magnas ianuas. Cùm autem induxiſſet illum in Eccleſiæ porticum, oſtendit ei pauperes dicens: Iſtis ſi præbueris, Deus Chriſtianorum ipſa accipit. Iſti enim omnes ſui ſunt. Qui mox cum gaudio numiſmata cœpit erogare pauperibus. Reuerſíque ſunt in domum ſuam. Cùm verò poſt menſes tres neceſsitate ſumptuum anguſtarẽtur, ait vir vxori ſuæ, Soror, nihil, vt video, daturus eſt nobis DEVS Chriſtianorum ex debito illo, & nũc anguſtiamur inopia. Reſpondit mulier, & ait illi: profectò dabit. Vade vbi illa dediſti, & exhibebit ea tibi cum omni alacritate.

Quo audito, ille currens abijt in ſanctam Eccleſiam, venienſque in locum, vbi erogauerat numiſmata pauperibus, & circuens totam Eccleſiam neminem vidit, qui ſibi debitum redderet, niſi ſolos pauperes denuò ſedentes.

Cùm

Cùm ergò cogitaret in se ipso, cui diceret aliquid, vel à quo exigeret, aspexit ante pedes suos in marmore iacere numisma vnum ex illis, quæ pauperibus ipse erogârat, inclinansque se, & accipiens illud, abijt in domum suam, & ait coniugi suæ: Ecce profectus sum in Ecclesiam, & crede mihi, mulier, quia Deum Christianorum non vidi, vt dixisti, nullusque mihi aliquid dedit, nisi quod hoc numisma ibi positum vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc ait ad eum mulier illa, mirabilis ipse est, qui tibi hoc inuisibiliter præstitit, ille enim inuisibili potestate manus suę disponit hunc mundum. Sed vade, domine mi, eme nobis aliqd, vt comedamus hodie, rursusque ipse prouidebit nobis. Abijt ille, & emit sibi panem, & vinum & piscem, & veniens domum dedit vxori. Quæ accipiens piscem, cœpit ipsum purgare, exenteransque illum inuenit in visceribus eius lapidem valde mirabilem, ita vt miraretur mulier illius pulchritudinem, Non tamen sciebat quid esset. Seruatum autem ostendit reuertenti viro, dicens: Ecce hunc lapidem in pisce reperi. Videns autem & ipse miratus est quidem ipsius pulchritudinem, ignorabat tamen quid esset. Cùm autem comedisset, ait vxori: Da mihi lapidem, vt vadam & vendam illum, si quid fortasis pretij de illo accipere contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat & ipse, quid esset, vtpotè simplex, & rudis. Tulit itaque lapidem, & abijt ad trape-

zitam, cuius erat proprium talia emere, & vendere, inuenitque illum iam clausis omnibus egredientem, (ad vesperum enim iam dies erat) & ait illi: vis emere hunc lapidem? ille verò considerans lapidem dicit ei: Quid vis vt tibi pro eo soluam? ait autem ille: da quicqd vis. Ad quem ipse: Accipe, inquit, quinque numismata. Putans autem venditor quia illuderet sibi, dicit ei: Et tantum vis pro illo persoluere? Existimans trapezita, quod ita ille per ironiam loqueretur, ait ipsi: Accipe decem pro eo numismata. Vēditor iterum se irrideri arbitrans, tacuit. Dicit illi Trapezita: viginti numismata accipe. Ille autem tacebat nihil respondens. Cùm verò ad triginta, quadraginta, & quinquaginta numismata emptor ascenderat, & se daturum ea iuramento affirmaret, cœpit ille amplius lapidem æstimare. Paulatim verò emptor ascendens vsque ad trecenta numismata peruenit, deditque illa vendenti. Ipse igitur, dato lapide, acceptaque pecunia, venit ad vxorem suam gaudens: quę cùm videret illum exultantem dixit: Quanti illum vendidisti? putabat autem, quod illum quinque, vel decem minutis vendidisset. Tunc ille trecenta numismata proferens, dedit illa vxori suæ dicens, tanto se illum vendidisse. Illa verò summam diuinæ bonitatis clementiam admirans, dixit ei: Ecce Deus Christianorum qualis est, quàm bonus, quàm gratus, quàm diues. Vides quia non solum quinquaginta numismata

mata tibi reddidit, quæ tu illi mutuasti, sed paucis diebus ipsa tibi sexduplicata restituit? Agnosce igitur, quia non est Deus alius, neque in terra, neque in cœlo, nisi ipse solus. Ille verò miraculo admonitus, cùm experimẽto didicisset & ipse veritatem, effectus est repentè Christianus. Glorificauit Deum, & saluatorem nostrum CHristum cum patre, & Spiritu sancto, plurimas referens gratias prudentissimæ vxori suæ, per quam vera Dei notitia ipsi in veritate concessa est.

Ioannes Moschus Euiratus in Prato Spirituali cap. 85. propter cessationem consueta eleemosyna vniuersum monasterij triticum corruptum, & in mare proiectum est.

CAP. XXI.

IN monasterio Abbatis Theodosij in scopulo, inter Seleuciam & Rosum Ciliciæ consuetudo fuit, vt in cœna domini pauperes omnes, & pupilli regionis huius confluerent huc, & acciperent medium tritici sextarium, benedictiones tredecim, & sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium, magna tritici sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione hac, sextarij xij. vno numismate. Cùm ergò veniissent ieiunij dies, dicunt Abbati nostro quidam ex patribus: Noli domine pater, secundum consuetudinem dare pauperibus triticum, ne desit monasterio. Triticum enim

non inuenitur. Abbas autem cœpit dicere fratribus: Non infringamus filij, benedictionem patris noſtri Theodoſij. Videte, mandatum ſenis eſt, non expedit nobis illud tranſgredi. Verè ipſe eſt, qui curam noſtri gerit. Fratres autem perſtiterunt in ſua ſententia, dicentes Abbati: Non ſuppetit nobis, quod dare poſſumus. Tunc Abbas contriſtatus ait illis: Ite, & ſecundum quod vultis facite. Non itaque, vt conſuetum erat, dederunt benedictionem in die ſancto cœnæ, & Paraſceues. Profectus poſtmodum qui præerat horreis, aperuit oſtia, & reperit triticum totum germinaſſe. Quare coacti poſtea ſumus illud in mare proijcere. Tunc cœpit Abbas noſter dicere fratribus: Qui patris noſtri monita irrita facit, iſta patitur. Labores nunc inobedientiæ metite. Quingentos modios daturi eramus, & patri noſtro Theodoſio per obedientiam placuiſſemus, fratreſque noſtros pauperes conſolati fuiſſemus, nunc verò quinque ferè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati ſumus, filij? Quantum nobis ipſis nocuimus? Duo profectò mala egimus. Vnum, quia mandatum patris noſtri præteriuimus, alterum quia ſpem in Deum non habuimus, ſed in horreo noſtro. Vel ex hoc diſcamus, fratres, quia Deus eſt, qui diſponit omne humanum genus, quodque ſanctus Theodoſius inuiſibiliter pro nobis filijs ſuis curam ſollicitè gerit.

Ioan.

Ioannes Moschus cap. 175. Prati Spiritualis. Glycas parte 4. Annalium. De Zenone Imperatore viro eleemosynario.

CAP. XXII.

NArrauit nobis quidam patrum de Zenone Imperatore, dicens, quod mulierem quendam in filia ipsius iniuriosè tractauerit. Hæc autem vacabat in templo dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, orans eam, & deprecans, & cum lachrymis dicens: vindica me de Zenone Imperatore. Cùm ergò multis diebus hoc faceret, apparuit ei sancta Dei genitrix, dicens: Crede mihi mulier, vltionem tuam sæpè facere volui, sed manus eius prohibet me. Erat enim valde misericors, & eleemosynas faciens.

Ioannes Moschus cap. 201. Prati Spiritualis. De quodam viro Constantinopolitano nobilissimo cui pater moriens, Dominum IESVM CHristum reliquit curatorem, facultatibus suis penè omnibus, filio consentiente, in pauperes erogatis.

CAP. XXIII.

NArrauit quidam patrum dicens: Ascendi aliquando Cõstantinopolim cuiusdam necessitatis gratia. Cumque in Ecclesia sederem, ingressus est quidam secularis, maximè illustris, atque fidelissimus. Is cùm aspexisset me, accedẽs salutauit cum omni charitatis officio. Et post salutationem sedit iuxta me, & cœpit interrogare de his, quæ pertinerent

nerunt ad animæ ſalutem. Cumq; ego illi dicerem, quod his, qui ritè terrena diſponunt, cœleſtia quoque donarentur, Benè, inquit, pater, dixiſti. Nam verè beatus eſt, qui ſpem ſuam in Deum ponit, & ſeipſum totum cómittit Deo. Et dicebat: Ego filius fui cuiuſdam ſecularis gloria clariſsimi. Erat autem ipſe pater meus eleemoſynis maximè deditus, & plurima pauperibus diſtribuebat. Die ergo quadam vocauit me, & oſtendit mihi omnes pecunias, dicens: Fili, quid tibi gratius eſt, vt tibi dimittam pecunias iſtas, an Chriſtum curatorem tuum. Ego, cùm placerent mihi, quæ faciebat, reſpondi me Chriſtum malle. Iſta enim omnia prætereunt, & hodie non ſunt, & cras non erunt, CHriſtus autem manet in æternum. Quod ille cùm audiſſet, omnia iam liberè, & larga manu pauperibus erogabat, ita vt moriens pauca admodum mihi relinqueret. Ego autem iam pauper effectus, humilis procedebam, ſpem meam habens in CHriſtum, cui me ille reliquerat: Erat autem alius quidam dives valde, & primarius, habens vxorem fidelem CHriſto, & timentem Dominum, habebat autem & filiam vnicam. Dixit ergo illa viro ſuo: Hanc ſolam habemus filiam, tantaque bona nobis largitus eſt Deus. Cuius ergo rei indiget? ſi quæſierimus dare illam alicui primario, & diuiti, qui non ſit bonis moribus, affliget eam ſemper, quæramus illi virum humilem, & timentem Dominum, qui ſecun-

secundum Deum illam diligat, & foueat. Qui dixit illi: Rectè dixisti, Perge ergo in Ecclesiam, & ora intentissimè, atque illic reside, & qui primus ingressus fuerit, hic illi à Domino missus est sponsus. Fecit igitur, vt vir iusserat eius. Cumque orasset, & sederet, ingressus sum ego primus. Mittens ergo illa seruum suum continuò accersiuit me, cœpitque interrogare dicens, Vnde es? Ego autem dixi illi: Ex hac ciuitate sum talis filius. Dixit autem mihi: illius eleemosynarij? Et dixit ita, illius sum filius. Tunc ait mihi: Habes vxorem? Et dixi: non, narrauique illi, quæ mihi dixerat pater meus, & quæ ego responderam ipsi: illa verò glorificans dominum, ait: Ecce bonus curator tuus misit tibi vxorem, & pecunias, vt vtaris vtrisque cum timore Dei. Deditque mihi filiam suam, & pecunias. Ego autem oro, vt patris mei viam vsque in finem teneam.

Gregorius Turonen. li. 2. cap 14 historiæ Frãcorum. De Ecdicij senatoris liberalitate in pauperes et diuina in eum omnemq; eius posteritatem remuneratione.

CAP. XXIV.

TEmpore Sidonij Episcopi magna Burgundiam fames oppressit. Cumque populi per diuersas regiones dispergerentur, nec esset vllus qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecdicius quidam ex senatoribus huius propinquus, magnam tunc rem in DEO

confisus feciſſe perhibetur. Nam inualeſcente fame, miſit pueros ſuos cum equis & plauſtris, per vicinas ſibi ciuitates, vt eos *qui hac inopia vexabantur*, ſibi adducerent. Atillieuntes, cunctos pauperes quotquot inuenire potuerunt, adduxêre ad domos eius. Ibique eos per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit. Fuereq; vt multi *aiunt*, amplius quàm quatuor millia promiſcui ſexus. Aduenientе autem vbertate, ordinata iterum euectione, vnumquemque in locum ſuum reſtituit. Poſt quorum diſceſſum, vox ad eum è cœlis lapſa peruenit, dicens: Ecdici, quia feciſti rem hanc, tibi & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum, eo quod obedieris verbis meis, & famem meam refectione pauperum ſatiaueris. Quem Ecdicium miræ velocitatis fuiſſe, multi commemorant. Nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugaſſe perſcribitur. Sed & ſanctus Patiens Lugdunenſis Epiſcopus, ſimile huic in ipſa fame populis præſtitiſſe perhibetur beneficium. Extat enim hodieq; apud nos beati Sidonij epiſtola, in qua eum declamatoriè collaudauit.

Ioannes Bodinus libr. 3. cap. 1. De Magorum dæmonomania, hominem in pauperes liberalem non poſſe à magicis ſortibus offendi.

CAP. XXV.

Recen-

REcenſet Ioannes Bodinus modos quoſdam ad ſortes magicas præuertẽdas. Vt, inquit, mala hæc poſsint vitari, legem Dei ſæpè oportet prædicari, metum eius ſummis, medijs, infimis inculcari, & ante omnia fidem in eum imprimi: nam ſi Dei maximi, terribilis, & omnipotentis nomen bona fide ab homine timente Dei, pronunciatum, diabolorum & Magorum propellit turbas, (vt ſæpenumero vſuueniſſe ante demonſtrauimus,) quãtò magis eum ſpes erit procul fugiturum, ſi prædicari, legi, promulgari, & ſermonẽ haberi de laudibus operibuſque Dei audiuerit? Si deinde blaſphemiæ, impietas & cõtumeliæ in Deum è republ. tollantur. Alterum quoque remedium eſt, vt neque à Sathana, neque à Sagis vlla ratione metuamus: nam Deo fit iniuria, cùm diabolus metuitur. Itaque non rarò compertum eſt, & quotidie cernimus, non poſſe ei nocere Sagam, qui accuſat ipſam, aut proculcat pedibus, cùm ſagam eſſe nouerit. Alium præterea modum confitentur ſagæ, cùm aiunt hominem in pauperes munificum, non poſſe à Magicis ſortibus offendi, quamuis alijs in rebus vitioſum. Scribit Vierius libr. 4. cap. 10. wertamas moniales in Hornenſi comitatu amplius tres annos à malignis ſpiritibus fuiſſe vexatas, atque hanc occaſionem inter alias fuiſſe obſeruatam, quod libram ſalis Sagæ cuidam vetulæ (quam Sagam neſciebant eſſe) hac lege commodauerant, vt libras tres poſt duos

menſes redderet, quod effecit Saga: tum micas ſalis à monialibus in monaſterio inuentas eſſe, & ipſas eodem momento à ſpiritibus malignis obſeſſas, neque tamen hæc ſola fuit occaſio, ſed cùm de vitijs permultis famoſæ eſſent, hoc præterea fuiſſe compertum eas loco erogandæ eleemoſynæ fœnus pauperibus imperaſſe. Atque hęc cauſa eſt cur Magi, quibus à Sathana aut male faciendi, occidendi, & veneno homines pecoraque tollendi impoſita eſt neceſsitas, aut dira indeſinenter patiendi, ſi inimicis quos vlciſcantur caruerint, mendicant eleemoſynam, & ſi qui facultate præditus denegauerit, periclitatur ab eis, ſi Magum eſſe neſciuerit. Non enim amplius Magus in quenquam poteſt, quàm in eum qui ſtipem erogat homini, quem Magum eſſe nouerit. Quinetiam cauendum eſt, ne ijs detur, quæ vulgi ſermone Sagæ feruntur eſſe: qui autem Magos eſſe ignorans ſtipem non dederit, is offendi periclitabitur, vt perſæpe compertum eſt. Sic cùm in magnis conuentibus eſſem Pictauij anno M. D. LXVII. inter vicarios procuratoris generalis meas partes agens, accepi duos Magos ſquallidos egenteſque ad prędiuitem domum ſtipem poſtulauiſſe: ea recuſata iniecerunt fortes, & domeſtici omnes in rabiem acti obiuerunt furioſi: non quod hanc ob cauſam Deus illos poteſtati Sathanæ Magorumque adminiſtrorum eius tradiderit, ſed quia (vt erant improbi & immiſericordes erga egentes) Deus

non

non conceperat de ipsis misericordiam. Scriptura enim eleemosynam appellat צדקה id est iustitiam, & pro eo quod est, date eleemosynam, ait, date iustitiam, quia hæc præ cæteris ex improbo iustum facit: quo pertinet illud scripturæ, Eleemosyna liberat à morte. Hæc Bodinus. Sanè illos qui in pauperes benefici sunt & liberales, à multis malis & periculis inimicorumque insidijs immunes fore, quin & multis beneficijs à Deo afficiendos, etiam in hac terra propheta regius diuino spiritu afflatus, illis polliceri videtur, dum ait: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, &c. In quem locum D. Augustin. Erige, inquit, oculos in hæc promissa Christiana fide, non te deserit DEVS in terra, & aliquid promittit in cœlo. Promissionem habes vitæ præsentis & futuræ. Psal. 40

Seuerus Sulpicius libr. de vita S. Martini cap. 2. D. Martinus cum pauperi chlamydis suæ partem dedisset, nocte sequenti Christum ea vestitum conspicit.

CAP. XXVI.

VVlgatum quidem est, sed non vulgari laude dignum, quod de D. Martino Episcopo Turonico in pauperes liberalissimo

simo Sulpitius commemorat. Quodam tempore, inquit, cùm iam nihil præter arma & simplicem militiæ vestem haberet, media hyeme, quæ solito asperior inhorruerat, adeò vt plerosque vis algoris extingueret, obuium habuit in porta Ambianensium ciuitatis pauperem nudum. Qui cum prætereuntes, vt sui misererentur, oraret, omnesque miserum præterirent, intellexit vir Deo plenus sibi illum, alijs misericordiam non præstantibus, reseruari. Quid tamen ageret? Nihil præter chlamydem, qua indutus erat, habebat. Iam enim reliqua in opus simile consumpserat. Arrepto itaque ferro, quo erat accinctus, mediam diuidit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua rursus induitur. Interea de circumstantibus ridere nonnulli, quia deformis esset, & truncatus habitu videretur: multi tamen, quibus erat mens sanior altius gemere, qui simile nihil fecissent, cùm vtiq; plus habentes, vestire pauperem sine sua nuditate potuissent. Nocte igitur insecuta, cùm se sopori dedisset, vidit CHristum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum: Intueri diligentissimè dominum vestemque, quam dederat, iubetur agnoscere. Mox ad angelorum circumstantium multitudinem audiuit IESVM clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit. Verè memor Dominus dictorum suorum, qui ante prædixerat: Quandiu fecistis hæc vni ex minimis istis, mihi fecistis:

ciſtis: ſe in paupere profeſſus eſt fuiſſe veſtitum, & ad confirmandum tam boni operis teſtimonium, in eodem ſe habitu, quem pauper acceperat, eſt dignatus oſtendere.

Ioannes Brugmannus in vita admirandæ virginis Lydiæ ſeu Lyduinæ Scheidamenſis (quæ habetur tom. 7. Surij 14. Aprilis) cap. 2. partis 2. De inſigni liberalitate virginis huius Lyduuinæ in pauperes, de crumena IESV, quæ nunquam exhauriebatur, ac de gloria ac dignitate eleemoſynarum apud Deum.

CAP. XXVII.

SAncta virgo Lydia, ſibiipſi parciſsima, pauperibus matrem ſe exhibebat, nulli negãs opem, donec teruncius ſupereſſet. Si largiri nihil poſſet, condolentem præbebat animum, blandum è pio corde promebat ſermonem. Cibos interdum coctos, nonnunquam crudos mittebat. Si quid negligenter in ijs fieret ab eis, per quos mittebat, dolebat animo eius, quod pauperes, tanquam cœleſtis regni principes futuros, vel ad horulam ſua annona fraudari nollet. Nouerat pauperum nomina & habitacula, & quamuis iaceret in tenebris, omnia intueri, omnia diſtinctè cognoſcere videbatur, perindè acſi verſaretur inter homines. In pauperum vſus iuſsit hyeme ſale aſpergere carnes, ſalitas cum piſis coctas illis tranſmittebat. Contigit aliquando, vt cum vicinis diuidendæ vaccæ quarta pars ei cederet

ad

ad alendos pauperes. Ex ea cùm ministræ eius quandam portionem cum pisis coxissent, & triginta domibus inde ad saturitatem distribuissent, quidam ait Lyduuinæ: Quemadmodum iussisti, triginta pauperum domibus de carnibus & pisis tuis ad satietatem dedimus, & tamen nihil in olla diminutum videtur. E-

Vide stupẽdū miraculum.

vestigiò illa respondit: Non pro meis meritis, sed pro sua bonitate id fecit Deus. An non ille dixit, Date & dabitur vobis? Comederunt sanè ex illis carnibus domestici eius, comederunt aduentantes peregrini, omnes admiratione permoti, manum domini adesse fatebantur, quæ olim viduæ farinulam conseruarat.

Luc. 6.

3. Reg. 17.

Porrò etiam diuites præ deuotione petebant interdum mitti sibi de buccellis virginis nostræ. Illos verò pauperes ante omnes secretò fouere & pascere studebat, quos ex opulentis nouerat ad inopiam redactos, & verecundia à petendis eleemosynis cohiberi. Mendicabat autem etiam ipsa, si deessent carnes, quibus inopes reficeret. Orauit quandoque virum pium, vt si haberet armum porci coctum, mitteret sibi pauperibus impartiendum. Fecit ille, & mox sensit, quàm sit grata Deo manus porrecta ad dandum. Vt enim ipse fassus est, cùm paulò post coniecisset oculos eò, vnde tulerat armum, vidit alium longè maiorem illic suspẽsum. Sciscitatur ex familia, num quis eum suspenderit. Negant omnes: agnoscit donum Dei, fit erga virginem nostram deuotior, fit in pau-

Aliud miraculum.

pauperes liberalior. Mulier quædam caduco laborans morbo, sæpè in plateis corruebat. Accidit autem, vt magno spiritus angore correpta in domunculam Lyduuinæ intraret, potumque sibi dari posceret. Lyduuina tum nihil cogitans de exiguo vino, quod supererat, cùm sola esset, aquam monstrauit fœminæ, quodam vasculo contentam. Illa totam exhausit, sed sitis extincta non est. Ardet misera, plusque sibi dari petit. Tum Lyduuina recordata vini, digito ostendit: atque illa totum bibit: rursumque instat pro potu. Sed cùm nihil liquoris haberet virgo, dedit ei nummum quendam, vt illo potum sibi emeret: quem illa hilariter accipiens, abscessit. Deinde febribus *Item aliud.*
Lyduuinam corripient bus, orat patrem, vt pauxillum vini porrigat, quo labia arentia tingantur. Non enim meminit tunc fœminam morbidam vinum omne epotasse. Porrigit pater poculum filiæ, vnde illa mulier biberat, & ecce plenum est optimo vino, diuinitus in illud infuso. Stupet virgo, sentiens nullum se melius bibisse vinum, nec tamen patri indicat vnde sit, licèt & ille stupens admiraretur, neque colorem, neque saporem eius vnquam perire. Tandem cùm in vasculo longo tempore duraſſet, cuiusdam fœminæ incuria effusum est. Per id tempus adhuc parcissimè vtebatur vino Lyduuina: itaque doluit illud effusum, quod nunquam habuisset sibi accommodatius vinum. Cùm enim alia vina sine aquæ admi-

admixtione bibere non posset, hoc solum purum bibit. Obseruet hic lector humanitatem sanctæ virginis, quæ è suo poculo iussit fœminam morbo comitiali vexatam bibere. Cùm frater eius VVilhelmus excessisset è viuis, multo ære alieno obstrictus, filij eius in magnam inciderunt calamitatem, quam humanitus euadere vix possent. Tum Lyduuina illorum misserta, quædam clinodia sua distraxit octo libris eius regionis. Dedit autem negotium cognato suo Nicolao, vt is è crumena, in quam nummos omnes condiderat, satisfaceret creditoribus. Fecit ille vt iussus erat, & cùm omnibus esset factum satis, quod reliquũ fuit pecuniæ in crumena ter coram Lyduuina numeratum est, & tantundem inuentum est, quantum illa primum imposuerat. Illa verò prohibuit, ne cuiquam id indicaretur, crumenamq; illam domini IESV voluit crumenam deinceps appellari. Atque ex illa ipsa expendebat in pauperes liberaliter, & Dominus IESVS abundè infundebat. Quibusdam specialibus amicis aliquando ex ea percunctantibus, quantum ex illa crumena post obitum fratris sui VVilhelmi distribuisset, sic respondit: Quandoquidem video non latere vos donum Dei, pro certo confirmo vobis, me de illis octo libris plus quàm quadraginta libras in pauperes erogasse, præter eas, quibus dissolui æs alienum fratris mei. Sex annis ante obitum virginis multis modis ex ea pecunia datum est

Item aliud miraculum.

Crumena IESV.

Nota lector.

est pauperibus, & illa rursus diuinitus aucta. Post decessum virginis dimidia pars pecuniæ in eadem crumena reperta est. Quidam etiam eius aurei nummi coram tribus fide dignis numerati, illis stupentibus, visibiliter aucti fuerunt. Quidqd sancta virgo cõquirere potuit, tanquam paleam reputans, penè prodigè inopes Christi amore elargiebatur. Eam autẽ eius in pauperes benignitatem Christus abũdè cõpensabat. Rapta nonnunquã in paradisum, vidit quandoq; lucem mirabilem è cœlo vibrari, præsertim in animas quorundam adhuc in terris degentium, quas eo secum raptas cernebat. In illa aũt luce vidit tanquam beatorũ exercitum speciosissimum cõfluere, & in ijs cœlorum reginam, Christi matrem sanctissimã. Vidit etiam mensas sericis & preciosis pannis insterni, eleemosynas, quas per id tempus egenis præstiterat, ceu cœlo allatas, aptissime collocari: potiones quoq;, quas in vasis fictilibus ipsa pauperibus præbuerat, in crystallinis & aureis poculis admodum reuerẽter exhiberi, itemq; alia permulta, quę dederat miseris. Deinde vidit cœtum clarissimum ad instructas discumbere mensas, audiuit sonitum tãquam ad mensas hilariter epulãtium: se verò illis alacriter ministrantem videre sibi visa est. Postea ad se reuersa, miris modis beneficia in pauperes cumulare studuit, ea visione nõ mediocriter animata.

Nota iucundissimam visionem.

Eleemosynarum crogatarum splendor & dignitas corã Deo & cœlitibus.

Cùm pietas, (cuius magna pars est beneficentia in pauperes) promissionem habeat vitæ præsentis & futuræ, quid de eo sentiendum sit, quod homines pij, & in pauperu apprimè benefici magnis quandoq; infirmitatibus & molestijs grauentur.

CAP. XXVIII.

ADduximus paulò ante capite 15. sententiam illam propheticam, beatum nempè illum esse, qui intelligit super egenum & pauperem, Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, denique pietatem, habere promissionem vitæ præsentis & futuræ. Cæterùm quàm multos legimus in pauperes effusissimæ liberalitatis, qui diuturnis grauissimisque languoribus exagitati sunt? Certè de S. virgine Lyduina constat ex historijs, pluribus miserabilibusque morbis eam tota vita exearnificatam. S. Gregorius Pontif. Max. in pauperes & peregrinos liberalissimus, penè assiduè cum varijs infirmitatibus luctabatur. De Constantino Græcorum Imper. nono refert Constantinus Manasses, eum fuisse magnificum, liberalem, moderationis & æquitatis studiosum, atque ita munificum, vt quasi mare quoddam liberalitatis videretur, cuius fructu multis frui contigit, emittentis quasi venas, & scaturientis instar morem auriferi Pactoli, Niliique argentiflui. Quippe, inquit, munificas eius manus expertæ sunt nationes integræ, templa, pauperes. Erat enim

Psal. 40.

1. Tim. 4.

In Annalib.

enim fluuius vbique semet effundens, & munera copiosissimè distribuebat in egumnosos, &c. Sed enim, ait, qui adeò fulgebat bonis supra cedros, & qui virtutibus florebat tanquam omnibus durans ætatibus phœnix, corpore admodum erat languido & affecto. Nam podagra laborabat, constrictis quasi per compedes quosdam pedibus. Quamobrem in lecto decumbere coactus, ægros & discruciatos pedes curabat. De Iobo legimus, quod nunquam *Iob. 31.* comederit bucellam suam solus, quod pupillus comederit ex ea, quod ab infantia creuerit cum eo miseratio, quod non dimiserit sine indumento prætereuntem pauperem. Itidem de Tobia, quod quotidie diuidebat vnicuique de *Iob. 1.* facultatibus suis prout poterat, esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, mortuis sepulturam exhibebat, & tamen ille tot ærumnis afflictus, hic charo oculorum lumine mul- *Iob. 2.* to tempore fuit orbatus, adeò vt sicut beato Iob insultabant reges, ita parentes & cognati Tobiæ, irridebant vitam eius, dicentes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Quomodo igitur verum quod ait regius propheta, Dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra? Quare tanta mala patimur in ista vita, (inquit in illum psalmi locum D. Augustinus) tanta scandala, tantos labores, tantam inquietudinem carnis & sæculi? Subiungit ibidem D. August. Conuertit se ad Deum: & tanquam consilium

eius nobis exponens. Totum ſtratum eius, inquit, verſaſti in infirmitate eius. Quid eſt, totum ſtratum eius verſaſti in infirmitate *eius*? Per ſtratũ intelligitur aliqd terrenũ. *Omnis* anima infirma in hac vita quærit ſibi aliquid terrenũ vbi requeſcat, quoniã intentionẽ laboris & mentis extentæ in Deum, difficile poteſt perpetuò tolerare: aliquid ſibi in terra conquirit, vbi requieſcat, & quodammodo pauſatione quadam recumbat, veluti ſunt iſta quæ diligunt & innocentes. Neque enim de cupiditatibus malorum nunc dicendum eſt, quis multi acquieſcunt in theatris, multi acquieſcunt im circo, in amphitheatro, multi acquieſcunt in alea, multi in luxuria popinarum, multi in libidine adulteriorum, multi in violentijs rapinarum, multi in dolo & inſidijs fraudium. Acquieſcunt in his omnibus homines. Quid eſt acquieſcunt? Delectantur illic. Sed remoueamus hæc omnia, ad innocentem hominem veniamus. Acquieſcit in domo ſua, in familia ſua, in coniuge, in filijs, in paupertate, in prædiolo ſuo, in nouella manibus ſuis conſita, in ædificio aliquo ſuo ſtudio fabricato. Acquieſcunt innocentes in his. Sed tamen Deus volens nos amorem non habere, niſi vitæ æternæ, & iſtis velut innocentibus delectationibus miſcet amaritudines: vt in his patiamur tribulationes, & vniuerſum ſtratum noſtrum vertit in infirmitate noſtra. Vniuerſum ſtratum eius vertiſti in infirmitate eius. Non ergò conqueratur, quando in his, quæ innocen-

ter habet, patitur aliquas tribulationes. Docetur amare meliora per amaritudinem inferiorum: ne viator tendens ad patriam, ſtabulum amet pro domo ſua. Vniuerſum ſtratum eius vertiſti in infirmitate eius. Sed quare iſta? Quia peccanti homini dictum eſt, In labore vultus tui edes panem tuum. Ergo quia correptiones iſtas, in quibus vniuerſum ſtratum noſtrum vertitur in infirmitate noſtra, agnoſcere debet homo propter peccata ſe pati: conuertat ſe & dicat quod ſequitur. Ego dixi, Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi. O Domine in tribulationibus meis me exerces, flagellandum iudicas omnem filium, quem recepturus es, qui nec vnico pepercifti. Ille quidem ſine peccato flagellatus eſt, Ego autem dico, miſerere mei, ſana animam meam, quoniam peccaui tibi. Si vſtus eſt, qui putredinem non habebat. ſi medicina ipſa noſtra ignem medicinalem non reſpuit: patienter ferre debemus vrentem medicum & ſecantem, id eſt, omnibus tribulationibus nos exercentem, & à peccato ſanantem. Planè nos committamus medici manui: non enim errat, vt ſanum pro putri ſecet. Hęc ibi D. Auguſtin. Ad Tobiam verò Raphael angelus dicebat: quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. Atque ideò hanc tentationem cœcitatis permiſit dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Nam cũ ab infantia ſua ſem-

Gen. 3.

Iob. 12.

Iob. 2.

per Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est cõtristatus contra Dominum, quod plaga cœcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Atque huiusmodi patientia cum gratiarum actione in tribulationibus, opus perfectum habet, vt ait Apostolus, Magnæ enim perfectionis est, & præcipui apud Deum meriti, si non solum patientes simus, sed & gratias agamus Deo in tribulationibus, & cum Apostolo ijsdem gloriemur quod hoc pacto maximè cõformes reddamur ipsi filio Dei, quem Deus pater misit in hunc mundum, non ad quietem aut voluptatem, sed ad crucẽ. Et sicut misit me pater, ait ipse Christus, ita & mitto vos. Et quoniam beatos pronunciat illos Dominus, non qui omnium rerum securi, voluptatibus indulgent, sed qui pauperes sunt spiritu, qui lugent, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, qui misericordiam, castitatem & munditiem cordis atque id genus virtutes sectantur, monetque Apostolus, vt omne gaudium existimemus, cùm in tribulationes varias inciderimus, scientes, quod probatio fidei nostræ patientiam operetur, patientia autem opus perfectum habeat: moxque subiungit: beatum illum esse qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: ea propter minimè concidit illa beatitudinis promissio, quam Psalmista pollicetur intelligenti super egenũ & pauperẽ, etiãsi ille magnis quan-

Iacob. 1.

doque tribulationibus, mortis, ægritudinibus & tentationibus inuoluatur. Hic enim nunc habet locum, quod mox ibidem subiungit Propheta: Dominus, inquit, opem ferat illi super lectum doloris eius: Imprecatio illa opem ferat, vim habet certæ promissionis: atque etiamsi obueniat ei quod subsequitur, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius, magna tamen erga Deum fiducia erectus, confidenti animo dicet, quod ibidem sequitur: In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me: atque item illud quod alibi idem propheta lætabundus ait: secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. In hunc igitur modum dum nunc tribulationibus exercetur ad patientiam, nunc spe erigitur ad coronam, quandoque etiam post magnitudinem dolorum, ingentes consolationes exhilarant animam, (sicuti inter diutinas afflictiones, ineffabiles etiam consolationes admirandam illam virginem Lyduuinam exhilarasse legimus, vti & de seipso alicubi refert D. Hieronymus, q in horrida solitudine, in assiduis ieiunijs, languente corpusculo, sæpè angelicis intererat delicijs) hunc inquam in modum facilè eluceſcit veridicum esse prophetam, dum ait: Dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra. Enimuerò si gentilium philosophi nullam æternæ felicitatis Psal. 93.

nec promissionem nec expectationem, aut
1. Thessal. 4. spem habentes, vt loquitur Apostolus, M. Regulum in summis cruciatibus constitutum, propter mentem nuda virtute morali imbutam, beatum pronunciarunt, quantò magis beatum pronuntiabimus illum, qui verisolidisque virtutibus præditus, vnusque iam cum Deo spiritus effectus, ac spe felicissimæ immortalitatis subnixus, in omnibus pressuris & ærumnis suis, inuicto animo dicere po-
Psal. 26. test: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui, &c. Atque item
Rom. 8. illud Apostoli, Quis nos separabit à charitate CHRISTI, tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Neutiquam igitur homines vera erga Deum pietate flagrantes, atque erga inopes benefici, infelices censendi sunt, aut à Deo alieni, etiamsi miris quandoque afflictionibus aut infirmitatibus exerceantur. Li-
2. Cor. 4. cet enim hic qui fortis est noster homo corrumpatur, inquit Apostolus, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim

quod

quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Diligenter, inquit Chrysostomus, his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetuæ memoriæ commendetis, continuò in mente vestra versantes & cogitantes, quantam patientiam iusti sustinuerint, quamque longanimitatem & fidem in promissionibus Dei habuerint, non animo fluctuantes propter ea quæ post promissiones eueniebant, sed fidentes eius qui promiserat virtuti, & propterea probati fuerint. Ecce enim & iustus ille Iacob Iosephum, postquàm tot annis luxit quasi mortuum, vidit regnum Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph post seruitutem, post carcerem, post alia omnia quæ sustinuit, principatum totius regionis suscepit. Et si accedere volumus ad eas quæ in sacra historia continentur historias, inueniemus omnes virtute præditos per tentationes ingressos, & sic magnam à Deo assequutos gratiam, quam si & nos conciliare nobis volumus, ne simus tristes in tentationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt, sed magis gaudeamus & lætemur, scientes quod hac potissimum ratione diuina prouidentia fruamur, si cum gratiarum actione omnia ferre meditemur. Vt om-

Chrys. hom. 66. in Gen.

nes nos & præsentem vitam in virtutibus transigamus, & futura consequamur bona, concedat nobis per misericordiam & gratiam suam Dominus noster IESVS CHRISTVS, cui cum patre & Spiritusancto sit gloria, imperium, & honor in sæcula, AMEN.

COLLA-

COLLATIONVM SACRARVM LIBER SEPTIMVS.

DE VETERIBVS ET NEOTERICIS HAERETICIS, ET QVAE circa illos miranda contigerunt.

Gregorius Episcopus Turonensis in historia Francorum lib. 2. cap. 3. De Cirola Arrianorum Episcopo, qui aegerrimè ferens, Catholicos Episcopos virtutibus & miraculis clarere ipse hominem quendam precio induxit, vt cœcitatem simularet, & tandem ex composito inuocata ope & religione Cirolæ visum reciperet, qui à Deo & oculorum dolore & cœcitate percussus est, & tandem beneficio Catholicorum Episcoporum restitutus.

CAP. PRIMVM.

TEmporibus Arrianorum sub Honorico Christianorum Catholicorum persecutore, Cirola quidam Arrianorum Episcopus, hæreticorum tunc maximus habebatur assertor. Cumque ad persequendum Christianos rex per diuersa trāsmitteret, sanctum Eugenium Episcopum, virum inenarrabili sanctitate, qui tunc ferebatur magnæ prudentiæ esse,

esse, in suburbano ciuitatis suæ reperit persecutor. Ductus itaque sanctus Eugenius ad regem cum illo Arrianorum episcopo pro fide Catholica decertauit. Cumque eum de sanctæ Trinitatis mysterio potentissimè deuicisset, & insuper multas per eum virtutes CHristus ostenderet, in maiorem insaniam idem Episcopus inuidia inflammante succenditur. Erat enim tunc temporis cum sancto Eugenio viri prudentissimi atque sanctissimi, Vindemnalis, & Longinus episcopi pares gradu, & virtute non impares. Nam sanctus Vindemnalis eo tempore ferebatur mortuum suscitasse. Longinus autem multis infirmis salutem tribuit: Eugenius quoque non solum visibilium oculorum cœcitatem, sed etiam mentium depellebat. Quod cernens ille nequam Arrianorum Episcopus, vocatum ad se quendam hominem, ab illo quo ipse viuebat errore deceptum, ait: Non patior, quod hi episcopi multa in populo signa depromunt, illoſque cuncti me neglecto sequuntur. Adquiesce nunc his quæ præcipio, & acceptis quinquaginta aureis, sede in platea per quam nobis est transitus, & manum super clausos oculos ponens, me prætereunte cum reliquis exclama in magna virtute, dicens: Te beatissime Cirola, nostræ religionis antistes, deprecor, vt respiciens manifeste gloriam ac virtutem tuam, vt oculos meos aperiens, merear lucem videre, quam perdidi. Qui iussa complens, residensque in platea,

platea, transeunte hæretico, cum sanctis Dei, iste qui Deum irridere cogitabat, exclamat in magna virtute dicens: Audi me beatissime Cirola: audi me sancte sacerdos Dei, respice cœcitatem meam, experiar ego medicamenta, quæ sæpè cœci reliqui à te meruerunt, quæ leprosi experti sunt, quæ ipsi etiam mortui persenserunt. Adiuro te per ipsam virtutem quam habes, vt mihi desideratã restituas lucem, quia graui sum cœcitate percussus. Veritatem enim nesciens, verum dicebat, quia cœcauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æstimabat. Tunc hæreticorum Episcopus paululum se diuertit, quasi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atque superbia, posuit manum suam super oculos dicens: Secundum fidem nostram, qua rectè Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox vt hoc nefas erupit, risus mutatur in planctum, & dolus episcopi est patefactus in publico. Nam tantus dolor oculos miseri illius inuasit, vt eos digitis vix comprimeret, ne creparent. Denique clamare cœpit miser, ac dicere: Væ mihi misero, quia seductus sum ab inimico, legis diuinæ. Vç mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarẽ. Ad episcopum autem aiebat. Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Vosque rogo glorioſissimi, Christiani, ne despiciatis miserum, sed velociter

ſuccurrite pereunti. Verè enim cognoui, quia Deus non irridetur. Tunc ſancti Dei miſericordia moti, Si, inquit, credis, omnia poſsibilia ſunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui non crediderit, Chriſtum filium Dei & Spiritum ſanctum ęqualem habere ſubſtantiam atque deitatem cum Deo patre, hodie quæ ego perfero, patiatur. Et adiecit, credo Deum patrem omnipotentem, credo filium Dei CHriſtum IESVM æqualem patri, credo Spiritum ſanctum patri & filio conſubſtantialem atq; coëternum. Hæc illi audientes, & ſe inuicem honore mutuo præuenientes, oritur inter eos ſancta contentio, quis oculis eius ſignum beatæ crucis imponeret. Vindemialis verò ac Longinus Eugenium, ille autem econtra eos exorat, vt manus imponerent ei. Quod cùm feciſſent, & manus ſuas ſuper caput eius tenerent, ſanctus Eugenius crucem ſuper oculos cœci faciens, ait: In nomine patris & filij & Spiritus ſancti veri Dei, quem trinum in vna ęqualitate atque omnipotentia cõfitemur, operiantur oculi tui. Et ſtatim ablato dolore ad priſtinam redijt ſanitatem. Manifeſtiſsimè autem patuit per huius cœcitatem, qualiter hęreticorum epiſcopus oculos cordium miſero aſſertionis ſuæ velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miſerum, qui non ingreſſus per ianuam, id eſt per CHriſtum, qui eſt ianua vera, lupus magis gregi quàm cuſtos effectus eſt, pacem fidei quã cre-

credentiũ cordibus debuerat accendere, prauitate cordis sui conabatur extinguere. Sancti verò Dei alia signa in populis multa fecerunt, & erat vox vna populi dicentis, Verus Deus pater, verus filius, verus Deus spiritus sanctus, vna fide colendus, vno timore metuendus, eodemque honore venerandus. Nam quæ Cirola adserit, falsa esse cunctis est manifestum. Videns autem Honoricus rex effectiones suas per sanctorum fidem glorioſam taliter denudari, nec erigi sectam erroris, sed potius destrui, fraudemq; pontificis sui in hoc scelere fuisse detectam, sanctos Dei post multa tormenta, post equuleos, post flammas, post vngulas iussit interfici. Beatum autem Eugenium decollari iussit, sub ea specie, vt si in ea hora qua enfis super ceruicem eius incumbebat, nõ reuerteretur ad hæreticorum sectam, occideretur, ne eum pro martyre excolerent Christiani, sed exilio damnaretur, quod ita factum esse manifestum est. Nam cum imminente morte interrogatus fuisset si mori pro fide Catholica destinaret, respondit, Hæc enim est sempiterna vita, pro iustitia mori. Tunc suspenso gladio, apud Albigensem Galliarum vrbem, exilio deputatus est, vbi & finem vitæ præsentis fecit. Ad cuius nunc sepulchrum multæ virtutes creberrimè ostenduntur. Sanctum verò Vindemialem gladio percuti præcepit, quod & impletum est in hoc certamine. Octauianus verò Archidiaconus, & multa millia

millia virorum ac mulierum hanc fidem adferentium interempta atque debilitata sunt. Sed præ amore gloriæ, nihil erant hæc supplicia confessoribus sanctis, qui in paucis vexati, in multis bene se nouerant disponendas, iuxta illud Apostoli. Quia non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã glorim quæ reuelatur in sanctis. Multi tunc errantes à fide accipientes diuitias, inseruerunt se doloribus multis. Infelix autem quidam Episcopus nomine Reuocatus, eo tempore est reuocatus à fide Catholica. Tunc & Sol teter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluceret, credo nanque pro tantis sceleribus & effusione sanguinis innocentis. Honorius verò post tantum facinus, arreptus à dæmone qui diu de sanctorum sanguine pastus fuerat, proprijs se morsibus laniabat, in quo etiam cruciatus, vitam indignam iusta morte finiuit,

Gregorius Turonensis libr. de gloria Confessorum cap. 12. & 13. De quodam episcopo hereticorum, qui adornata fraude hominem illuminare volens, excæcauit.

CAP. II.

CVM Leuuildus rex tanta miracula per seruos Dei, qui nostræ religionis erant, fieri cerneret, vocauit vnum episcoporum suorum, dixitq; secretus ad eum. Quamobrem vos vt isti qui se Christianos dicunt, non ostenditis signa in populos secundum fidem vestram? Dicit ei Episcopus: Sæpius ego

cœcis lumen reddidi, & surdis auditum, nunc autem hæc possum facere, quæ dicis: Et vocato ad se vno de hæreticis, clanculo ait ad eum, Accipe quadraginta aureos, & clausis oculis reside in loco, vnde nobis est transitus, & prætereunte me cum rege, exclama in virtute, vt perditum lumen mea tibi credulitate restituam. Cumq; hic accepta pecunia fecisset, quod fuerat imperatum, procedit nouus Cirola regis ad dexteram, constipatus hæreticorum caterua, exclamat & iste cœcatus pecunia, vt fide episcopi reciperet oculos suos. At iste cùm nõ minima arrogantia imponens manus super oculos eius, ait: Secundum fidem meam fiat tibi. Hæc eo dicente, ita obserati sunt oculi hominis cum dolore, vt non solùm visum perderet, verumetiam dolum, quem auaritia impellente finxerat, publicaret.

Ex vita Ioannis Caluini cap. 13. per Hieronymum Bolsecum, medicum Lugdunensem conscripta. Quomodo Ioannes Caluinus quẽdam Bruleum Ostunensem promissis vitæ subsidijs induxerit, vt mortuum se simularet, qui tandem cum ex composito per Caluinum resuscitandus esset, diuina vltione percussus, verè mortuus apparuit. Idem testatur Laurent. Surius in commentarijs Chronicis. Memini & ego me adolescente, hac de re ad parentem meum Matthiam Bredenbachium literas à viris grauissimis datas.

CAP. III.

BRulleus Ostuno Geneuam vigentis illic religionis studiosus demigrat, & cũ inops esset, atq; paup, vterq; ipse & vxor, Caluini gratiã aucupabantur, vt ei cõmendati peculij pauperum, cuius ipse loculos gestabat, eleemosynarumque fierent participes. Eis Caluinus vitæ subsidia benignè pollicetur, alijsque in rebus se adiuturum promittit, si ipsi contra, suam operam sibi nõ negarent ad rem quandam, quam per eos fieri vellet, sed opus esse fide & magna taciturnitate. Vicissim autem illi ad hoc, quod iubere vellet, promptos se offerunt. Et quemadmodum à Caluino edoctus, instructusque fuerat miser hic Brulleus, morbum simulat, & se in lectum abijcit. Ministri pro concione populo cõmendant, vt precibus iuuarent, eleemosynis paupertati succurrerent. Non diu post personam mortui induit, & quidem mortuum se simulat. Hinc Caluinus clam admonitus, quasi tamen omnium rerum ignarus, deambulatum prodit, sed comitatus pro more suo magna caterua amicorum, qui ipsi singulariter coniuncti, & summè intimi essent, sine quibus vix pedem domo efferebat. Postquam autem eo ventum esset, vbi clamores & eiulatus vxoris, quæ miserlam & desolatam aliquam mulierem egregiè exprimebat, exaudiret, quidnam hoc esset scisciratus, domum ingreditur, vbi in genua ipse, & reliqua caterua prouoluitur, precibusque alta

voce

voce profusis, Deum obtestatur, potentiam suam vt declarare, & mortuo huic vitam restituere, gloriamque suam sic vniuerso populo declarare vellet, simulque manifestum facere, se Caluinum peculiarem sibiq; gratum seruum esset, & se ad Euangelij sui ministerium, Ecclesiæ reformationem, singulariter & verè vocatum. Post quas preces ad mortuum appropinquat, & miseri hominis manu apprehensa, in Dei & filij eius Domini nostri IESV CHristi nomine imperat, vt se erigeret. Deique sic gratiam manifestam faceret. Repetit iterum sæpiusque eosdem sermones voce etiam altius eleuata. Quid fit? neque audit, neque loquitur, neq; se cõmouet mortuus: iusto enim iudicio, qui fucos mendaciaque detestatur, is, qui se mortuum simulabat, verè esse mortuus repertus est: & vxor, quicquid eum agitaret, quomodocunque eum impelleret, neque vocem extorquere, neque vt se commoueret, efficere potuit, sed totus frigebat, rigebat totus. Quo animaduerso plorare, vlulatus seriò edere, & ex animo cœpit vxor, & in Caluinum inuecta, impostorem eum, sicariũ, latronem, qui maritum interemisset, appellans, ex ordine rem, quomodo erat gesta, elata, altaq; voce exposuit. Quæ cũ neq; admonitionibus vllis permoueri, neque minis satis terreri posset, vt taceret, Caluinus apud maritum mortuum ea relicta, illinc se subduxit, in vulgus spargens mœrore mariti obitu deliram, ideoque excu-

sandam,& hoc illi indulgendum esse. Certum hoc est conuentum cum ea deinde, vrbe vt excederet, & est ipsa Ostunum reuersa, nupsitque postea ministro, quem Couldreum vocabant.

D. Vilhelmus Lindanus Dialogo 3. sui Dubitanti cap. 1. & Alanus Copus Dialogo 6. cap. 29 De quodam concionatore Euangelico in Polonia, qui stipendio quendam Matthæum nomine induxit, vt se mortuum simularet quem concionator volens per fictum miraculum excitare, mortuum inuenit.

CAP. IV.

VErùm vt vt sese habeat illud celebratũ toto orbe Caluini miraculum, hoc tibi pro vero affirmo, haud ita pridem in Polonia non longè à Cracouia pago Biethzaze, quiddam fuisse tentatum simile, vti doctissimus vir D. Franciscus Turrianus libr. 1. dogmat. Charact. verbi Dei recenset.

Anno Domini 1558. vt habet Alanus Copus.

Concionator enim sui Euangelij gratia cõfirmandi quendam Matthæum certo conduxit stipendio, qui sese mortuũ simularet, atq; ad clamantis vocem ceu mortuus resurgeret. Illum feretro inclusum ad templum deducit vxor, artificij nefarij conscia, funus fletu & eiulatu prosequitur. Ille vbi satis de suo nouo Euangelio tonasset, Surge (inquit) Matthæe in nomine Christi, cuius Euangelium prædico. Cùm Matthæus non surgeret, ille inclamat altius,

tius, vt somnium fortè excuteret. Vbi nec ita exurgeret Matthæus, itur ad feretrum, detegitur velata facies, & reuera deprehenditur mortuus, qui sese tãto aliorum periculo mortuum, atque à mortuis in vitam reuocatum simulare voluerat. Mox vxor, quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat, nunc verè lachrymis, vocibus, ac tantum non pugnis in concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta, suo malo isti nouo fidem habuit Euangelio.

Sic per Hollandiam Anabaptistarum quendam simulasse mutatæ in vinum aquæ, captorum item piscium, quos paulò ante in puteum iniecerat, miraculum notius est, imò vt quidam aiunt ex actis publicis demonstrari posse, quàm vt sit verbosius referendum. Plurima quoque de Georgio Dauidis audiui ab oculatis testibus, quæ conceptam passim de eo magię opinionem mirificè confirment. Hactenus Lindanus.

Vide obsecro Christiane lector, quàm verè iam olim dixerit Tertullianus: agnosco, inquit, maximam virtutem hæreticorum, qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi enim de mortuis viuos suscitabãt, isti de viuis mortuos faciunt. *Tertullia. de præscript. hæreticorum.*

Lauren. Surius in comment. Chronic. et V. Vilhelmus Lindanus Dialog. 3. ca. 1. Dubitantij. Lutherus mortuum excitare conatur, sed frustrà. idem Polychronius Monothetica

in Synodo sexta tentauit, sed frustrà.

CAP. V.

QVonam miraculo Lutherus sese suis aut Prophetã aut Eliam probauerit, nódum liquet, nisi quod wilhelmum Nesenum in Albi submersum vanis immurmurationibus spe miraculi in vitam reuocare frustrà tentauit.

Dialog. 6. cap. 29. De Polychronio hęretico Monothetica simile quiddam refert Alanus Copus, exact. 15. sexti Cõcilij Oecumenici. Veterator, inquit, suo respondens nomini Polychronius, ausus est ad confirmationem sectæ suæ, vltrò apud sextam Oecumenicam Synodum in Trullo polliceri, se mortuum vitæ redditurum. Non ita multò post allato cadauere virtutis suæ specimen editurus: cùm diu frustra mortuum ad vitam reuocare tentasset, ab omni concione vt vanissimus nebulo explosus est, nec tamen errorem deponere voluit. Refert & Paulus diaconus mirabiles Iconomachorum fraudes, quibus illi hæresin suam & impietatem Cõstantini Copronymi stabilire conati sunt. Ait enim, quosdam ex illis clam in imperiale sepulchrum se proripuisse, & (quasi à mortuo ea vox prolata fuisset) magnis laudibus Constantinum Copronymum extulisse, vt eo commento hæresin illam, quæ in imagines grassabatur, populo plausibilem redderet.

Lib. vlt. rerum Rom.

Miracula vera à solis Catholicis expectanda.

Ab hæreticis igitur nulla vera miracula sũt expectanda, sed à solis Catholicis. Enimuerò

quod

quod pro confirmatione sui erroris præstare non potuerunt, Polychronius & alij hęretici, hoc pro Catholica fide confirmanda sæpius præstiterunt in mortuis ad vitam reuocandis beati Confessores & Martyres. Inter quos Macarius in Aegypto ad hæresin Eunomij refutandam, defunctum à morte excitauit, clandestinam fugam meditante hæretico, qui id se quoque facturum iactauerat, vt infrà referemus.

Macarij miraculum. Cassia. colla. 15. cap. 3. & Nicep. lib. 9. cap. 14.

D. Vilhelmus Lindanus Dialogo. 3. cap. 1. Dubitantij. De miraculis Dauidis Georgij & Anabaptistarum Monasterienſium, quodq; homines idiotæ apud Anabaptistas literas calleant, resipiscentes, denuò, vt antea, sint idiotæ, & literarum ignari.

CAP. VI.

DAuidem Georgium ob artes magicas malè passim audire notissimũ est. Noui enim, qui vbi impiam eius doctrinam abominati ad Catholicam redirent Ecclesiam, sese sibi persuasissimum habere dicerent, fuisse præstigijs delusos: vti nobis cum lachrymis minimè simulatis deplorabant. Cæterum de Monasterienſibus illis Anabaptistis certo certius est, conatos fuisse simulata sanguinis pluuia alijsque imposturis suum confirmare Pseudoeuangelium. Eo autem insaniæ quosdam Tiguri fuisse redactos testatur Bullinger. vt sibi dona linguarum polliceri à patre cœlesti non dubitarent, sed eos vanissima

illusit spes, sicuti & per Hollandiam nouum manna de cœlo expectantes Adamitas. Illud tamen intactum præterire non possum, ex fide dignis me audisse tam efficacem fuisse Sathanæ in Anabaptistas impostu ram, vt simulato quasi miraculo, dum sese illi fanaticæ factioni deuouerent, sacra possent legere, quod ante neque norant, neque didicerant. Sed si ab istis resipiscant etiam reuulsi, præstigijs, vna cum animi pœnitentia perit & legendi scientia. Equidem istud diu pro fabuloso habui, donec apud Harlemen. vir Catholicus N. minimè ignotus narrabatur, suam vxorem, vbi vi ad cubiculum perrupisset (in quo expanso capillitio inter fratres sedebat Anabaptismum susceptura) vi extraxisse legentem nescio quæ ipsorum mysteria: quam domi cùm moneret, vt aliquid legeret, illa sese ne literas quidem amplius nouisse respondit. Simile & Louanij de iuuencula quadam ab Anabaptismo resipiscente iam pridem me frequenter audijsse recolo.

Cassianus Collation. 15. cap. 3. & Niceph. Callistus. lib. 9. cap. 14. histor. Ecclesiast. Macarius in Ægypto, ad hæresin Eunomij refutandam, defunctum à morte excitat, Eunomiano quodam hæretico, qui idem se facturum iactauerat, fugam arripiente.

CAP. VII.

CVM hęreticus quidam, qui Eunomij pfidiam sectabatur, sinceritatem Catholicæ

licæ fidei arte dialectica subuertere conaretur, magnamq; iam hominum multitudinem decepisset, rogatus à Catholicis viris, qui ruina tantæ subuersionis grauissimè mouebantur, Beatus Macarius, vt simplicitatem totius Aegypti ab infidelitatis naufragio liberaret, aduenit. Quem cùm hæreticus arte dialectica fuisset aggressus, & Aristotelicis ignorantem spinis vellet abducere, beatus Macarius Apostolica multiloquium eius breuitate concludens, Non est, inquit, in verbo regnum Dei, sed in virtute. Eamus igitur ad sepulchra, & nomen domini super mortuum, qui primus inuentus fuerit inuocemus, ac, sicut scriptum est, ostendamus ex operibus fidem nostram, vt manifestissimè rectę fidei documenta eius testimonio declarentur, & perspicuam veritatem non inani disputatione verborum, sed virtute signorum, & illo quod nō potest falli indicio comprobemus. Quo audito, hæreticus coram circumstanti plebe pudore constrictus, cùm ad præsens præbere se conditioni propositæ simulasset assensum, seq; affuturum in crastinum promisisset, postero die expectantibus vniuersis, qui studiosius ad conditum locum, spectaculi huius cupiditate, confluxerant, exterritus de conscientia suæ infidelitatis aufugit, ac protinus ab vniuersa Aegypto transmigrauit. Quem cùm beatus Macarius vsque ad horam nonam cum populis præstolatus pro sua conscientia declinasse vi-

disset, assumens plebem quæ ab illo fuerat deprauata, ad cõdicta sepulchra perrexit. Hunc autem Aegyptijs morem Nili fluminis inuexit alueus, vt quoniam vniuersa illius latitudo terræ instar immensi pelagi, non paruo anni tempore solita aquarum eruptione conregitur, ita vt nulla tunc cuiquam humandi copia humani corporis tribuatur: nisi post transuectionem decursam corpora mortuorum pigmentis condita redolentibus in editioribus cellis recondantur. Nam madens ebrietate contigua terræ illius solum, humandi arcet officium. Si qua enim cadauera defossa susceperit euomere, ad superficiem suam inundationum nimietate compellitur. Cùm igitur antiquissimo cuidam cadaueri beatus Macarius astitisset, ait: O homo, si veniisset hucmecum hæreticus ille, filius perditionis, & astante ipso nomen Christi Dei mei inuocans exclamassem, vtrum ne coram his qui penè eius fuerant fraude subuersi, surrecturus fuisses, edicito. Tum ille consurgens annuentis voce respondit. Quem interrogans Abbas Macarius quidnam fuisset aliquando cùm fruerentur hac vita, vel qua hominum fuisset ætate, aut si nomen Christi tunc temporis cognouisset? ille se sub antiquissimis regibus vixisse respondit, Christique nomen asseruit illis se nec audisse temporibus. Cui rursus Abbas Macarius, dormi, inquit, in pace cum cæteris in tuo ordine, à Christo in fine temporum susci-

tan-

tandus. Hæc igitur eius virtus & gratia quantum in ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi eum necessitas totius prouinciæ periclitantis, & erga Christum plena deuotio amorque sincerus, istud exercere miraculum compulisset. Quod vtique vt ab eo fieret, non ostentatio gloriæ, sed charitas Christi, & totius plebis extorsit vtilitas, vt beatum quoque Heliam feciſſe Regum lectio manifestat, qui ignē de cœlo super hostias impositas, purè idcirco descendere postulauit, vt periclitantem Pseudoprophetarum præstigijs fidem totius populi liberaret.

Amphilochius in vita D. Basilij Magni, quæ habetur in Laurent. Surio Calend. Ianuarij. Quomodo Valentis Imper. Arriani filium infirmum Basilius curauerit, Arrianis verò postea eundem curare volentibus, idem mortuus sit.

De hac Amphilochio vide Niceph. Callist. libr. 11. cap. 20.

CAP. VIII.

VAlens Imperator Arrianis consentiēs, & Basilium Magnum à Catholica religione in suam sententiam pertrahere non valens, Basilium in exilium relegare statuit, quod decretum literis mandare volens, tres calamos frustrà collisit, nolentes eius iussioni inseruire. Tandem cum multis modis fidem Basilij sollicitaret Imperator, nec quicquam proficeret, furore ardens, cogitabat qua illum morte afficeret. Et ecce filius eius Galates morbo corripitur, & à medicis vita eius de-

desperatur. Mater autem Imperatori resistens, dixit: Malè disposuisti ea quæ à Deo sunt, & ecce puer moritur propter illatam sacerdoti Dei iniuriam. Quibus auditis, Valens aduocat Basilium, eique dicit: Si vera sunt, Deoque grata dogmata tua, precibus tuis filij mei ægritudinem depelle. Cui Basilius, Si amplexaris, inquit, Imperator orthodoxam fidem, & Ecclesiæ restituitur vnitas & concordia, filius tuus viuet. Imperatore id promittente, Basilius sine mora pueri morbum releuauit. At prauæ sententiæ episcopi suam non ferentes ignominiam, si non victoria potirentur, persuaserunt Imperatori, ne de sua opinione decederet, sed ipsorum religioni subscriberet, atque ita per ipsos puerum sanatum iri. Sed continuò in illorum manibus puer spiritum reddidit. Vidit hæc Defensor, & postea ad Valentinianum Imperatorem retulit de Basilij virtutibus: quas ille admirans glorificabat Deum, per ipsum Defensorem multam illi largiens pecuniam in vsus egenorum. Basilius autem Imperatoris magnifica dona recipiens, extruxit domos hospitales languentium, siue nosocomia, tum in vrbe, tum in quaque prouincia præfecturæ, in refectionem ægrotorum: in ipsque condidit grandem virorum, mulierum, puerorum multitudinem, curam illorum gerens, & tribuens, quæ ad illos reficiendos pertinerent. Ijs verò cognitis, Imperator multa contulit ad illorum sustentationem, Christi sacerdo-

Pœna propter iniuriã sacerdoti Dei illatam.

cerdotem haud secus atque parentem colens.

D. Gregorius Magnus libr. 3. Dialogor. cap. 29. De Episcopo quodam Arriano, qui cùm Ecclesiam peteret, quam suo errori dedicaret, negatamq; illam sibi irrumpere vellet, cœcitate percussus est.

CAP. IX.

CVM ad Spoletanam vrbem Longobardorum Episcopus, scilicet Arrianus venisset, & locum illic vbi solennia sua ageret non haberet, cœpit ab eius ciuitatis episcopo Ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod cùm valde Episcopus negaret, idē qui venerat Arrianus beati Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit, Ecclesiam clausit, seris muniuit. Facto autem vespere, lampades omnes extinxit, seq; in interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arrianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repentè cunctæ simul portæ diuinitus concussæ abiectis longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arrianus verò Episcopus qui vim facturus aduenerat, subita cœcitate percussus est, atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod

dum

dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam vlterius præsumpserunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, vt quia eiusdem Ariani cursa lampades in Ecclesia beati Pauli fuerant extinctæ, vno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret.

Nicephorus Callistus lib. 15. cap. 4. & 5. Eccles. historiæ. De iudicio fidei Christianæ à Catholicis simul et hæreticis ad arbitrium martyris Euphemiæ defunctæ relato, quæ per illustre miraculum hæretica prauitate reiecta, orthodoxorum sententiam approbat.

CAP. X.

Hæreticorũ contentio & pertinacia inexpugnabilis

IN sacrõ S. martyris Euphemiæ delubro, cũ Synodus apud Chalcedonem contra Dioscorum & Eutychẽten congregata esset, magnaque de duabus in Christo naturis disputatio excitata esset, (inexpugnabilis namque & cõtentionis maximè studiosa improbitas est) Spirituisancto, & egregijs illis, qui conuenerant viris placuit, vt decretum fidei in libello describeretur, & controuersiæ iudicium atque decisio laudatissimæ martyri & virgini Euphemiæ committeretur. A maioribus illa suis, ciuis & alumna vrbis Calcedonensis fuit. Sub impio autem Diocletiano, pro detestandi cuiusdã præsidis tribunali consistens, Christum Deum esse, & Dei filium clara voce deprædicauit. Quapropter plurimis primum cruciatibus excarnificata, & bestijs tandem obic-

obiecta, certamine pro Christo peracto, coronam recepit, & diuinum corpus eius integrum & incorruptum asseruatum apud Ecclesiam Calcedonensem marmoreo tumulo repositum est, talia edens prodigia, qualia paulò ante commemorauimus. Itaque immaculato, & sacro corpori eius veluti sincero iudici, orthodoxi & rectam sententiam obtinentes, simul & qui aliter opinarentur, fidei suæ arbitrium committentes, vtrique seorsum fidei formulam in libellum suum relatam, & chartam vtramq; clausulis ac sigillis obsirmatam, ad martyris pedes deposuêre. Et nocte proxima precationibus consumpta, postridie venerunt, & monumenti operculo remoto spectaculum nouum rectoque iudicio dignum conspexêre. Nam orthodoxorum rectęq; sentientium libellus perquam tenaciter victricis illius martyris manibus continebatur: alter autem tanquam res vana & nullius precij, temerè ad pedes illius proiectus iacebat. Postquàm verò post cœlestem hunc calculum adhuc impudentia contra veriorem fidem pugnaret, condemnatio amplius etiam vt valde legitima confirmata est: & qui decretis Synodi consentire noluerũt, ij ignominiam & probrum, à Deo & hominibus sunt consequuti. Hæresis ipsius dux Gangram exul abductus est. Qui aũt à Dioscoro condemnati, proscriptiq; fuerant, de Synodi sententia, & Imperatoris consensu reuocati sunt.

Chri-

Christianus Massæus libro 20. Chronicorum. De quodam Henrico Lutherano Tornaci combusto, qui sequenti nocte socijs in carcere totus ardens apparuit.

CAP. XI.

ANNO Domini 1528. 20. Iulij, Henricus quidam Lutheranus Tornaci combustus est. Sequenti nocte socijs in carcere totus ardens apparuit. Illis præ timore clamãtibus, ait: nisi ab errore cessetis, mecum peribitis in æternum. Excitatus clamore carcerarius, consules vrbis aduocauit. Dicunt illis vincti: Facite de nobis quod volueritis, modo prius confiteamur, ne cum Henrico pereamus.

Ex historia belli Liuonici, De horrendo obitu cuiusdam Hermanni Lutherani, monachi apostatæ.

CAP. XII.

ERat Torpati circa annum Domini 1554. quidam Lutheranæ doctrinæ præco, Hermannus, mirè versutus & facundus in abducendis hominibus à Catholicismo ad Lutheranismum, annisque triginta summum egerat illius doctrinæ præconem. Hic pellione VVittembergensi Lutherana dogmata primũ docente, monachus erat Minorita, iuuenis, at pro ætate in cõcionibus nõ inexercitatus, accedit pellionem, offert illi suam in propagandis Lutheranis dogmatibus opem, monasticum cucullum in publica concione abiecturum.

rum. Pellio eum in cooperarium suscipit, negotiatores nouo habitu eum donant, virginem monasticam in vxorem adiungunt, præficitur vasis argenteis Ecclesiæ in vsum pauperum custodiendis. Pellione ex vrbe secedente, paulatim magnam authoritatem apud omnes sibi conciliat, vt solus nobilium infantes baptizaret. Magnam opum diuitiarumq; vim congerit, mercatur prædia, domos, agros, in liberorum subsidium: primaque atque itidem secunda vxore demortua, tertiam ducit. Verũ anno 1554. graui morbo corripitur, & sex diebus elapsis horrenda voce exclamat, se damnatum, nullam salutis consequendæ spem reliquam, & quotquot isti voluptariæ Lutheranorum sectæ sese dederant, damnationi obnoxios, atque ita toruo aspectu, & oculis horribiliter flammarum in modum lucentibus, desperabundus extremum spiritum exhalat, omnibus Christianis exemplum ac documentum relinquens, quàm periculosum sit ab Ecclesiæ vnitate ad nouas doctrinas deficere.

Laurentius Surius in Chronicis Anno 1544.

Petrus Brulius concionator Sacramentarius Tornaci per murum fune dimissus, inopinatam Dei persentit vltionem.

CAP. XIII.

GAllus quidam concionator, factione Sacramentarius, nomine Petrus Brulius, Argentorato proficiscitur Tornacum, Neruiorum insigne oppidum: & primum a-

pud Tornacenſes, inde apud Inſulanos Flandriæ vrbem priuatim ſpargit virus Sacramentarium. Vbi Tornacum rediit, ab amicis per murum fune dimittitur, ſed cœleſti eum vltione perſequente, dum humi ſedet, quidam ſubmiſſa voce ex muro ei ſalutem precatur, ſimul ſaxo è muro reſoluto ſedentis crura frangit. Tum miſer ille dolorem cruris & frigus hyemis (erat enim Nouemb. ſecundis es) non ferens, voces dat lamentabiles: ſicque ſeipſum prodit vigilibus, qui mox accurrunt, & hominem in carcerem includunt. Non diu poſt flammis exuritur. Felicius è muro Paulus Apoſtolus olim elapſus, totum mundum Chriſti Euangelio compleuit: Idem conatus nõ defuit Brulio, ſed lõgè diſpar cauſa, non eoſdem habuit ſucceſſus. Hanc hiſtoriam memini me audiuiſſe Louanij ex doctiſſimo viro M. Leone Tornacenſi, Theologo, anno 1564, antequàm Laurent. Surius ſua Chronica euulgaſſet.

Hieronymus Bolſecus medicus Lugdunenſis in vita Ioannis Caluini cap. 22. De variis morborum generibus, & horrenda morte Ioann. Caluini, hæreſiarchæ.

CAP. XIV.

AD extremos, inquit, Caluini annos veniamus, quàm varijs ante obitum morbis afflictus conſumptuſque fuerit. Scribit Beſa, phthyſi, colica, aſthmate ſeu reſpiratione difficultate, calculo, podagra, hæmorroidi-

bus

bus vexatum fuisse, præter sibi familiarem hemicraniam & acres capitis dolores, quibus plerunque torquebatur. En tibi varia & diuersa, quæ simul in ipsum ingruerunt morborum genera, & cum quibus valdè miserè per multos annos, imò verò vsque dum spiritum exhalaret, conflictatus fuit, certum & expressum diuinæ aduersus eum iræ iudicium ac testimonium. Quod si quis multos etiam sanctos homines, dum in hac vita essent, dira multa, & in corpore, & in bonis perpessos, alleget, & de Iob satis cognitum omnibus exemplum proferat; Respondebo, sic Deo visum fuisse, vt tanquam illustre patientiæ exemplum futurus, in bonis hic atque in corpore affligeretur, sed ad fiduciam in nobis stabiliendam cõfirmandamque, nunquam se iustum, sibi ex animo, ac verè fidentem deserturum, omnibus eundem Iob calamitatibus liberatum, omni fœlicitate, & multis rursus magnisque muneribus cumulasse. Quod S. Iacobus cap. 5. epistolæ suæ canonicæ pulchrè in hæc verba explicauit. Sufferentiam, inquiens, Iob audistis, & finem domini vidistis, hoc est, exitum atque finem, quem eius afflictioni Dominus imposuit: Et vidistis, inquit, quoniam misericors est Dominus & miserator. Quibus verbis sententias nobis Dauidis proponere, & in memoriam reuocare Apostolus voluisse videtur, quæ sunt 33. Psalmo, quibus suo exemplo ad Deum laudandum, timendum, eique fidendum, eius

gratia & benignitate erga bonos, ſeueritate erga malos propoſita, inuitat: Oculi Domini, inquiens, ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus liberauit eos: Iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit: Multæ tribulationes iuſtorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus. Et ſequitur: Mors peccatorum peſsima, & qui oderunt iuſtum, delinquent. Sic prioris ad Corinthios epiſtolæ cap. 10. D. Paulus Dei filijs & electis, ſi in hoc mundo in calamitates & miſerias incidere ipſos contingat, certam liberationem fœlicemque exitum promitti: Fidelis, inquiens, Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſsitis ſuſtinere. Sed ad Caluinum noſtrum, & ad grauiſsimos eius, varioſq; morbos, quibus miſerè ad extremum vſque ſpiritum excruciatus fuit, reuertamur: quem præter eos, quos Beza referente, commemorauimus, eo quoque morbi genere afflictum conſtat, quo iuſto Dei iudicio quoſdam manifeſtos & apertos Dei hoſtes, qui diuinum honorem atque gloriam inuaſerant, ſibiq́ue vſurparant, vexatos punitoſq́; legimus, is eſt pedicularis, nam & hi vermes totum eius corpus peruaſerunt, & fœtidiſsimo, ac virulentiſsimo vlcere cir-

ca

ca verenda, vermibus has sic fœdè vlceratas partes miserrimè corrodentibus, percussus est. Sic quondam Honorius secundus VVandalorum rex, postquàm Ecclesiam orthodoxam annos octo persecutus fuerat, pediculari tandem morbo consumptus est: Sic Arnulphus Imperator, Caroli Crassi successor, magnus templorum violator vastatorque, sic Maximianus immanissimus Christianorum hostis. Sic Antiochus Epiphanes homo summè nefarius, impius & magnus veterator, qui templo Hierosolymitano nefariè expilato ad veri Dei contemptum, Iouis in illo simulachrum statuit & erexit: sic crudelis Hærodes, qui innocentes pueros sustulit, sibique Dei honorem & titulum vsurpauit: sic inquam homines nefarij & scelerati à vermibus corrosi, extincti sunt. Sic demùm alij plures hypocrytæ Deique hostes, qui prætextu & colore sanctitatis atque zeli assumpto, veritatem oppugnauerant, iusto Dei iudico & vindicta in hac vita à pediculis grauissimè vexati, & à vermibus miserè corrosi, post longum & diuturnum cruciatum exterminati sunt, morteque extincti, & post hanc in alteram illam longè miserrimam mortem ad æternas illas infernales pœnas in perpetuum cruciandi, sunt præcipitati. In quos illud Psalmistæ verissimè quadrat: Duplici contritione afflixit illum. Quomodo sanè duplici consummatione Caluinus dici potest consumptus. Nam quic-

quid scribit Beza, quātumuis se illis, qui mortem eius impiè traductæ vitæ amplum satis testimonium tulisse censent, opponat, & Caluinum filiorum Dei morte ex hac vita excessisse, contendat, verissimum tamen est, quod grauissimos dolores, & asperrimos cruciatus, quibus Dei in illum seuera grauissimaque manu ingruente excruciabatur, non ferens, dæmonibus inuocatis, iurans, execrans & blasphemans, miser expirauerit. Idcircò neget, quantum volet Beza, negentque alij, satis sic serem habere exploratum est: imò hoc etiam, quod diem atque horam detestatus sit & execrârit, quam vnquam studijs vel scriptionibus impendisset, cùm ex vlceribus totoque corpore grauissimi fœtores emanarunt, ob quorum graueolentiam & sibi ipsi grauis, &, quæ eum circūstabat, familiæ erat. Quam causam fursse etiam hi eius domestici narrarunt, quod visitari se nollet.

Exitus Caluini.

Hieronymus Bolsecus, eodem libro & cap. De incōstantia Caluini in sua doctrina, mirisq; in ea varianda dolis ac technis.

CAP. XV.

CAEterùm Theodorus Beza aliud quid recitat, quod ad magnum etiam magistri sui, amici atque parentis, Caluini Encomium & honorem pertinuisse censet, id silentio præterire non debeo, scilicet, cùm per morbum domi detineretur, & idcircò cōcion es lectionesque necessariò intermitteret, otio-

otiosum tamen minimè desedisse, sed domi etiam suæ labori sedulò incubuisse, & eo quidem tempore postremam suam institutionem latinam simul & gallicam, & auspicatam, & absolutam ab ipso esse. Vbi non erit absonum, si quis Bezam interroget, quænam illa fuerit postrema Institutio ab ipso tum cœpta & absoluta. Non enim est nobis nisi prima illa conspecta, quam diu ante & composuerat, & in lucem emiserat. Quæ si tam erat benè, adeoque absolutè facta scriptaque, nihil vt in ea desideraretur, quod fuerit operæpretium, toties tandem formare & reformare? En tibi autem in aperto mendacio deprehensus tenetur, quo affirmauerat, magistrum suum & parentem Caluinum ita extremè & absolutè doctum fuisse, nunquam vt sententiam aut dogma à se prolatum aut scriptum retractauerit, correxeritque. Cæterùm astum Caluini considera, reprehensus quippè & hæreseos notatus ab ijs, qui in eius institutionibus primæ & secundæ editionis, crassos eius errores falsasque sentẽtias multas offenderant, ipse errores in libris suis admissos, primum corrigebat, actum, suppressis prioribus exemplaribus, & alijs in lucem editis nouis, illos, à quibus erat reprehensus, quive cẽsura interposita, errores eum hæreseosque damnauerant, lacessens, eis se audacter opponebat, mendaces, impostores, calumniatores vocans, & ad illam editionem appellãs, ex qua errores sustulerat. Per quam im-

posturam absoluti alicuius & irreprehensibilis doctoris, qui nihil à se scriptum dictúmve retractasset, qualis videri haberique ab omnibus cupiebat, nomen sibi & opinionem parare conabatur.

Ex historia belli Liuonici, quomodo quidam Lutheranus cum taurum furatus esset, liberatus metu faciendæ exomologeseis, tandem alterum furatus, suspensus sit.

CAP. XVI.

IN ciuitate Torpatensi circiter annum Domini 1555. Lutheranus quidam Ecclesiastes, triginta agricolas ad genua prouolutos habebat, quos confessione facta sacramentali absolutione à peccatis exoluere debebat. Mandat igitur omnes Deo confiteantur, solidum siue nummulum (quem confitentes parocho dare consueuerant) altari imponere iubet, deinde certam absolutionem promittit, pœnitentiam & satisfactionem commentum esse papisticum, hanc neutiquam requiri. Erat autem inter confitentes quidam præ alijs simplici ingenio, qui domino suo iumentum furto abegerat. Hic absolutionem consecutus, domum lætabundus reuertitur, gaudium ex fœlici confessionis successu conceptum, protinus in vxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cùm parochum confessurus accederem, ne iuberet abductum taurum restituere, aut gehennæ incendio me furtum Iuiturum minaretur: iam autem vno recepto solido, omnes

nes mihi noxas ignouit. Non multò post idem alium bouem furatur, & in ipso facinore deprehensus, fatetur neutiquam se illud admissurum fuisse, si non tam facilem se præbuisset parochus in delictis ignoscendis, eaque res plurimos ad grauissima facinora stimulabat, adeò vt summam in domestica familia perfidiam patresfamilias persentiscerent, ac tam exitiales istius Euangelij fructus grauiter abominarentur.

Ex vita S. Bonifacij Archiepiscopi Moguntini, Germanorum Apostoli & martyris, quæ habetur in tomis Laurent. Surij 5. Iulij.

Breuis historia de Aldeberto hæretico, de nequitia eius, & quomodo circa confessionem sacramentalem se gesserit.

CAP. XVII.

ALdebertus in primæua ætate hypocrita fuit, dicens quod sibi angelus Domini in specie hominis de extremis finibus mundi, mirę, & tamen incertę sanctitatis reliquias attulerit, & exinde potuerit omnia, quæcunq; poposcerit, à Deo impetrare. Hac ergò simulatione, sicut Apostolus Paulus prædixit, penetrauit multorum domos, & captiuas duxit post se mulierculas oneratas peccatis, quæ ducebantur varijs desiderijs, & multitudinem rusticorum, dicentium quod ipse esset vir Apostolicæ sanctitatis. Præterea conduxit episcopos indoctos, qui se contra præcepta canonũ absolutè ordinauerunt. Vnde in

tantam ſuperbiam elatus eſt, vt ſe equipararet Apoſtolis CHriſti, & dedignatus in alicuius Apoſtolorum vel martyrum honore Eccleſiã conſecrare, in proprio honore dedicaret oratoria, vel vt verius dicam, ſordidaret. Ad hæc etiam improperans, cur voluiſſent homines viſitare limina ſanctorum Apoſtolorum, fecit eis cruciculas & oratoriola in campis, & ad fontes, vel vbicunque ſibi videbatur, & iuſſit ibi publicas orationes celebrari, intantum vt multitudines populorum, ſpretis cæteris epiſcopis, & dimiſsis antiquis Eccleſijs, in talibus locis conuentus agerent, dicentes: Morita ſancti Aldeberti adiuuabunt nos. Vngulas quoque ſuas & capillos dedit ad honorificandum & portandum cum reliquijs ſancti Petri Apoſtolorum principis. Tantis itaq; flagitijs inuolutus, præſumpſit quoddam, quod maximum ſcelus & blaſphemia contra Dominum eſſe videtur. Venienti. n. populo, & proſtrato ante pedes eius, & cupienti confiteri peccata ſua, dixit: Scio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt occulta veſtra: ideoque non eſt opus confiteri ea. Securi ergò & abſoluti de peccatis veſtris præteritis, reuertimini ad domos veſtras cum pace. Hæc igitur atque his ſimilia, quæ ſanctum Euangelium hypocritas facturos eſſe teſtatur, idem Aldebertus ſuo habitu & inceſſu, moribuſque ſolet operari.

Ex

Ex Epistola nuncupatoria Stanislai Socolouij ad Gregorium XIII. Pontif. Max. in Censuram Orientalis Ecclesiæ de præcipuis nostri sæculi hæresibus Quomodo hæretici nostri temporis carentes capite, ad Patriarcham Constantinopolitanum sua dogmata miserint, ab illoq; in communionem recipi postularint & quomodo istorum doctrina ab illo sit repudiata.

CAP. XVIII.

IVre ac instituto belli sancitum est, Gregori XIII. Pontifex Max. vt qui transfugam in aliena castra transeuntem deprehenderit, illum imperatori suo, aut cuipiam alteri ex ducibus militiæ sistat, atque præsentet. Non dissimile quid hoc tali tempore in spirituali hac nostra militia deprehensum, ad sacrosanctum S. V. tribunal, eodem iure pro officio meo affero. Cùm enim ante hoc biennium, vna cum Serenissimo rege meo principe integerrimo, ac religionis Catholicæ studiosissimo, principio regni illius has oras Sarmatiæ nostræ peragro atque perlustro, Leopolim Metropolim Russiæ, emporium apud nos imprimis nobile, veni. Habet hoc ea vrbs ante alias singulare, vt cùm reliquarum planè omnium religionum ritus & cœremonias ex antiquo admiserit, ab huius tamen sæculi hæresibus peculiari quodam Dei munere penitus sit libera, illisque summo studio ac diligentia mirè obsistat. Incidi tum fortè ibi in quendã Archi-

Archimandritam Græcum, hominem non in-
doctum, nec illiberalem: cum quo vbi multa
de multis, vt fit sæpè, familiariter cótulissem,
deuenimus tandem in sermonem de his hæ-
sibus ac magistris earum, quę hoc nostro infe-
lici sæculo orbem exercent Christianum, &
cùm vtrunque eam temporum nostrorum
lamitatem hominumque temeritatem, abun-
dè vti par fuit, deploraſſemus, intulit ille, ad
Patriarcham item suum istos ex Germania
non ita multò ante scripsisse, illique summa
fidei & confessionis suæ capita obtulisse, ac ut
in communionem eius Ecclesiarum recipe-
rentur, studiosè petijsse: quos tamen ille tan-
tum abest, vt recipiendos duxerit, vt etiam
scripto quodam suo illa ipsa, quę tum illi pro-
posuerant capita, cõfutârit. Agnoui hocidem
planè quondam Pelagianos, temporibus D.
Augustini feciſſe, eodemque modo ab Occi-
dentali Ecclesia ad Orientalem nequidquam
confugisse. Obijcit eam rem his verbis Iuliá-
no Pelagij discipulo D. Augustinus, Non est,
inqt, quod prouoces ad Oriétales Antistites:
quia & ipsi vtique Christiani sunt, & vtriusq;
que partis terrarum fides ista vna est, quia &
fides ista Christiana est: & te certè Occidenta-
lis terra genuerat, Occidentalis regenerauit
Ecclesia. Quid ei quæris inferre, quod in ea
non inueniſti, quando in eius membra veni-
sti? imò quid quæris auferre, quod in ea tu
quoque accepisti? puto tibi eam partem orbis
suf-

sufficere debere, in qua primum Apostolorum dominus voluit gloriosissimo martyrio coronari. Cui Ecclesiæ præsidentem beatum Innocentium, si audire voluisses, iam nunc periculosam iuuentutem tuã pelagianis laqueis excussisses. Quid enim potuit vir ita sanctus Africanis respondere consilijs, nisi quod antiquitus Apostolica sedes & Romana cum cæteris tenet perseueranter Ecclesia? Hæc & alia his similia D. Augustinus. Lætabar iam tum me nouas istorum artes, nouum nocendi studium deprehendisse. Et quoniam eodem ipso tempore homo ille Græcus Bizantium repetebat, petij vt exemplum scripti illius Patriarchæ sui ad nos mitteret. Quod ille libenter & promptè se facturum obtulit, vt & postea amici functus officio fecit. Quod, vbi primum græcè legi, dici non potest, quantam ex eius lectione voluptatem cœpi, statimque operam dedi, vt illud quam diligentissimè in linguam Latinam, pro nostra tenuitate translatum, publicè nostris hominibus legendum proponerem. Idque plurimas, easque iustissimas ob causas. Primùm vt istos homines nihil non contra matrem suam molientes, nullamque partem nocendi relinquentes, proderem, eorumque artes, clandestinaque consilia in lucem proferrem, ac detegerem. Deinde, vt quantum eos ipsos huius suæ nouitatis pudeat atque tædeat, quod cum nulla Apostolica, veterique sede coniuncti sint, quod successionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem nullam demonstrare possint, quod ἄκε-φαλοὶ, hoc est membra sine capite mutila sint, vel ex hoc ipsorum facto demonstrem. Demùm vt quam sit vtriusque Ecclesiæ, Occidentalis inquam, & Orientalis de his rebus, quas illi ex sede sua commouerunt, incredibilis consensus, summa concordia, vt non eadem tantum dicamus omnes, sed ijsdem penè verbis etiam omnibus clarum fiat. Quò amplius conuiciari desinant, hæc Latina esse, ab hoc vel illo Romano Pontifice profecta: cùm hæc eadem ab his, qui Romanis, vniuersisq; Latinis, insito quodam odio infensissimi sunt, nô minore studio atque contentione colantur atq; defendantur. Simulque perspiciant, se non solum à Romano Pontifice, sed ab ipso terrarum orbe, omnibusque Ecclesijs defecisse, ac eoque mentis suæ errorem recognoscât, quod illud se sub his frigidis septentrionalibus videre, profiteri non erubescant, quod vniuersus Occidens & Oriens orbis longè antiquius & benignius ab illo diuino & cœlesti Sole CHristo IESV collustratus, hactenus non viderit. Demùm ne amplius in suis confirmandis, incautaque plebecula decipienda, Orientalis Ecclesiæ authoritate & testimonijs (quod quidem hactenus fecerunt) abutantur: cuius contra se tam insignia referant testimonia. Postremò, vt agnoscant, nusquã sibi in orbe Christiano, nusquam in Ecclesia Catholica locum relictum esse, nusquam cum istis moribus & sen-

sententijs consistere posse. Et quemadmodum ipsi impiè gremium eius matris, quæ eos genuit, lacteque suo aluit, spreuerunt, ab eoque longè aberrarunt, ita illos vicissim tanquam proteruos, parentibusque inobedientes filios, vbique sperni ac repudiari, vt illud Esaiæ in eis abundè completum esse videatur: Væ cui spernis, nónne & ipse sperneris? cùm defatigatus, desieris contemnere, tum ipse cõtemneris. A castris, in quæ confugiunt, arcentur: ab illis quos patronos parabant, accusantur, eorum quos ipsi iudices communis causæ constituerunt, sententijs condemnantur, ita vt vel hoc solum tam clarum & illustre Orientalis Ecclesiæ testimonium, & eos, & alios omnes, si modo secum consentire velint, si veritatem ipsam ex animo quærant, & non ipsa pertinacia, opinioneque ingenij, ac studio nocendi vincantur, ab errore quidem reuocare, ad rectam autem & Catholicam fidem reducere meritò debeat. Nam cùm neque illi, neq; nos, vt quidem isti dicunt, communis causæ, propter priuatum cuiusque in re sua studium, æqui iudices esse possimus, detur sanè rectè hoc ab illis factum esse, quod ad eos iudices prouocarunt, qui neque cum hac, neque cum illa parte coniunguntur. Quod autem eorum iudicijs & sententijs acquiescere nolunt, quos ipsi iudices delegerunt, in hac quidem certè parte, iam non cum alijs, sed secum ipsi pugnant, suumque contumacem, & incurabilem mor-

morbum aperiunt, nec tam se in hac causa iudices, quam assentatores quæsiuisse, abunde docent. His inquam ex causis, hanc ipsam Orientalis Ecclesiæ de eorum cõfessione censuram, quam isti non sine causa suppresserunt, in magna ratione in lucem proferre volui. Ille.

Scribit præterea D. Ioãnes Nasus Centur. 1. Veritatum Euangelicarum, veritate 5. quod cùm Lutherani passim in cõcionibus suis gloriarentur & iactitarent, suam doctrinam congruere cum doctrina Græcorum, Patriarcha Græciæ non diu ante Concilium Tridentinum suos Episcopos vniuersos conuocauerit, atque in hac Synodo sua vniuersas Germaniæ hęreses damnauerit. Et quidem nominatim Lutheranos, Zuinglianos, Anabaptistas, Caluinistas, omnesq́ue illos quotquot Romanam Ecclesiam Antichristianam appellitant. Huiusmodi fraudibus, mendacijs & impostoribus isti præcones, suam fulcire conantur doctrinam, quæ tenebris & caligine mendaciorum circunfusa, exoriente paulò post veritatis luce, seipsam turpissimæ vanitatis coarguit. Mendaces de locis longinquis plerunque mentiri consueuerunt, ne veritas citò liquere possit.

Ex Epistola Aloisij Cucchij Constantinopoli data ad D. Bartholomæum de Rodolphis, Patritium Venetum quæ habetur in calce operis cui titulus: Illustria Ecclesiæ Catholicæ trophæa, quod opus studio clariss. V. D. Eras-

Erasmi Vendij Ducatis Consiliarij Monachij editum & insigni epistola parænetica illustratum est. Quomodo Caluiniani sollicitauerint supremum Bassam Turcicum, pro auxilio, & quomodo ipsimet professi sint, suam religionem Mahumetanæ proximam: Bassa verò Turcicus istud leue hominum genus detestatus sit, suoq; patrocinio indignos iudicauerit.

CAP. XIX.

SIcuti ex præmissa epistola patet, quosdam Germaniæ hæreticos Patriarcham Constãtinopolitanum sollicitasse, vt in fidei & Ecclesiæ eius communionem reciperentur, ita ex subiecta epistola eluceſcit, quomodo Caluiniani in Gallijs in affinitatem Mahumeticæ religionis sese insinuare conati, vtrique autem vtrobique repulsi sint.

Magnifico Domino Bartholomæo de Rodolphis patritio Veneto Aloisius Cucchius S.

Si non redditæ sunt Ambassatoris nostri literæ superiores, vehementer equidem doleo, cum omnibus qui sunt in hac ciuitate excellentiss. & illustriss. Signoriæ Venetæ amantes. Grande enim periculum est, quod supremus Bassa eas vel hic vel in itinere intercipi curauerit: vt profecto omnium qui viuunt, est astutissimus. Si itaque ad manus eius peruenerunt, non dubitetis quod bellum dabit Signoriæ illustriss. propter insulam Cyprum.

Super cuius rei compositione Ambassator noster mãdati sui defectum aliquem cau- tus est, negotium videlicet studiosè traher donec Signoria illustriss. & de princip Christianorum voluntate, & suis etiam ribus proprijs certiorata esset penitus. N verò si proximas Ambassatoris literas B Bassa, artem illam intelliget, nec etiam e stęa fidem habebit, etiamsi centum adfir iuramentis, aut centum adferat noua Signor illustriss. mandata. Talis enim vir est Bassa, q statim intelligat an ex corde & veritate agu homines: an mandata obseruent, & id illi lummodo dicant quod à Dominis suis sunt. Quod si quem fucatè agere, aut aliud quippiam quęrere intellexerit, quàm quòd dominorum causam spectet, eum vti bestiam posteà auersatur, indignum iudicans quem sub aspectum suum amplius admittat. Cuius præclarum hic vidimus exemplum in Ora- re Christianissimi Regis Francorum, Monsei Guilielmo de gran Ry, siue de gran Campo. Qui quamdiu Regis sui negotium fideliter e- git, satis honorifico fuit apud supremum Bas- sam loco, & omnia tum illi cõmunicata sunt, quæ cum oratore Romanorũ Imperatoris de pacis confirmatione tractarentur. Quam et- am confirmationem in gratiam istius Ambas- satoris Galli, qui eam vehementer impedie- bat, aliquamdiu studiosè distulit. Verùm vbi Bassa intellexisset Ambassatorem pacem illam cum

cum Romano Imperatore nõ propter Regem Galliæ, sed multò magis propter eius hostes, subditos rebelles impugnare, suspectus illi esse cœpit, nec posthac in tanta eum habuit familiaritate: imò cùm Ambassator necdum etiam desisteret Hugenottos suos Bassæ commendare, vt illi in pacis capitulationem reciperẽtur, cum indignatione quæsiuit Bassa, qui nam essent isti Hugenotti, quam haberent religionem, & cuius subessent imperio, cum aliquam orbis gentem hoc nomine nemo cognouisset antea. Tunc Ambassator scriptum illi porrexit, quasi non publicè sed priuatim potius Bassam informare cuperet. Sed illud in multorum manus, Bassa ita iubente, & hominis Galli leuitatem ridente, peruenit. In quo scripto nõ negat Ambassator Hugenottos Regis Galliarum subesse imperio, sed rebellare huic propter religionem talem quæ sit Turcicæ proxima, nisi quod in ieiunijs & eleemosynis Hugenotti non ita sint certis obseruationibus astricti, sed liberrimi per omnia, & agere & credere quæ lubeat. Subiunxit aliqua deinde argumenta ad persuadendum Bassæ, quod Hugenotti, si in Turcarum imperatoris tutelam reciperentur, vtilissimi essent futuri suæ maiestatis socij, propter multas causas. Quia non solùm Regem suum vexare possent, ne affinem suum Regem Hispaniarum contra Turcas siue consilio, siue milite iuuaret, sed etiam per aliquod potentes in Alemania principes,

Caluiniana religio Turcicæ proxima

Nota ingeniū hæreticorum.

qui Hugenottorum rebus manifestè faueret & auxiliarétur, ipsum Romanorũ Imperatori impedire, in omnibus suis consilijs, quæ contra Turcas susciperet. Imò si Hugenotti tumultus istos per Gallias non excitassent, actum fuisse cum Turcis de toto maris mediterranei Imperio. Quoniam regina mater cogitauerat iam Regi Hispaniarum traderet nia loca munita, omnes portus, & ciuit Maritimas in Gallia, & ipsa vicissim filio suo in recompẽsam accipere Flandriam. facta permutatione Hispani mari dominar tur, Turcasque omnes eijcerent: Reges cum Papæ, Imperatoris Rom. & princip Catholicorum auxilijs post deletos Hugen tos & illorum confœderatos Lutheranos, ma conuersuros in Turcas omninò, non stante etiam pacificatione ista noua, quam man. Imperator saltem in Hugenottorum Lutheranorum inuidiam iniret, vt eos hac tione à Turcica societate excluderet. Sed Turcarum Imperatori vtile futurum si Hug notti eius amici & confœderati haberentur, quod propter illos pacem istam, quæ iam confirmanda, quandocunque vellet, turbare honestè posset: sed & ipsi Hugenotti paratissimi essent futuri turbas & seditiones in Alemannia procurandi, quando id Turcis commodum videretur. Hæc & multa alia Ambassatoris puncta Bassa planè ridet & contemnit, ipse autem Ambassatori responsum dedit per interpre-

terpretem, videre se quod bonus Rex Galliæ non legatum, sed proditorem ad aulam Turcarum Imper. miserit, Hugenottos autem longè inferiores esse quàm vt sese demittat ad illorum amicitiam supremus orbis princeps, nec fidem haberi debere istis socijs, qui proprium etiam Regem proderent & impugnarent: Turcas solitos esse cum Imperatoribus, Regibus, & magnis principibus agere, non cum perfidis seruis, & rebellibus subditis: detestari Turcicam fortitudinem ista proditoria consilia. Quod si verò vtile videatur Turcarum Imperatori Hugenottos sibi subijcere, non defutura illi arma, si clara esse possit de victis proditoribus & rebellibus seruis victoria. Hæc palam iam dicuntur, & circumferuntur per totam Constantinopolim cum magna superbia Turcarum, & contemptu Gallicæ leuitatis. Hæc ille. Vides in hac historia, Christiane Lector, improbitatem hæreticorum, qui in perniciem auitæ orthodoxæ & Catholicæ religionis, non verentur Turcicam sollicitare barbariem, ac profiteri suam religionem Turcicæ perfidiæ esse affinem. Eiusdem impietatis olim fuisse Arrianos, scribit D. Athanasius, dum ait illos paganorum opificum præsidia aduersus Christum comparasse, compulsosque Christianos cum assumptione palmarum (quod idololatriæ apud Alexandriam insigne erat) ad Ecclesiam pergere. Sic patet

Cesura Turcæ Bassæ de Hugenottis.

Athanas. in vita D. Antonij.

hæreticos ſemper malitia ſimiles, etiam ſacrilegio pares.

Ex vita S. Basilij Magni authore Amphilochio quæ habetur in tomis Laur. Surij Calend. Ianuarij. Quomodo Arriani obtenta ab Imper. Valente Ecclesia Catholicorum interuentu Basilij Magni, diuinitus Ecclesia repulsi sint, foribus Ecclesiæ porrectis Catholicorum miraculosè patentibus, & demq; ad preces Arrianorum clausis.

CAP. XX.

POsteaquàm à nobis diſceſſerat Deo infuſus Valens Imperator, petentem illum præclaram Conſtantinopolim, iteréq; facientem per Nicœam, adierunt Arrianę hæreſis hexarchi ſiue duces, & principes, peteruntque copiam orthodoxum Dei populum eijciendi ex Eccleſia doctrinæ Catholicæ & Apoſtolicæ, eamque tradendi Arrianis. Itaque tyrannus ille, indignus purpura, quod abominandæ hæreſis patronus eſſet, illorum precibus aſſenſit, miſſaque militari manu, expulit fidelem populum, & dedit Eccleſiam Arrianis. Multum igitur anxij pij omnes, noctuque diuque Deum deprecabantur, ne ſineret Eccleſiam ſuam cedere in ius hæreticorum. Acceſsit autem ad eam vrbem, puta Nicœam, communis Eccleſiarum defenſor & aduocatus Baſilius, veneruntque ad eum Catholici omnes, clamantes & annunciantes ei illatam ipſis ab Imperatore iniuriam. Quibus ille audi-

Cel-

Cessate à lachrymis filij charissimi: neque enim ad extremum permittet Deus, vt ita fiat, estote igitur longanimes, & Dei misericordiam sustinete. Abiens autem Constantinopolim vir sanctus, vt vidit Imperatorem Valentem, ait ad illum: Scriptū est ô Imperator: honor regis iudicium diligit, & Sapientia dicit: Iudicium regis, institia. Quare igitur tuum imperium voluit eijcere orthodoxos ex illorum Ecclesia, & constituere in ea cacodoxos, homines deprauatæ sententiæ? Cui Valens: Iterum, inquit, ad contumelias reuerteris Basili? isthuc minimè te decet. At Basilius: Me verò, inquit, pro iustitia decet etiam mortem oppetere. Cumque inter se verba conferrent, ecce Demosthenes, epularum Imperatoris familiaris præfectus, hæreticis dum vult patrocinari, blasphemias vomens, committit Barbarismum. Et Basilius: Eliam Demosthenem, inquit, vidimus sine literis. Sed cùm ille adhuc instaret: Tuum est, ait, Basilius de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina coquere. Et ille pudefactus, ilicò obmutuit. Ait autem Basilio Imperator. Abi, & iudicis inter eos fungere officio: non ita tamen, vt immodico populi tui amore ducaris. Neque enim id par est. Et Basilius: Si iure inquit poteris meum culpare iudicium, & me iubeto ire in exilium, & orthodoxos eijce, & Ecclesiam da victoribus. Acceptis ergò à Valente literis, profectus est Nicœam, accitisque Arrianis, dixit:

Imperator vult, vt negocij, quod vobis est cu orthodoxis ratione Ecclesiæ, quam rapuistis, ego iudex sim. Tum illi: Iudica, inquiunt, sed ex sententia Imperatoris. Quibus Basilius Claudatur, ait, Ecclesia, & tam vos, quàm Catholici obsignate eam: primiq́ue vos tres dies atque noctes expendite in precibus, & deinde si vobis ad Ecclesiam euntibus illa patuerit, ea perpetuò vestri iuris. Sin minus, nos vnam vigilabimus noctem, & psallentes cum Litania ibimus ad Ecclesiam: & si nobis aperta fuerit, nos in æternum eam obtinebimus. Quod si reserata nobis non erit, sit vestra, vosq́ue eam occupate. Placuit is sermo Arrianis: At orthodoxi contradicebant, affimantes eum nonnequam ferre sententiam, sed extortam mentem Imperatoris. At verò multo studio clausa est Ecclesia, vtriusque partis hominibus postulantibus, vt accuratissimè & cautissimè obseraretur. Orantibus igitur ex decreto Basilij Arrianis tres noctes atque dies, ac deinde venientibus ad sanctam Dei Ecclesiam, & hæretibus ibi ab hora matutina vsque ad sextam, clamantibusq́ue Kyrie eleyson, non sunt reclusæ fores, at tandem delassati, inanes discesserunt. Ad quos sanctus Basilius: Fecistis, inquit, vt eratis iussi: sed vt audio non sunt vobis apertæ fores. Iam igitur etiam nos nocte vna agemus vigilias, & cum Litania ibimus ad Ecclesiam: quæ si nobis quoque reserata non fuerit, vos eam ex mea sententia vobis vsurpa-

te,

te. Tollens ergo vir sanctus orthodoxum populum cum mulieribus & pueris exijt extra oppidum ad sancti martyris Diomedis ædem: factisque ibi vigilijs & matutinis precibus, produxit populum, cantans: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis: ingredienſque in vestibulum templi, vti etiam prius fecerant Arriani, dicit populo: Erigite sublimes manus in cœlum ad Dominum, & prolixè clamate Kyrie eleyson. Quod cùm faceret plebs, sanctus Episcopus illos consignans, iussit silentium fieri, terque signans fores templi, dixit: Benedictus DEVS Christianorum in sæcula sæculorum, Amen: populo autem pariter dicente, Amen, vi orationis contriti sunt vectes, deciderunt claues cum pessulis, ostia tanquam valido concussa vento patuerunt, & cum impetu quodam ferebantur ad parietes. Tum insignis ille Dei contemplator ita præcinuit. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Ingressusque in sanctum Dei templum cum omni orthodoxo populo diuinum fecit ministerium, ac deinde dimisit populum cum gaudio & pace glorificantem Deum, qui non despicit in se confidentes.

Innumerabiles autem Arriani eo comperto miraculo, renunciarunt prauæ opinioni, nostramq; sunt complexi Catholicam fidem. Imperator verò vt rem gestam cognouit, re-

spuit quidem Arrianorum praue sentientium voluntatem: neque enim poterat Dei & domini patris nostri Basilij iudicium reprehendere: attamen cordis oculis obtenebratis, star multorum permansit obstinatus & inexibilis, neque se ad Dominum voluit convertere, atq; tandem infœliciter pugnans, in bello reddidit spiritum, palearum flammis concrematus in Traciæ partibus, inde missus pœnas ignis æterni.

Gregorius Turonensis libr. 1. de gloria martyrum cap. 80. De quodam hæreticorum presbytero, qui in conuiuio consignatum ciborum præuertere volens Catholicum presbyterum, illiq; illudere, vltione diuina percussus, interiit.

CAP. XXI.

SEmper Catholicorum inimica est hæresis, & vbicunque potuerit tendere insidias, non obmittit, sicut illud est, quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quædam erat Catholica, habens virum hæreticum, ad quam cùm veniisset presbyter nostræ religionis valdè Catholicus, ait mulier ad virum suum. Rogo charitatem tuam, vt pro aduentu huius sacerdotis, qui me visitare dignatus est, lætitia habeatur in domo nostra, ac præparatum dignis impendijs prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro eius, sic se vt illa flagitabat facturum, aduenit & alius hæreticorum presbyter, dixitque vir mulie-

lieri, duplicata est hodie lætitia, eo quod sint sacerdotes vtriusque religionis in domo nostra. Discumbentibus autem ad conuiuium, vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens, positaque ad læuam eius sellula in qua coniux eius resideret. Dixit vir ad presbyterum hæreticum, si consenseris dictionibus meis, exerceamus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero, vt scilicet adposito ferculo, tu celerius signare festines. Cumque ille manum non poluerit, illo tristante nos cum lætitia commedemus cibum. Cui ille, faciam, inquit, quod præcipis. Denique veniente disco cum oleribus, signauit hæreticus, posuitque primus manum suam. Quid cernens mulier, ait, Ne feceris, quia ingratè fero iniuriam sacerdotis. Et exhibito alio cibo sumpsit Catholicus. In secundo verò & tertio ferculo similiter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito cuius in medium sartago aduenerat, in qua compositus erat cibus ille, qui ex collisis ouis parumper mixta farina, dactylorum partibus oliuarumque rotunditatibus adsolet exornari. Festinans hæreticus, priusquàm ferculum illud vel mensam tangeret, eleuata in obuiam manu, signat, statimque positum cochlearium, sumit, non intelligens an caleret, feruentemque cibum velociter inglutiuit. Protinus accenso pectore, æstuare cœpit, emissoq; cum suspirio, immenso ventris strepitu, nequam spiri-

Hæreticis olim Catholicos Romãos vomitabant.

ſpiritum exhalauit: ablatuſque de conuiu
locatus in tumulo, terrenæ molis congeri
opertus. Tunc exultans presbyter noſtræ
gionis, ait, verè vltus eſt Deus ſeruos ſu
conuerſus ad virum cuius erat conuiuium
xit: Perijt huius memoria cum ſonitu, &
minus in æternum permanet. Tu verò adp
quod comedam. Tunc homo ille perter
expleto conuiuio, prouolutus eſt ad pe
presbyteri, conuerſuſque ad fidem Cath
cam, credidit cum domo ſua, qui in hac pe
dia tenebatur, & multiplicata eſt lætitia,
prius mulier flagitauerat.

*Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria martyr
cap. 81. De Catholica religione per mirac
lum confirmata contra presbyterii Arriani*

CAP. XXII.

ARrianorum presbyter cum diaconor
ſtræ religionis, altercationem habebat
proferens contra Dei filium ac ſpir
tum ſanctum, vt mos eſt genti, venenoſas
ſertiones. At ille cùm diu multumque no
nulla de fidei noſtræ ratione diſſeruiſſet, & hæ
reticus perfidiæ obcœcatus caligine, quæ
rant vera reſpuerat, iuxta illud quia in mal
uolam animam nō introibit ſapientia, adiecit
dicens. Quid longis ſermocinationum inten
tionibus fatigamur? factis rei veritas adprobe
tur, ſuccēdatur igni æneus, & in feruenti aqua
annulus cuiuſdā ,pijciatur. Qui verò eū ex fer
uēti aqua ſuſtulerit, ille iuſtitiā cōſequi cō
batur,

batur, quo facto, pars diuersa ad cognitionem huius iustitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu hæretice, si hæc pars nostra Spiritu sancto adiuuante compleuerit, nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile fatearis. Cõsentit hæreticus huic diffinitioni, & inito vsque mane placito, discesserunt. Sed fidei feruor per quem hæc primum diaconus protulerat, cœpit inimico insidiante tepescere. Diluculo autem surgens, brachium infundit oleo, vnguento conspergit. Sed tamen loca sancta circuit, & Dominum deprecatur. Quid plura? circa horam tertiam in foro conueniunt, concurrit populus ad spectaculum. Accenditur ignis, æneus superponitur, feruet valde, annulus in vnda feruenti proijcitur. Inuitat primũ diaconus hæreticum, vt ipse eum à calore auferat. Sed statim recusauit dicens, Qui hanc sententiam protulisti, debes auferre. Diaconus verò licèt trepidus, tamen denudat brachium. Cumque ipsum vidisset vnguentis hæreticus presbyter delibutum, exclamauit dicens, Magicis artibus te elitandum putasti, vt hæc vnguenta diffunderes, nec valebũt ea quæ agis. His itaque litigantibus, superuenit diaconus ab vrbe Rauenna, Iacinctus nomine, sciscitanséque quæ esset hæc altercatio, vt veritatem cognouit, nec moratus, extracto à vestimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Annulus enim qui iniectus fuerat, erat valde leuis ac paruulus, nec minus ferebatur ab vnda,

da, quàm vento posſit ferri vel palea. Qui diu multumque quæſitum, infra vnius ſpacium reperit. Accendebatur interea vehementer focus ille ſub dolio, quò validius uens non facile adſequi annulus à manu rentis poſsit. Extractumque tandem, nihil aconus ſenſit in carne ſua, ſed potius procul tur, in imo quidem frigidum eſſe æneum, ſummitate verò calorem reporis modici tinentem. Quod cernens hæreticus, valde fuſus, iniecit audax manum in æneo di Præſtabit mihi hęc fides mea. Iniecta manu tinus vſque ad ipſa oſsium intermedia, om caro liquefacta, defluxit: & ſic altercato nem fecit.

Paulus Diaconus lib. 6 cap. 2. de geſtis Longobardorum. De hæreſi Monotheliturum, quæ cùm in ſexta Synodo Conſtantinopolitana damnata eſſet araneārum tela in medio populi miraculosè ceciderunt et curiosi in hæreſes incidant.

CAP. XXIII.

TEmporibus Conſtantini Magni hæreſis apud Cōſtantinopolim orta eſt, eorum qui vnam duntaxat in Domino noſtro IESV CHriſto voluntatem & operationem aſſeuerabant. Hanc autem hæreſim excitaverunt Gregorius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Macarius, Pyrrhus, Paulus & Petrus. Quam ob cauſam Conſtantinus Auguſtus centum quinquaginta epiſcopos cōgregari fecit.

Inter

Inter quos fuerunt etiam legati sanctæ Rom. Ecclesiæ, missi ab Agathone Papa: Ioannes diaconus, & Ioannes Episcopus Tulensis, qui omnes eandem hæresim damnarunt. Ea hora tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, vt omnes mirarentur, ac per eas significatum est, quod sordes hæreticæ prauitatis depulsæ essent. Et Georgius quidem Patriarcha correctus est, cæteri verò in sua dissensione perdurantes, anathematizati, sunt diuina vltione percussi. Eo tempore Damianus Ticinensis Ecclesiæ Episcopus, sub nomine mansueti Mediolanen. Archiepiscopi hac de causa vtilem rectéque fidei epistolam composuit, & in præfata Synodo non mediocre suffragium tulit. Recta autem & vera fide hæc est, vt in Domino nostro IESV CHristo sicut duæ sunt naturæ, hoc est Dei & hominis, sic etiam duæ credantur esse voluntates siue operationes. Hæc ibi Paulus Diacon. Aptissimè verò diuina sapientia hæresis telis aranearum comparauit. Culices enim dūtaxat & inualidæ muscę illis illaqueantur. Sphiges & valentiores muscæ & apes transuolant & perrumpunt eiusmodi retia. Vanè autem & inconsideratè plerique hoc ipso scandalizantur, quod tantum hæreses valeant, inquit Tertullianus. Sed apud eos solummodo multum valent hereses, qui in fide non valent. In pugna pugilum & gladiatorum plerunq; non quia fortis est, vincit quis, aut quia non potest vinci: sed quoniam

Tert. de præscript. hæret.

am ille qui victus est, nullis viribus fuit: ab
ille victor benè valenti postea comparatus,
tiam superatus recedit. Non aliter hæreti
quorundam infirmitatibus habent, quod
lent, nihil valentes, si in bene valentem fi
incurrant. Solent quidem isti miriones e
de quibusdam personis ab hæresi captis, a
cari in ruinam. Quare illa vel ille fideliss
prudentissimi & vsitatissimi in Ecclesia
lam partem transierunt? Quis hoc dicens
ipse sibi respondit, neque fideles, neque p
dentes, neque vsitatos estimandos, quos
reses potuerunt demutare? Quid ergò si E
copus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doct
etiam martyr lapsus, à regula fuerit, ideò
reses veritatem videbuntur obtinere? Ex p
sonis probamus fidem, an ex fide perso
Nemo sapiens est, nisi fidelis, nemo maior
mo Christianus. Nemo autem Christianus,
nisi qui ad finem vsque perseuerauerit. Tu
homo, extrinsecus vnumquemque nosti, p
quod vides, vides autem quousque oculi ha
bes. Sed oculi, inquit, domini alti. Homi
faciem, Deus in præcordia contemplatur. E
ideò cognoscit dominus qui sunt eius, & pla
tam quam non plantauit, eradicat, & de p
mis nouissimos ostendit, & ventilabrum in
manu portat ad purgandam aream suam. Au
lent quantum volunt paleæ leuis fidei, qu
cunque adflatu tentationum, eò purior mass
frumenti in horrea domini reponetur. Non

nè ab ipso domino quidam discentium scandalizati diuerterunt? nec tamen propterea, cæteri quoque discedendum à vestigijs eius putauerunt: sed qui scierunt illum vitæ esse verbum, & à Deo venisse, perseuerauerunt in comitatu eius vsque ad finem, cum illis si vellent & ipsi discedere placidè obtulisset. Minus est si & Apostolum eius aliqui Phygelus, & Hermogenes, & Philetus, & Hymenæus reliquerunt: ipse traditor Christi, de Apostolis fuit. Miramur de Ecclesijs eius, si à quibusdam deseruntur, cùm ea nos ostendunt Christianos quæ patimur, ad exemplum ipsius CHristi. Ex nobis, inquit, prodierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Quin potius memores sumus tam dominicarum pronunciationum, quàm Apostolicarum literarum, quæ nobis & futuras hæreses prænunciarunt, & fugiendas præfinierunt: vt sicut esse illas non expauescimus, ita & posse id propter quod fugiendę sunt nō miremur. Instruit dominus multos esse venturos sub pellibus ouium, rapaces lupos: quæ nam istæ sunt pelles ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficies? qui lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrinsecus delitescentes? qui Pseudoprophetæ sunt, nisi falsi prædicatores? qui Pseudoapostoli, nisi adulteri euāgelizatores? qui Antichristi interim & semper, nisi Christi rebelles? Hoc erunt hæreses

non minus doctrinarum peruersitate Eccl
am laceſcentes, quàm tunc Antichriſtus per
cutionum atrocitate perſequetur, niſi qu
perſecutio & martyres facit. Hæreſes Apo
tas tantum, & ideò hæreſes quoque opor
eſſe, vt probabiles quique manifeſtare
tam qui in perſequutionibus ſteterint,
qui ad hęreſes non exorbitauerint. Neq
eos probatos intelligi iubet, qui in hæres
dem demutant, Hactenus Tertullianus. Ap
ſimè igitur diuina ſapientia per decidentes
ranearum telas, ſubdolas hæreticorum tra
& peruerſas machinationes indicare vol
quas & iam olim per regium prophetam
queos appellauit, quos ille Deum pluiſſe
ſuper peccatores prędixit in Pſalmo 10. Plue
inquit, ſuper peccatores laqueos. In quem
cum D. Auguſtinus, ſic, ait, ordinantur ill
mino Deo Pſeudoprophetæ, vt de his laqueos
ſuper peccatores pluat. Nõ enim quiſquam
eos ſectãdos incidit, niſi peccator: ſiue ad pr
parationem extremi ſupplicij, ſi perſeuerare
in peccando maluerit, ſiue ad diſſuadendam
ſuperbiam, ſi aliquando Deum cura ſyncero
re quęſierit. Nec prophetę tantum, ſed omnes,
verbo Dei animas irrigantes, nubes dici poſ
ſunt. Qui cùm malè intelliguntur, pluit Deus
ſuper peccatores laqueos: Cùm autem bene
intelliguntur, fœcundat pectora piorum ac
que fidelium. Sicut exempli gratia, quod ſcri
ptum eſt, Et erunt duo in carne vna: ſi ad libi
dĩ-

Hæreſeos laquei.

Laqueos hæreſum pluit Deus ſuper peccatores.

Qui in hæreſes facilius incidant.

dinem quisque interpretetur, laqueum pluit super peccatores: Sin autem intelligas sicut ille qui ait, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia, imbrem pluit super fertilem terram. Eadem autem nube, id est, diuina scriptura, vtrunque factum est. Item Dominus dicit, Non quod intrat in os vestrum vos coinquinat, sed quod exit ab ore. Audit hoc peccator, & gulam parat voracitati. Audit hoc & iustus, & à ciborum discernendorum superstitione munitur. Et hinc igitur eadem scripturarum nube pro suo cuiusque merito peccatori pluuia laqueorum, & iusto pluuia vbertatis infusa est. Vnde & Apostolus ait: Quibusdam sumus odor vitæ in vitam, quibusdam odor mortis in mortem. 2. Cor. 2.

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium, in Anastasio Arriano quodam Episcopo, contra ritum Ecclesiæ quendam baptizante, aqua baptismi diuinitus euanescit. Idem in Iudæo fraudulento accidit.

CAP. XXIV.

ANno 20. Anastasij Deuterius Episcopus Arrianorum, quendam nomine Barbarum baptizans, ausus est contra institutum Domini sic dicere: Baptizatur Barbarus in nomen Patris per filium in Spiritu sancto, ad quæ verba statim exiccatum est baptismi lauacrum, & Barbarus territus fugit, miraculumque omnibus exposuit. Simile ferè refert Nicephorus Callistus de Iudæo quodam, qui cum Niceph. li. 14 cap. 17. hist. Eccles. ast.

cum lueri gratia identidem baptismum ra-
raret, tandem ad Paulum Nouatianorum e-
scopum venit, baptizari ab illo desidera-
Cumque verbo fidei institutus esset, solu-
que ieiunium compleuisset, & ad baptis-
progrederetur, ecce ineffabili quadam
næ prouidentiæ vnda repentè disparuit.
verò alia aqua, (episcopo & reliquis alio-
bus rem eam nescientibus, sed aquam per
iectum meatum fortè effluxisse putant
infusa est, diligenterque prouisum, ne
cro profluueret, rursum aqua euanuit. Ad
rei famam multi accurrunt, quorum
dæum agnouit, quod scilicet antea ab Epi-
po Attico baptismum suscepisset. Non
hoc recèsui, verùm vt scire possemus,
diuinam, quādoq; etiam apud indigno
hibere. Hæc Nicephorus.

Nicephor. Callistus libr. 14. cap. 45. Eccles. historiæ, & Constantinus Manasses. annalibus. Exorta apud Constantinopol. temporibus Theodosij quæstione, de resurrectione mortuorum, Deus mutuæ mutatem insinuauit, resuscitatis è somno septem dormientibus, qui 372. annos dormierant.

CAP. XXV.

Disputatio de resurrectione mortuorū Cōstātinopoli orta.

TEmporibus Theodosij Imper. disputatio ingens in vrbe imperante de mortuorum resurrectione extitit, & populo maxima incessit concertatio. Quidam enim

vna cum Saducæis, resurrectionem prorsus nõ esse opinati sunt: quidam autem egrè quidem, sed crediderunt tamen, defunctos excitatum iri, apertis & irrefragabilibus sacrarum scripturarum testimonijs adducti, alio prorsus, & immutato corpore. Vt primum enim corpus illud, quod varijs modis solutum abolitumque sit, resuscitetur, fieri non posse: sed præter id aliud, nulla præcedente materia diuina, (quæ omnia perficit) voluntate denuò restitutum, vna cum anima resurrecturum esse existimarunt. Huic tantæ ætatis eius hominum ignorantiæ, & de proposita quæstione ambiguitati, qui priusquàm existant, omnia nouit Deus, perinde atq; medicus optimus, idonea præparauit remedia, vt tempore suo curam adhibens, animarum sanaret inbecillitatem. Itaque ante annos trecẽtos septuagintaduos, rem fecit, quæ nulla ex parte miraculis antiquitus ab eo supra naturæ captum editis cedat: quam hoc loco commemorare aggrediar. Ephesi in Ionia septẽ pueri, corporibus iuxta & animis fratres fuere, à parentibus per manus eius traditæ religionis nostræ cultores. Tanto verò illi erga CHristum flagrarunt amore, vt persecutionem eam, quam Decius Romanus eo tempore Imperator grauissimam perquam crudeliter exercuit, paruifacerent. Et quum propalam CHristum confessi essent, postea non longè ab vrbe ea secesserunt: & in vicino quodam antro, propter imminens periculum, seipsos

Historia septem fratrũ apud Ephesũ dormientiũ.

Ea mortuorũ resurrectio certissimè indicatur.

Simile quiddam Paulus Diaconus de septẽ dormientibus in Germania refert de gestis Longobar. lib. 1. cap. 3.

occultarunt. Eius antri aditum & fores, per-
quutores à parte exteriore probè circum-
latas muniuêre. Illi verò præanxio animi
rore in somnum sibi profundum delabi
sunt, atque ita ad annos trecentos septuagi
duos dormierunt. Perinde enim atque ar
prouidentia diuina & Spiritu sancto ob
brati, & veluti sensu orbati, suaui & m
somno, eo quo diximus tempore, ita sunt
tenti, vt neque corpora neque vestimenta
rum diffluxerint. Vbi autem tempore suo
præsenti Theodosij imperio speluncæ
recluſæ sunt, è somno illo euigilarunt, vnu
que ex eis in vrbem rerum necessariarum co
parandarum gratia miserunt. Quum autem
ciuibus Decij numisma proferret, noua an
insolita monetæ forma adducti, in thesaur
eum illi incidisse opinati sunt, iuuenem
ad vrbis rectorem duxerunt, neque leuia
aurum inuentum indicaret, adhibuerunt
menta. Et postquàm flagris abundè concis
vix apud seipsum esset, exclamans: Quis
dem, inquit, imperium nunc obtinet? mihi
cite. Atque illi suauiter & facetè subri
tes: Num tu, responderunt, Theodosium
fœliciter imperium administrare ignorasti
iuuenis: Bona verba quæso, ait, an non Dec
sed Theodosius Romanum obtinet imperi
qui me & sex alios mecũ multo tempore
ritos per præfectum vrbi speluncam hanc
occultaremur, subire coëgit, vnde me illi
me

me perciti, ad panes emendos prę̃misêre? His illi verbis auditis conſeruati, celeriter omnes ad antrum illud occurrerunt, adituq́ue magis dilatato, lapidibuſq́ue hinc & illinc diſiectis, in tabulam inciderunt, in qua Decij nomen, ipſorum in CHriſti religione profitenda libertas, fuga ſimul & occultatio, necnon ſepulturæ tempus percõmodè expreſſum erat. Proinde cum reuerentia debita eos inde duxerũt, & de re omni celeriter Imperatorem certiorem fecerunt. Cæterùm Imperator fideliſsimus, vbi eam rem cognouit, quod ſemper quæ grata Deo & accepta eſſent faceret, pietate ſua indignum duxit, vel illos ad ſe transferri curare, vel alios ad eos videndos mittere, ipſum autem domi manere: alterum enim arrogantiæ, alterum autem ſocordiæ omninò eſſe iudicauit. Et rebus omnibus, præ eo vt ad illos veniret, contemptis, quàm potuit celerrimè Epheſum contendit, atque ibi illorum conſpectu ſe oblectauit, & cum eis colloquutus, & ad ſatietatem conſuetudine eorum vſus eſt: tum autem in communi etiam menſa cum eis, ita vt par erat, cibum cœpit, ſeptemq́ue totos dies cum eis fuit, omne eis curæ & officij genus præſtans. Vbi verò etiam longiore rurſus ſomno & obitu ſancto in Chriſto obdormierunt, debito eos proſequutus honore, & præclaro ea de cauſa triumpho acto, magnificeq́ue rurſum eis in antro repoſitis, Conſtantinopolim eſt reuerſus. Ea re quæſtio de dogmate ſopita

Impe. Theodoſius ad eos videndos Epheſum proficiſcitur.

Quæstio Constãtinopoli de resurrectione mortuorũ per miraculum istud decisa.

est. Satis enim constabat, illum qui vt puerili tot annos, veluti noctem vnam nullo corporum detrimento quiescentes superarint, excerit, eosque vna cum animabus excitaturum dem quoque potestatis suę abundantia, omnes homines cum suis, non alienis corporibus in momẽto vno, veluti ex somno, temporaliter excitaturum esse.

Hanc historiã septem dormientium prolixe exactissimè descriptam videre est apud Symeonem Metaphrasten, citatum à Laurio Surio in vitis sanctorum 27. Iulij, & apud Gregorium Turonensem libr. 1. de gloria martyrum cap. 95. Ioannes Moschus Enaratus cap. 26. Prati Spiritualis, admirandis visio Theophanis de pœnis ac damnatione illorum, qui se segregant à Catholica & Apostolica Ecclesia ad quascunq; hæreses.

CAP. XXVI.

SEnex quidam sedebat in Laura Calamonis iuxta Iordanem fluuium, Cyriacus nomine, magni apud Deum meriti. Ad hunc profectus est frater peregrinus ex regione Dor, Theophanes nomine, vt interrogaret senem de cogitationibus fornicationis. Quem senex hortari cœpit, atque vrgere verbis de puritate & castitate. Frater itaque magnificè edoctus ait seni: verè mi pater, ego nisi in regione mea Nestorianis communicarem, tecum permansissem. Cùm verò audisset senex Nestorij nomen, afflictus de perditione fratris, corri-

corripiebat eum, & orabat, vt recederet ab hac pessima, & pernicioſa hæreſi, accederetque ad ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, dicens, non eſſe aliam ſalutis ſpem, niſi rectè ſentiamus, & credamus (vt reuera eſt) ſanctam Mariam Dei genitricem eſſe. Dixit autem frater ille ſeni: Profectò, domine pater, omnes hæreſes ſic dicunt: Niſi nobiſcum communices, ſaluus eſſe non poteris. Quid ergò faciam, infœlix, neſcio. Deprecare igitur Dominum, vt reipſa me certum faciat, quænam ſit vera fides. Senex autem cum gaudio fratris verba ſuſcepit, dixitq; illi: Sede in ſpelunca mecum, & omninò ſpem in Deo habeto, quia reuelabit tibi ipſius benignitas, quę ſit vera fides. Dimiſſo fratre in ſpelunca ſua, egreſſus eſt ſenior prope mare mortuum, orans Deum pro fratre. Circa autem horam nonam diei ſequentis, aſpexit frater quendam aſtantem ſibi aſpectu terribilem, ac dicentem: veni & vide veritatem. Aſſumenſque eum, duxit in locum tenebroſum, ac fœtidum, ignes euaporantem. Atque in ipſis ignibus vidit Neſtorium, Eutychen, Apollinarem, Dioſcorum, Seuerum, Arrium, & alios quoſdam. Dixitque illi is, qui apparuerat. Locus iſte paratus eſt hæreticis, & blaſphemantibus, & his qui illorum dogmata ſequuntur. Si ergo placet tibi locus, perſiſte in tuo dogmate. Si autem ſupplicium iſtud experiri nõ vis, accede ad ſanctam Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam, quam

Nota de hæreticis.

te ſenex docet. Dico enim tibi, quia ſi omn
virtutes homo operetur, nec rectè credat
hoc loco cruciabitur. Atque in hoc verbo
nit frater in ſemetipſum, & redeunti ſenio
rauit omnia, quæ viderat, acceſsitque ad c
munionem ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ. Re
ſit autem cum ſene, impletiſque quatuor
illo annis, dormiuit in pace.

Simile exemplum de pœnis ac damnatione
reticorum noſtri temporis.

CAP. XXVII.

COnuenit cum præcedenti hiſtoria ſi
ptum quoddam, quod mihi vir qui
ætate, doctrina & pietate venera
communicauit, totamque rei ſeriem à pe
nis fide dignis in ipſo loco vbi contigit, o
nouit. Anno 1529. Delphis (q̃ celebris eſt
landiæ ciuitas) in monaſterio S. Annæ, ſtri
ctimonialis quędam vocata Anna Georgi
ta filia cuiuſdam viri nobilis alterius p
uincię, inuita penè in idem monaſterium
truſa, quæ cùm annum ætatis ageret 24. in gr
uem incidit infirmitatem circa horam 7. v
ſpertinam, ex qua exanimis facta eſt man
ca horam tertiam, iacuitque omnium vita
um ſenſuum expers ad quartam horæ partem.
Tandemque ſibi reſtituta, grauiter ingemu
oculoſque in Prioriſſam conijciens, ait: Dom
riſsima mater vbi nũc fui? Equidem vidi Scri
bas & Phariſæos ardentes in baratro gehennę.
Mater verò placidis ſermonibus eam recre

mere conabatur, existimans illam mentis impotentiam incurrisse. Respondit illa, se nulla mentis inopia laborare, sed plenissimè sibi cõstare: vidique, inquit, Lutheranos ardentes in abysso inferni. Cumque obiurgaretur à quadam sorore astãte, prohiberetúrque talia proloqui, illa mox luculentiori voce subiunxit. Túne, inquit, vis vt fileam? Nõ eloquar solùm, sed vociferabor & eiulabo, quoniam ab omnipotente Deo compellor hęc eloqui, vidique Lutheranos in profundis abyssi infernalis, & quendam iamdudum hic Delphis defunctum, quem quidem ipsa nec viderat vnquam, nec nouerat, sed quædam laica mulier lecto assistens, eundem nouerat. Vidi prætereà, inquit, illam personam, quæ vt ab hac religione monastica deficerem, blandis perniciosisque suggestionibus pellicere conabatur, tartareis ignibus mancipatam: sed gratias ago tibi benignissime IESV, quod perseueraui in hoc sacro instituto, tuum hoc est donum, non meritum meum: seruiui quidem tibi languidè ac tepidè, sed pijssime IESV, si dignaberis mihi parcere, propono tua gratia cooperante, me ex toto corde emendare. Post hæc ad extremum vitæ agonem deueniens, obruebatur quibusdam infirmitatibus, qui à diuersis sanctis denominari consueuerunt. Quas dum sustineret, admodum lamentabiliter dicebat. Benignissime IESV, quid causæ est, quod his plagis tantoperè discrucior? gratias tamen pro his ago tibi, &

Vide similia exẽpla ca. 11. 12. 45. & 46. huius libri.

bi, & profiteor, licèt te in sanctis tuis non bl-
sphemauerim, tepidè tamen & remissè
colui. O gratiosissima Dei mater Maria, &
sacratissima Anna: nunquam vestris cult
bus precum vestrarum suffragia subtrah
Vos verò sancti & electi Dei, ignoscite
quod non ea qua decuisset, veneratione &
tu vos honorauerim. Et his quidem illa
culpam suam deprecabatur: gratias autem
quit, ago tibi clementissime Deus, quod
nam nunc assequar omnium hostium & per
culorum meorum victoriam, quodque in
sacro ordine & habitu, & religione Catho
ca, nunc vita hac defungar. Quod audiens
rer monasterij, cœpit vbertim lachryma
Ad quam infirma, noli, inquit flere, sed
diuinæ bonitati gratias age, quod ætate &
pore maximè congruo hinc euocor: time
nim si diu vixissem, quod in sancta hac relig
one non satis constanter perseuerassem
in finem. Reliquis verò sororibus dicebat
essent obedientes, nil cuiquam darent
consensu matris, vitam seriò emendarent
pœnitentiam agerent. Post hæc dulci voce
das istas Ecclesiasticas decantauit: Fit porta
Christi peruia, Maria mater gratiæ: deinq
versum vnum pij cuiusdam cãtici germanic
quod incipit: Cõfido me breui amabilem
tum Domini IESV contemplaturam. Mox
cessauit loqui, & post horam, in Domino
dormiuit.

Feb-

Felicianus Capitonus in explicationibus Catholicis locorum vet. & noui Testamenti, quibus abutuntur hæretici, Explicatione 73. parte 1. Exemplum de hæreticis quibusdam nostræ ætatis, qui quæcunque in mentem veniebãt etiam flagitia carnalia, Spiritus sancti opera esse iactabant.

CAP. XXVIII.

VIguit nostra ætate hæreticorum secta, quæ ita suis sectatoribus Spiritus sancti abundantiam pollicebatur, vt quæcunque in mentem facienda venirent, Spiritus sancti opera esse existimarentur: pro sua autem hæresi cõfirmanda, verbis istis Pauli à Hieremia desumptis, quibus à Paulo probatur, legem Euangelicam esse gratiam Spiritus sancti, quæ in cordibus fidelium diffunditur vtebantur. Inquit enim, Dabo legem meam scriptam in cordibus eorum, & nõ docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Quoniam omnes scient me, à minore vsque ad maiorem. Ecce (aiunt) quod Spiritus sanctus sine externis adminiculis docet, & mouet corda fidelium. Confirmabant eorum vesaniam, quoniam Christus nihil scribens dixerit: Spiritus veritatis, quem ego mittam vobis à pãtre, docebit vos omnem veritatem. Igitur IESV Christi veritas, non à libris siue scripturis, sed à Spiritu sancto, qui est in cordibus fidelium, habetur. Profectò nescio, an nequior, aut pestilentior

tior posſit inueniri ſecta, & quę ad omnia ma la patentiores faciat aditus, quàm iſta. Omn enim quę vult credit, & quæ non vult non c dit, quæ vult facit, & quæ non vult non fa impietatem habet pro pietate, & vitia ex mat virtutes, &c. Euenit in quadam Italia uitate, vbi hæc ſecta ſibi plurimos adiunxe quod quidam volens amici ſui conſtupra liam, Hoc aſtu vſus eſt. Dixit amico, Spiritus ſanctus mihi dicit quod cum vxore tua dormiam, ille Spiritui ſancto credens annuit, domumque reuerſus, imperat vxori cœnam parare, cubiculum, & lectum ſternere, & quicquid amicus, ad cœnam veſperi venturus, haberet, exequi, & ad amicum illum diuertit. Sub noctem autem venit amicus cõſtuprator, cœnatur hilariter, & poſtea petit, vt filia, (quæ virgo erat) ſecum dormiret, paruit mater, paruit filia, propter imperium mariti. Recenſetur mane maritus, percunctatur quid factum ſit. Cognita autem re, accepit pugionem, & proſiliens in plateam, inuentoque filię ſtupratore ait: Num dixiſti Spiritum ſanctum iubere, quod cũ vxore mea cõcumberes? Cur ergo mentitus es Spiritui ſancto, & cum filia conuerſabuiſti? Et modo mihi quoq; dicit Spiritus ſanctus, vt te interficiam, ac ſimul tribus aut quatuor ictibus percuſſum proſtrauit, vnde manifeſtata ſecta, per principes Chriſtianos delecta eſt.

D.

D. Ioannes Damascenus lib. 3. de venerat. SS. imaginum. De Olympio Arriano qui cum Catholicis insultarent SS. Trinitatem confitentibus, admirabili pœna diuinitus percussus, interiit.

CAP. XXIX.

SVb hoc consulatu, mense Decembri, eius mensis die vigesima septima, contigit formidabile & ingens miraculum, quod & auditum omnem hominum magno terrore p-culit. Olimpius enim quidam nomine, præside Arrianæ superstitionis Eutymio, quum esset in balneo palatij Helenianorum, quosdam eorum contemplatus qui lauabantur, consubstantialis trinitatis celebrantes gloriam, ait hisce præscriptis verbis: Quid enim est Trinitas? cuinam parieti nõ ea adscripta est? Quumque superior euasisset, sibi familiariter notis, dixit: Ecce & ego trinitatem habeo. Illi itaque rem quum reprehendissent, animis incitati eum interfecturi fuerant, nisi eos repressisset, nomine magnus quidã sanctorum Apostolorum presbyter intra muri ambitum consistens: Homo hic sanè quàm admirandus, ac sedulus Dei cultor hisce verbis eos alloquutus est, docẽs quia nequaquam id latere posset oculum iustitiæ illius cuncta cernentis, qui singula quæque decernit, & quidem exacta ratione. Sedata deinde turba ob viri istius reuerentiam, Surrexit Olimpius & pro more vsus labro siue solio aquæ calidæ, exilit in alterum

quod

quod & frigidam capiebat è fonte profil
tem qui oritur à medio venerandi altaris
consecratæ Diuo Protomartyri Stephano,
olim exædificauit Aurelianus principali
dignitate prælucens. Hinc enim reor ea
quam dignam habitam, quam inuiseret D
In hanc quum ille descendisset dicto ocyu
cendit, cum eiulatu dicens: Miseremini
miseremini, suasque carnes excalpens offa
amnum in partes diducebat. Omnes proxi
qui circa eum erant, apprehensum inuola
runt sindone ac reclinarunt in algescentem
animam expirantem. Porrò illi percunctan
tur quid ei accidisset, Respondit Olympi
virum vidi niueis vestibus indutum ex adue
so Nerophori, ascendentem ad me, meq; re
dente permiscētem tres inaures lupini, &
centem mihi: Ne esto blasphemus. Illi acce
tum eum in lecticam transtulerūt in alterum
balneum, adiacens Arrianorum Ecclesiæ. Illi
quum vellent ab eo reuellere sindonem, ca
nem totius corporis simul auulserunt. Atque
ita in mortem concedens reddidit spiritum.
Rei huius gestæ fama toto propemodum im
perio innotuit. Vulgò ferebatur, hunc talia
passum, non modico tempore stetisse ab obser
uantia & religione, quæ glorificat ac profite
tur in trinitate cōsubstantialem essentiam, &
demùm ad Arrij cultum resilijsse per baptis
mum. Id simul atque contigit, & ad aures pe
uenit imperatorum: erat autem tunc Anasta
sius.

sius. Is demandauit prodigiosum hunc euentum varietate colorum per imaginem pingi, eamque affigi parti supremæ Nerophori. Ioannes autem quidã, diaconus ac defensor prædictæ ædis dicatæ Stephano Protomartyri, vir si quis alius, peracrem Zelum exercens passim pro tuendo dogmate cõsubstantialis essentiæ, isque rem gestam pinxit, ac tradidit imagini, vtcunque. Adscripsit enim & nomina eorum, qui tum inter lauandum illic historiam perspexerant, & quo quisque loco habitaret. Adiecit & eos, qui administrandis aquis subseruiebant. Testimonio autem est vsque in præsens ipsa imago affixa in ipso introitu quartæ protinus sæpè dicti oratorij. Hæc ibi Damascenus. Sunt & nostro prô dolor sæculo homines non minus quàm iste Olympius in SS. Trinitatem blasphemi. Scribit enim Frideric. Staphylus, Lucam Sternberger in oppido Moraiæ Sternberg publicitus docuisse, eos omnes qui S. Trinitatis nomen confitentur & colunt, tres Deos falsò comminisci, cùm sit trinitatis nomen superuacaneum & inane, quod scripturis sacris trinitatis nomen nusquam expressum sit. Itaque voluit vt loco illius Ecclesiasticæ cantionis, O veneranda Trinitas: caneretur, ô veneranda Dei bonitas, optat etiam vt dæmones omnes trinitatem abducant & absportent, nescire se, inquiens, vtrum mas sit, an fœmina: persuasum autem se habere, trinitatem illam quondã fœminam fuisse, quæ tres

Staphy. in Apologia.

Trinitarij nostræ ætatis.

maritos habuerit. Sunt & Seruetiani, qui Trinitatem (horreſco referens) vocant Tricipitem Cerberum. In Olympio illo videres diuinæ vindictæ ſeueritatem: in his pluſquam Olympianam blaſphemiam ſpirantibus, mirabilem diuinæ patientiæ longanimitatem.

Ruffinus lib. 10. cap. 15. & ſequent. hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Quantas & quam portentoſas lumnias Arriani hæretici confinxerint Athanaſium.

CAP. XXX.

VBi Conſtantius Orientis regnum ſolus obtinuit, Conſtantino fratre non longè ab Aquileia apud Alſam fluvium à militibus interfecto, Conſtans vtriuſque germanus, Occidentem ſatis induſtriè gubernabat. Nam Conſtantius natura & animo regnum primis illis regni ſui fautoribus ſatis indulget, per eunuchos arte in perfidiam decipitur à peruerſis ſacerdotibus: & intento ſatis ſtudio, prauis eorum contentionibus obſtrudat. Sed illi verentes, ne fortè adeundi regis copia quandoque fieret Athanaſio, & per eum de veritate fidei, quam peruertebant, ſecundum ſcripturas edoceretur, omnimodis inſimulare eum apud principem, & velut omnium ſcelerum ac flagitiorum adgrediuntur componere: vſquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori oſtendunt: quod ab Athanaſio exciſum magicæ artis gratiâ de-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arsenij cuiusdam corpore confirmabant. Sed & alia quàm plurima criminosa simul & flagitiosa componunt.

Quibus ex causis Imperator iubet conuocato Concilio Athanasium cõdemnari. Idque apud Tyrum (misso è latere suo vno ex Comitibus, adnitente quoque Archelao tunc comite Orientis, necnon & eo, qui Phœnicem prouinciam gubernabat) congregari iubet. Eò deducitur Athanasius, loculus cum humano brachio circumferretur, inuidia & horror nõ solum religiosas, sed & viles animas peruadit.

Arsenius lector Athanasij.

Hic Arsenius, cuius brachium dicebatur excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, & ob culpam correptionem veritus, frequentiæ sese subtraxerat. Cuius latebras opportunas sibi ad huiusce modi cõmentum flagitiosi homines rati, initio compositi criminis occultatum eum apud quẽdam, quem fidissimum sceleribus suis crediderant, retinebant. Peruenit tamen ad hunc in latebris positum, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio. Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina perpulit prouidentia, clam per noctis silentia euadens claustris, enauigauit Tyrium. Et pridie quam causæ dicendæ adesset vltimus dies, Athanasio sese Arsenius obtulit, vtque serum gestarum se res haberet, edocuit. Ille domi esse hominem, nec innotescere cuiquã de eius præsentia iubet. Intereà Concilium

cogitur, in quod aliquanti concinnatę colu-
nię conſcij, omnes penè infenſo animo adu-
ſum Athanaſium præiudicatoque conuenit
Per idem tempus Paphnutius Confeſſor (
quo ſupra memorauimus) aderat, Atha
innocentiæ conſcius. Is cùm vidiſſet Max
Hieroſolymorum Epiſcopum, qui vna ſe
effoſſo oculo, & poplite ſucciſo, Confeſſo
titerat, verùm pro nimia ſimplicitate n
de ſacerdotum ſcelere ſuſpicantem, confe
ſe cum cæteris, quos factionis macula ſocia
rat, medium confeſſum non veritus: Te,
quit, Maxime, cum quo mihi vnũ atq; idẽ co
feſsionis inſigne eſt, cũ quo mihi pariter mo
tale lumẽ effoſsũ, clarioré diuini luminis ci
ciliauit aſpectum: te, inquam, non patiar ſede
re in concilio malignantium, & cum iniqu
gerentibus introire. Iniectaque manu eleua
eum de medio eorum, ac de ſingulis inſtru
perpetua dehinc Athanaſio communione fe
ciauit. Sed interim cauſa dicitur. Prima in
troducitur accuſatio mulieris cuiuſdam, qua
ſe diceret aliquando hoſpitio Athanaſium ſu
ſcepiſſe, & ab eo noctu nihil ſuſpicantem, vim
corruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hoc
iubetur Athanaſius, ingreditur cũ Timotheo
presbytero ſuo, eumq; monet, vt poſteaquam
mulier dicendi finem feciſſet, ſe tacente ad ea
quæ dixerat, reſponderet. Cumque mulier ea
quæ edocta fuerat, peroraſſet, Timotheus con-
uerſus ad eam: Verè, inquit, mulier ego manſi

Prima calũnia.

apud

apud te aliquando, aut vim tibi, vt asseris, feci? Tunc illa (vt mulierum se talium procacitas habet) obiurgans Timotheum: Tu tu, inquit, mihi vim feciſti, tu in illo loco commaculaſti caſtitatem meam. Simul & conuerſa ad iudices, obteſtari fidem Dei cœpit, vera se dicere. Tum omnes ridiculoſus pudor habere cœpit, quod tam facile tacente eo, factio compoſiti criminis patuiſſet. Nec tamen permiſsi ſunt iudices habere de muliere quæſtionem, vnde hæc, vel per quos, aut quomodo fuiſſet aptata calumnia, quoniam iudicandi libertas penes accuſatores erat. Hinc trāſitur ad aliud crimē.

Profertur facinus ſæculis inauditum. Hoc eſt, inquiunt, vbi nemo poſsit verborum præſtigijs decipi, res oculis agitur, verbis ceſſantibus. Brachium hoc te, aiunt, Athanaſi accuſat exciſum. Hæc eſt Arſenij dextera, quam tu quomodo, vel ad quos vſus excideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, veſtrum Arſenium nouerat, vt hanc ipſius dexteram cognoſcatis? Exurrexerunt aliquanti, qui ſe dicerent optimè ſciſſe Arſenium, in quibus nōnulli erant abſque conſcientia factionis. Orat dehinc à iudicibus Athanaſius, vt hominem ſuum, quem in negotium depoſceret, iubeāt introduci. Cumque introductus eſſet Arſenius, eleuato eius vultu, Athanaſius concilio & iudicibus ait: Hic eſt Arſenius. Et eleuans eius nihilominus dexteram: Hæc eſt, inquit, etiam dextera eius, hæc eſt ſiniſtra. Hæc autem, quam *Secunda calumnia.*

isti offerũt, manus vnde sit, vos requirite. Ita velut nox quædam & tenebræ accusatorum oculis infusæ, quid agerent, quò se verterent nesciebant. Ipsum etenim esse Arsenium, astes qui paulò ante scire se dixerant, confirmabant. Verùm quia non iudicandi, sed opprimendi hominis causa concilium geretur, fragor omnium repẽtè attollitur, magum esse Athanasium, & decipere intuentium oculos conclamatur, nec debere vllo modo vivere talem hominem viuere: factoque impetu, ut eum discerpere manibus parant. Sed Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris concilio præsidebat, ereptus eum de discrepantium manibus per occultos exitus educit, ac fugæ (qua solum posset) salutem monuit cõmendare. Concilium tamen rursum conuenens, tanquam si nihil omninò deprehensum fuisset, vt confessum de intentatis criminibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum ficta per orbem terræ mittentes, ad scelleris sui consensum Imperatore cogente, cæteros episcopos perpulerunt.

Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec vllus ei tutus ad latendum superarat locus, Tribuni, Præpositi, Comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouentur edictis imperialibus. Prœmia delatoribus proponuntur, si quis viuum maximè, si id minus, caput certè Athanasij detulisset. Ita totis regni viribus frustra aduersum eum, cui Deus ade-

ra-

rat, certabatur. Intereà sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam, vt Solem nũquam videret. Sed cùm per ancillam, quæ sola conscia dominorum officijs, qui ei latebras præbuerant videbatur, indidicatus fuisset, tanquam Dei spiritu admonitus ipsa nocte, qua ad eum comprehendendum cũ iudicibus veniebatur, post annos sex migrauit ad alium locum. Ita illi, qui venerant frustrati, dominisque in fugam versis, de ancilla vt falsa indice pœnas sumunt.

Ruffinus Ecclesiast. historiæ libr. 10. cap. 14. De Athanasio, quomodo adhuc puer existens, cum aliis coætaneis suis imitatus sit Episcopum, & mysteria Ecclesiastica speiq; & expectationis suæ hoc pacto specimen dederit.

CAP. XXXI.

QVia Athanasij mentionem fecimus, visum est sequẽtem historiam subiungere. Tempore quo apud Alexãdriam Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat, cùm post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum supra oram maris ludum, imitantium (vt fieri solet) episcopum, atque ea quæ in Ecclesijs geri mos est. Sed cùm intentius diutinè pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus ilico, vocari ad se clericos iubet, atque eis quid emi-

nus ipse videret, ostendit. Tum abire eos [illegible] comprehensos ad se perducere omnes pue[ros] imperat. Cumque adessent, quis eis ludus [illegible] quid egissent, vel quomodo, percunctatur. [illegible]li, vt talis habet ætas, pauidi, negare primo [illegible] inde rem gestam per ordinem pandunt, & [illegible] ptizatos à se esse quosdam catechumenos [illegible] fitentur per Athanasium, qui ludi illius [illegible] rilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille [illegible] ligenter inquirens ab his, qui baptizati [illegible] bantur, quid interrogati fuerint, quidve [illegible] sponderint, simul & ab eo, qui interroga[illegible] rat, vbi videt secundum religionis nostræ [illegible] tum cuncta constare, collocutus cum con[illegible] lio clericorum, statuisse traditur, illis, qui[illegible]

Non rebapti zãtur etiã io co baptizati

integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non de[illegible] bere, sed adimpleri ea, quę à sacerdotibus [illegible] est. Athanasium verò atque eos, quos ludus [illegible] le vel presbyteros habere visus fuerat, vel mi[illegible] nistros, conuocatis parentibus, sub Dei obte[illegible] station tradit Ecclesiæ suę nutriendos. Pa[illegible] autem tempore, cùm à Notario integrè, & a[illegible] Grammatico sufficienter Athanasius fuisset [illegible] instructus, continuò tanquam fidele Domini [illegible] commendatum, à parentibus restituitur sa[illegible] cerdoti, ac velut Samuel quidam in templo [illegible] Domini nutritur, & ab eo pergente ad patres [illegible] in senectute bona, ad portãdum post se ephod [illegible] sacerdotale deligitur. Sed huius tanti in Eccle[illegible] sia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiã

am de hoc videatur dictum esse illud, quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. In huius enim persecutiones vniuersus coniuratus orbis,& commoti sunt principes terræ: gentes, regna, exercitus coierant aduersus eum. Ille autem diuinum illud conseruabat eloquium, dicens: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum:si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo.

Hanardus Gamerius in argumento Eclogæ nonæ suorum Bucolicorum, De Michaële Stifelio concionatore Euangelico qui suis rusticis vaticinabatur diem iudicij fore anno 1533. 3. Octob. rusticis interim obsonantibus tanquam cras morituris, vt in prouerbio est apud Tertullianum ex Diogene.

CAP. XXXII.

IN Saxonia wittenbergæ vicinus pagus nomine Holtzdorpff situs est,in quo pago Stiphelius Euangelicus concionator populo docendo præfectus, sibi suisque rusticis persuasit tertio Octobris die, horam circiter decimam,extremum iudicij diem futurum, idque ex supputatione quadratorum numerorum, tanquam ex diuina Spiritus sancti patefactione seriò confirmauit. Rustici & ciues plerique omnes per vniuersam Saxoniam & Misniam aruis & agris incultis relictis, negotijs ocio posthabitis, curæ præferentes socordiam,

diam, omnia ſua bona decoquebant: dies
ctesq; pergręcabātur, certò cōfidentes (quem
admodum prædixerat Stifelius) tertio Oc
bris die eiuſdem anni, qui erat à Chriſto na
1533. mundum periturū, & extremi iudicij
aduenturum. Cùm aūt prædictus dies ade
Stifelius ſuggeſtū occupans hortatur ſuos
ſticos, & bono iubet eſſe animo: tēpus in
quo, prout quiſq; veſtitus aderat cum ocre
mul & peronibus omnes in cœlum auferen
tur. At verò hora prædicti iudicij iam diu
facta, adeò vt ruſticis de vaticinio deſperan
bus, ipſe quoq; dubitaret: forte procellola
peſtas orta fuit, quā cùm Stifelius audiuiſſ
de nouo ſuos ruſticos eſt hortatus: turbine
exorientē initiū dare futuri iudicij. Sed p
poſt tempeſtate ſedata, cum ruſtici cœli
num eſſe conſpicerent, irati Stifeliū è ſubli
cathedra deturbatū, manibus & pedibus
ter cōſtrictis in curru poſitum VVittemb
traxerūt, vbi ipſum coram iudice de illa
iuria grauiter accuſarunt, aliquod ſibi em
mentum pro omnibus pecoribus, frugibus
frumentis abſumptis ſperantes. Sed fruſtra
lum accuſarunt ruſtici: nam à ruſticis vind
tum, è vinculis redemptum Stifelium Lu
therus veteri Eccleſiæ iterum præfecit. Simil
prophetam ſe venditauit Andreas Oſiander,
de nouiſsimo die, edito quodam libello, ve
dere eſt, Centuria prima Veritatum Euangel
carum, per Ioannem Naſum, veritate ſecūdā.
Hanc

Hanc eandem historiam Hannardus Gammerius Ecloga nona lepido carmine refert, quod in gratiam lectoris hic subijcere visum est.

EHeu: Fauste (precor) nunc, quod me perdidit audi.
Est in Saxonia quæ me nutriuit alumnū,
Patria: de lignis Holtzdorffia dicta vocatur.
Hæc cùm suspiceret falsis de vatibus vnum,
Se simul & miseros nos perdidit ipsa colonos
Funditus: & miserè stricto velut ense peremit.
Namq; Michaelem quendā prouate recepit
Nomine Stifelium, sociū comitemq; Lutheri,
Cum coleret monachos & cū turbaret eosdem,
Is se sacra putans mysteria scire Deorum
Quadrati muneri secum ratione putata,
Dixit in hoc ipso, quem nos memorauimus anno,
Quod foret Octobris decimā, lux circiter horā,
Tertia, supremi perituri terminus æui.
Credita sub tanto res tanquam vera magistro
Agricolas ruri sed & intra mœnia ciues
Luminibus claris obducta nube fefellit.
Quem non deciperet, credebat idipse Lutherus
Vaticinaturo, subscribebatq; Melanchthon.
Hi qui Misniacam subigebant vomere terram,
Et qui Saxonici cultores ruris eramus:
Incultos agros incultaq; tecta domorum,
Et patiebamur sine frugibus arua perire,
Hoc satis esse rati si tantum venter haberet,
Quantum sufficeret dictas ad temporis horas.

Nos

Nos igitur socij, summis pro viribus omnia
Per græca bamur sic vt nihil esset in ære
Nil itidem pecoris cùm tempora dicta venirent
Cùm tamen ille dies Octobris tertius esset,
Conueniunt omnes, quorum stultissimus ipse
Consistit medius, faustumq; precatur & ora
Agricolis etiam frustra metuentibus ingra
Stifelius clamans: surgendi tempus adesse,
Supremumq; diem nostræ venisse salutis.
Nam quo quisq; modo vestitus staret ibidem
Hoc debere statim cœlo super æthera ferri.
At cùm iudicij iam dudum tempus abesset,
Vt dubitans secum præsagia falsa putaret,
Fortuita quidam veniens ab origine ventus,
Eludit subito mendacem turbine vatem,
Quisimul ac periit, nos pene periimus vnà.
Quod non adfuerit iudex cũ turbine CHristus,
Nam propter pecudes, propter bona parta
mœstis
Grata dies nobis toties promissa fuisset.
Ergò Stifelium manibus post tergareuinctis
Adq; manus pedibus per mutua vincula nectis,
In curru positum nunc huc raptamus & illuc,
Donec ad eximiam fessi deuenimus vrbem,
Candida quæ niuei sortitur nomina montis,
Hic nos iudicio damnandum sistimus æquo,
Parua petituri magno solatia damno.
Sed frustra petimus, frustra culpamus iniquum,
Frustra carceribus clausum detrudimus hostis.
Quo duce communis sortis fortuna perisset.
Nam (quia decorio fuit ipse Lutherus eodem

Equo

E quo Stifelio factum dedit ocrea nomen)
De manibus nostris & certa morte redemptum
Excellens magica turpissimus arte Lutherus
Stifelium notæ præfectum reddidit ædi.
Nos verò miseros, miseros nos ille reliquit
Elusos miserè: quorum pars tabe periuit:
Pars sua crudeli confodit pectora ferro.
Pars, quorum numerum fugiens mœstissimus auxi,
Diuersas adijt patrijs à sedibus oras.
O utinam verò contingeret infimus ordo,
In quo seruitij mihi pondera ferre liceret.

D. VVihel. Lindanus lib. 1 cap. 9 de fugiendis Idolis. Quomodo Ioannes Campanus hæreticus, in Ducatu Cliuensi rusticis persuaserit, ne seminarent aut colerent agros, imò potius eosdem venderent, et molliter sese tractarent, eò quod instaret dies iudicy.

CAP. XXXIII.

PErsuaserat Ioānes Campanus miseris rusticis, non longè à fluuio Rura degentibus, quod vel hodie res ipsa loquitur, & testantur vicini, ne amplius austeris sese frangerent agriculturæ laboribus: non sese fruſtra duris vexarent, diutius fatigarent, enecarent, fodiendi, arandi, metendi sudoribus, instare diem iudicij: breui omnia inundationibus aquarum delenda: indulgerent genio igitur, molliter sese tractarent, suauius viuerent, quod miſellæ supererat vitæ rusticanæ: omnia propediem certò certius peritura. Illi stolidi

stoli-

ſtolido ac deliro prophetæ creduli, ſuos v
dunt agellos: qui illos emit, ſenſit non fru
ſeſe illum aluiſſe prophetam.

Sic Martialis in Cinnam ludit, qui cog
ab Aſtrologo morte ſibi, vt perſua
rat, imminente, ampliſſimum patri
nium vix annuo ſpacio dilapidat. I
ille in Cinnam hoc epigramma.

*Dixerat Aſtrologus perituru*m *te citò Cinn*
Nec puto mentitus dixerat ille mihi.
At tu dum metuis, ne quid poſt fata relinq
Hauſiſti patrias luxurioſus opes.
Biſq́, tuum decies non toto tabuit anno.
Dic mihi, non hoc eſt Cinna perire citò?

Nicephorus Calliſtus lib. 14. cap. 40. Eccleſiaſt. hiſtor. & Eutrop. lib. 14. rerum Roman. [illegible] *quodam pſeudomoiſe, qui Iudæos in Cr induxit, vt neglectis facultatibus & poſſeſſ onibus ſuis, ſe ſectarentur, ſe enim illos p mare in promiſſionis terram ducturum.*

CAP. XXXIV.

CVm Proclus Epiſcopus ad ſacra Eccleſ gubernacula conſederet, multi in Cre ta Iudæi Chriſtianorum ſacra ſunt am

Pſeudomoſes in Creta.

plexi, per cauſam huiuſmodi. Vir quidam rat ex eorum genere, qui quum per fraudem & dolum vitam peregiſſet, poſtremò ſe eum Moſen illum eſſe aſſimulauit: & cœlitus in Cretam à Deo propterea miſſum eſſe confixit, vt eius loci Iudæos ipſe per mare, perinde atque olim Iſraëlitas per rubrum ſinum, duce

ret. Et passim insulam ipsam peragrans, vt se illum esse crederent, suasit: atque vt opes quas haberent, pecuniasque & possessiones omnes aspernarentur, cohortatus est: se illos per mare non aliter quàm in arida, in promissionis terram ducturum esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissis decepti, res operasque suas vbique neglexerunt, & facultates suas temerè quibuscunque diripiendas permisêre. Vbi dies constituta aduenit, qua proficisci debebant, ipse quidem confidentia & fastu plenus, eis prę ijt: illi verò hominem, vna cum cõiugibus, & ætate imbecilliore consequuti sunt. Itaque eos in summum quendam scopulum in pelagus excurrentem duxit: atque inde conijcere seipsos in mare, veluti natantes & vrinantes, iussit. Idque ex illis quidam, statim vt imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio saxis allisi interierunt. Et vniuersi illi vel in vndis, vel in præcipitibus saxis perijssent, nisi Dei prouidentia, vix piscatores & alij mercatura victum quæritantes, Christiani homines, subitò affuissent, eosque modis omnibus extrahentes seruassent: tum primùm fortasse qua dementia capti essent sentientes, alios, quò minus se in fluctus proijcerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id feciſſent, interitum illi indicantes. Qui sanè egrè in animo rem secum reputantes, & fraudem sine iudicio susceptæ fidei & credulitatis deprehenden-

Pollicitus est, se Iudæos per vndas maris tãquã per cõtinentẽ ducturum.

Sed is ipse multos mortales in perniciẽ abduxit.

dentes, vt miserabilem in modum enatare
Pseudomoses iste disparet. sustinuerunt: & tandem Pseudomosen il
comprehendere sunt aggressi. Verùm per
re id minimè potuerunt. Confestim enim
disparuit, & magnam suspicionem præ
pernicioſum quempiam dæmonem sub h
na specie gentem eam in exitium produ
Multi Iudæi in Creta Christianismũ suscipiunt. Proinde multi Iudæorum superstitioni
cio remisso, in Creta Christianam religi
cõstanter susceperunt. Horum innumera
pè fuit multitudo.

*D. VVilhel. Lindanus Episcopus Rurem
in lib. de fugiendis idolis cap. 12. Quem
dæmon in specie equitis, quendam Pe
trum Fischerium inuitauerit ad mili
dum Principi Auriaco, dicens se præfec
duarum cohortium Gœsiacarum Princip
litantium.*

CAP. XXXV.

CVm VVilhelmus Nassouius Auraice
princeps Belgiam inuaderet, transito
Mosa repulsus copijs regijs illustriss.
Duci Albano militantibus, ne in Brabantiam
penetraret, in Franciam suas miseras trahe
cohortes, fame languidas, inedia exhaustas
rumque penuria omnium tantum non ex
tas, vndique ad eum non pauci confluebant
aut perfidiæ, aut sacrilegij, aut prædæ cupi

Contigit igitur quendam rusticanę vil
Merum vico Parochiæ Harten, iuxta Rure
mundam famulum in agro suas facere operas
qui

qui dum quadam victus impatientia rei minimè ex voto succedentis in blasphemas erupit voces rusticis, plebique imperitæ, prôh dolor, familiares, accessit eum eques nigro hinnienti, oraque spumanti vectus caballo, qui post varia promissa in speciem aurea, & ostensa pecuniæ massa magna, illi pollicetur mercedem, modò sese, cui colligendarum copiarum potestas facta esset, in Galliam sequatur principi Auriaco militaturus. Hæc quò maiorem fidê habeant, præstiterit pijs atque simplicioribus in CHRISTO fratribus rudiùs simul & copiosiùs ex actis publicis referre, quæ ita habent.

Anno à natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo tertio, vicesima septima mensis Decembris, comparuit personaliter coram Reuerendissimo in CHristo patre ac Domino nostro, Domino Episcopo Ruremundensi prouidus vir Ioannes Vischers de Heythuysen in Lyn commorans, & in præsentia Venerabilium Dominorum, D. Officialis Ruremunden. & D. & Magistri Gerhardi Merani Canonici Ruremundensis, declarauit suum quôdam filium Petrum nomine, tunc temporis habitantem apud Medardum Meister Henrichs, aliâs auff den Berg in Merum sub Parochia de Harten, die Sabbati ante Dominicam. Esto mihi, anni septuagesimi, fuisse profectum vna cum equis & vehiculo ad mõtem Odiliæ, myricam aduehendi causa, & in re-

Lyn est pagus propè Ruremund.

ditu dicti Petri vehiculum fuisse fractũ, ... cùm reficeret Petrus, ipsi apparuit quidam ... equo insidens, atque dicens: Adolescens re... que tuum vehiculum, & veni mecum vna ... Gœsijs versus Franciam, ego sum prefectus ... arum cohortium equitum, tu mihi benè ... es, ego satis pecuniarum & bonorum ... cui Petrus respondit, quod non, & se de... proficisci domum, & animaduertens ... vnam tantum habere aurem, signauit se ... crucis, ac statim euanuit prædictus vir ... equo. Et postquàm idem Petrus vlterius ... set profectus, iterum ipsi apparuit præta... vir, dicens vt prius, cui Petrus respondit, ... beo esse domi, quia vesperi debeo esse ... alijs adolescentibus in quodam loco, vbi ... vocatus, signando se iterum signo crucis: ... stente autem præfato Petro cum alijs socijs ... ædibus Henrici aen gen Valderen, in loco ... Merom, audiuerunt quendam sibilantem, ... postea cùm idem Petrus domum rediret, ... paruit dictus vir siue spiritus, iterum sibilans ... ad cuius sibilum Petrus etiam sibilauit, & ... propinquans Petro dixit ei, conscende ... dorsum mei equi, cui Petrus respondit, ego ... bene ibo, & venientes ad domum siue curiam ... suprafati Medardi, dixit spiritus Petro, vt ipse ... tubam ibidem existentem, dictam vulgariter ... eynen ruep hoeren inflaret, quod ipse fecit, & ... spiritus similiter, & accedentes duo alij ado... lescentes (qui Petrum præcesserant) rogue... runt

Dæmon præfectus cohortium Gæsicarum.

Ad signũ sanctæ crucis dæmon bis profligatus fuit.

runt Petrum, quare ipse tubam inflaret, quibus Petrus respondit, ego debeo conuocare equites, quia incontinenti debemus discedere, & statim trusit spiritus Petrum in quendam lacum ibidem existentem, ex quo ipsum prædicti adolescentes traxerunt, & in equili super manipulum stramineum collocarũt, propè lectum supradictorum duorum adolescentum, ex quo loco prædictus spiritus eum sub equis trahendo, per vnum paruulum admodũ foramen in aëra abduxit, ac supra arborem pirum collocauit, & cùm dicti duo adolescentes Petrum quærerent, rogauit eum spiritus, cui vis adhærere, & respondit, volo adhærere Domino Deo & huic arbori, & tunc deseruit eum spiritus, multos arboris ramos frangendo: dixit præterea supramentionatus Ioannes Vischer, in fide boni viri, se præscripta ex ore sui filij Petri audiuisse, & quod idem Petrus ab eo tempore vsque ad diem obitus sui non potuerit ferre, quod aliquis iuraret, peieraret, aut malè loqueretur. Actum vt supra.

Me præsente Egid. Tsunghen, Notario publico ad præmissa requisito.

Hæc ita sese habere non modo pater dicti Petri narrat, sed plerique etiam coloni, qui ex eiusdem Petri narrantis ore audierunt, rerumque gestarum pars non postrema fuêre. Equidem his non contentis locum ipsum à visitatione rediens inspexi, arborem illam à stabulo, vnde in eã fuerat euectus, meis dimensus

paſsibus circiter XXV. colonum villæ, fa
liares ac vicinos de rei veritate ſciſcitan
qui rem vt dictum eſt, ita ſe habere affir
bant, addentes ſeſe illa nocte, qua Petrum
bulo ereptum in arborem diabolus ege
poſtquàm nominatim euocaſſet, atque vt
miſſa præſtaret admonuiſſet, audiſſe eac
mónem per plateas diſcurſantem, tibia
ſticanas (quas ex ſalicum corticibus illi
lent bubulci & opiliones conficere) noc
ſcurè inflantem, immò & cantilenas ruſ
nas non ſatis pudicas, ſed illic vulgares,
biſque tunc recenſitas cantillantem. Ad
cùm dæmon Petrum in arborem pirum a
xiſſet, accurrentes ſocios acclamaſſe, Pe
halt euch aen IESVM, Petre adhærens D
mino IESV: reſpondiſſe, Ego IESVM n
neo & arborem, ad quam vocem D. IESV a
mon eum de arbore dedit præcipitem, q
& nos meis cum familiaribus, ramis
craſsis paſsim confractis vidimus. De h
rei veritate igitur qui dubitat amplius, p
me licet locum ipſum adeat: arborem, v
bulum, villam requirat: agnoſcet hiſtoria
hanc eſſe veriſsimam, qua dæmonum appa
ritiones corporali ſpecie ad fallaciam hu
pliciorum velatæ, non abſurdè confirma
tur.

Bartol.

Bartholomæus Faius Consiliarius Regius, libro cui Energumenicus et Alexicacus, titulum fecit, ex actis publ. Reuerendiss. D. Ioannis Bursy Episcopi Laudunen. anno 1566. citatur à R. D. Vilhelmo Lindano libro de fugiendis idolis cap. 13. De dæmone qui exorcizandus ex quadam matrona, astantium nomina edebat, vitiaque exprobrabat, exceptis illis quæ per confessionem sacerdoti factam erant expiata, et quomodo idem dæmon visus sit interesse concioni Caluinisticæ.

CAP. XXXVI.

CVm sacris exorcismis de more Christiano adhibitis (quos verè Apostolicos nũc cum illo impio Vlpiano iurio nõ Christiani, sed humani perito, sacrilegẽ ridere quidam sui obliti nominis non verentur) & potiss. sacrosancta ostensa Eucharistia, post ieiunia & publicas comprecationes dæmonem cuiusdam matronę Nicolæ visceribus, Reuerendissimus Laudunen. Episcopus niteretur expellere, multa ille agebat, & ludicra & terrifica. Astantium enim & nomina edebat, & consilia publicabat non sine risu, viciaque exprobrabat, nominatim illius Mongonis, indicato latente sui equi vicio, qui Laudunum à S. Quintini vrbe aduenerat, vt equum venderet: qui inito itinere strenuè incederet, sed eo aliquantulum emenso valde claudicaret, ea tamen erat moderatione, vt nulli auderet peccata

Nota virtutẽ cõfessionis sacramentalis.

cata obijcere, quæ per Euangelicam confe-
onem sacerdoti factam aliquis eluisset. No-
na igitur & pronomina turbæ ad quatuor
lia vndique confluentis cùm edidisset pl-
ma dæmon, addens cuius & sectæ ac sorti
rent, quendam astantium dicebat, magna
clamans voce, trigesimum interfuisse cõc
(Caluinisticæ) quæ paulò ante Crespij La-
nensium (inquit D. Faijus folio 54.) fuera
bita.

Dæmõ inter. est concioni Caluinisticæ.

Ille factum, quod omnes astantes late
minimè inficiatus, aliquem sibi, socijsque
notum, sed viridi vestitu insignem illuc ac-
sisse suppressa voce, vt à paucis exaudire
cùm adiecisset, quippè vobis (exclamat dæ
ipse illo cultu aderam. Hęc doctiss. Faijus p
ses regius libro & loco nuper indicato.

Certè dum hæc recogito, inducor facil
vt credam, & illas historias à vero non esse
enas, quæ mihi à fide dignis pridem narra
asserunt in VVaterlandia fuisse concion
ri Anabaptistico à quibusdam pijs visum a
re, qui cornutum gereret hirtumque cap
quale pictores nostri dæmonibus solent tri-
buere.

D. VVilhel. Lindanus lib. 1. de fugiendis idolis cap. 14. 'Dæmoniacos & Lunaticos apud Gheelam Brabantiæ & Amstelredami anno 1566. agentes eo tempore quo Gæsij templa vastarunt, fuisse à dæmonijs liberatos, nimirum spiritibus illis malignis, circa turbas

per

per Gœsios iam excitatos, occupatis & conſpirantibus.

CAP. XXXVII.

QVando Theomachi Caluiniſtæ per Belgium Gœſſæ dicti anno 66. furore pluſquàm ſathanico has per prouincias Tẽpla ſpoliabant, & SS. Imagines confringebant, Dei altaria euertebant, ſacra omnia ignibus concremabant, dæmoniacos & lunaticos paſſim fuiſſe ad quoddam tempus liberatos, ac ſolito habuiſſe melius, ſimul & moderatius conſtat.

Quibus Belgium notum eſt, non ignorant, apud Gheelam Brabantiæ ad Sacroſanctas D. Dymnæ reliquias, dæmoniacos ſingulari DEI Optimi beneficio in hunc vſque diem liberari, maliſque ſpiritibus obſeſſoribus & tortoribus emancipari. Vnde illic ſemper magnus ſatis præſto eſt obſeſſorum numerus: qui diuinam in horas expectantes clementiam, per aliquot aut menſes aut annos ibi decumbunt. His conſeruandis cuſtodes ſunt deſignati, qui ipſorum ſedulam curam die ac nocte gerunt, inſanientes comprimunt, efferocientes in ordinem redigunt, vingentes, frementes, mordentes, conſputantes, verberantes compeſcũt. Harum omnium moleſtiarum Oceano ſeſe illi qui Gheelæ Brabantiæ, & qui alibi obſeſſorum curam gerunt, illa Gœſiaci anni puta 66. æſtate liberatos fuiſſe gloriantur.

Qui hiſce fidem non habet, loca adeat, rem

à vero non esse alienam deprehendet, digni-
simo ex actis publicis fuit mihi Amsterod-
mo illustri Hollandiæ emporio transmissu
quod ita habet.

Dissidiorũ pater diabolus mendacijs energumenorum rempub. florẽtiss. Amsterdam conatur perturbare, multas matronas accusans illorũ ore, magiæ.

Anno 1566. pullulantibus Iconoclastar
initijs, quæ iam antuuerpiæ & alibi cœper
suos fructus in SS. Imagines per compita c
fringendas edere, dæmones residerunt Am
rodami LX. amplius Orphanos 10. 12. 15. 17. a
norum pueros & puellas: & eos furibund
per ciuitatem multis diebus egerunt, accusa
tes optimas quasdam IV. aut V. & primas ci
tatis matronas eximiæ sanctimoniæ, crimin
maleficij quasi sagas. Plurimi ciues horum cl
mori furibundo crediderunt. Hi per plateas

Totũ collegiũ orphanorum infestant dæmones anno 66.

vagabundi gregatim discursantes, nullis clau
suris contineri potuerunt, nulla vi cohiberi
nisi veniente prætore CL. V. Petro Petri Cen
sio, & dante vni eorum minimum summ digi
tum in manum, & iubente sequi, pacifice se
quebantur omnes, sese mutuò brachijs com
plexantes & manibus trahentes, & ducebant
tur quò ille volebat. Vbi cùm fuissent quasi
vnum aut alterum diem, postea iterum furore
correpti eruperunt vi, donec prætor iterum
veniret. Idque durauit paulò ante Paschas
que ad medium æstatis. Hæc fuerunt præludia
Gœsisimi: quo inualescente tum demùm pue
ri sani sunt facti, dæmonibus videlicet egred
sis, & alibi in Gœsis exagitandis satis superq
que occupatis, quando tam insano furore an-
no

no 66. per Augustum Caluinistæ passim templa Belgica diripuerunt, & SS. Imagines confregerunt, conculcarunt, exusserunt. Vnum mirabile addam, cùm multi ex plebeis instarent apud prætorem vt apprehenderentur & darent pœnas personæ ob maleficium accusatæ, Prętor autem negaret diabolo credendum, vna fuit omnium Catharina Ioannis honesta & formosa circiter 17. annorum adducta, quæ iam per dies duos aut tres, vt putabatur, sana visa fuerat. Illam prætor, cogente populo rogauit, quid nunc sana diceret de sagis accusatis? Respondit, Sagas esse, additis argumentis vnde sciri possit illas verè esse sagas, loca & limina indicans vbi pharmace. Tum prætor, per Deum, inquit, & per regem, cuius sum minister indignus, iubeo, vt an tu dæmon ades, & per eam loqueris id ostendas, è vestigio illa in terram prolapsa, & coram tota ciuium corona inuerecũdissimè prouoluta exclamat. Ita, inquit, adsum, & in maximo pedis digito insideo, cachinnans, & subsannando illudens, quod hactenus omnes astantes mendacijs decepisset, ac innoxias matronas calumnijs vexasset. Hactenus qui rebus illis non modo testis interfuit oculatus, sed gestorum etiam pars magna fuit ipse CL. V. D. Prætor Petrus Gnesius: cuius ex ore fuêre nobis hęc concinnata. Namurci, Anno 78. die 4. Februarij.

D. VVilhel. Lindanus lib. 1. de fugiendis ib-lis cap. 15. Quomodo Caluinistæ in Ang-& Gœsij in Belgio, in confractione im-ginum omnibus eiectis, solis diaboli & la-num imaginibus pepercerint. Ne vide-par in parem imperium exercere, & sa-satanam eijcere videretur.

CAP. XXXVIII.

NArrant oculati testes, quãdo ciues Lo-densis anno 72. monasterium D. Fran-sci extra Rheni portam in suburb-amœnissimo situm excurrebant euersuri, ... ditusque abolituri, quendam vexilli loco im-ginem diaboli prælongo fixum hastili præ-lisse, vt non obscurum esset spectatoribus ar-gumentum, cuinam magistro suam illam ... uarent operam. Certè Caluinistas sacrarum imaginum osores, multò esse diaboli, quam Christi imagini æquiores, locis non pauci ipsa comprobarunt: vbi confractis Christi & sanctorum imaginibus, soli Sathanæ imagini pepercerunt, eam inuiolatam & intactam in templis ac compitis relinquentes. In Anglia dum Hispanus quidam templum illud augu-stissimum D. Pauli Londinen. spectaret, huc illuc oculos conuertens, nullam vidit imagi-nem. Introgressus penitus, vnicam reperit in-tegram, quæ erat dæmonis, qui solet D. Michaëlis Archangeli pedibus, de more pijs nostris maioribus iam olim laudatissimo, in memo-riam victoriæ de illo cœlis exturbato repor-tare

tatæ ſubſterni. Rei indignitate percitus, eductum gladium in diaboli infligens imaginem, apageſis & tu iſthinc, inquit: tibi enim & cum cæteris eſt migrandum. Quod Angli Caluiniſtæ imagini diaboli reuerentiæ tribuebant: hoc & Antuerpiæ in nobili ſuo illo SS. Imaginum bello non ſolum duorum latronum imaginibus, ſed confractis impiè atque diſſipatis Domini CHRISTI & angeli, qui dextro pio latroni ſolet ſociari, ſtatuis, ſolum diaboli, qui ſiniſtro latroni animam impiam exhalanti apponitur, pepercerunt, quemadmodum hiſce oculis ipſi perdolenter vidimus. Quinetiam vulgus falsè admodum in illos luſit, dictitans, religioſos iſtos viros manus ſuo magiſtro & fratribus meritò abſtinuiſſe. Certè cùm ad meam anno 72. redijſſem diœceſim, Gœſſarum incurſionibus perturbatam, templi Ruremundæ chorum perluſtrans, vidi in altari ſummo, ſublatis vniuerſis, atque tres per rogos exuſtis Sanctorum imaginibus, ſolam imagunculam, quæ diaboli follem geſtantis ſpecie ſolet D. Genouefæ virgini appingi: quam ego rapidè manu arripiens, humi illidens, tu hinc, inquam, migra diabole, qui ſtare non potes, vnde venerandas Domini tui CHRISTI, & ſanctorum eius imagines tuos per ſacrilegos ſatellites exturbaſti.

Caluiniſtæ dã aboli et latrõ nũ imaginibus Antuuerpiæ parcunt.

Ruremundæ ſolã Sathanæ imaginẽ altari impoſitam Gœſſæ anno 72. reliquerunt ſaluam: quã Lindanus ſua manu humi illiſam cõtriuit.

Damo-

Dæmoniacos & lunaticos, qui diuino benef[icio] multis retro annis apud Gheelam Brab[antiæ], vbi corpus S. Dymnæ requiescit tam[quam] liberari consueuerunt, eo die quo Martinus Lutherus defunctus est, suis hospit[ibus] ad horas aliquot exoneratos fuisse.

CAP. XXXIX.

NArrauit mihi Ven. Dominus N. [...] doctrina & vitę sanctimonia comm[endatissimus], atque etiamnum super[stes] eo ipso die quo nouus Euangelista Mart[inus] Lutherus defunctus est, vniuersos dæmon[iacos], qui id temporis ad Gheelam Brabant[iæ] spe liberationis, q̃ apud corpus S. Dymnæ [...] uino beneficio plurimi istic iam inde à mu[ltis] tis retro annis consequi solent, aduecti erant, à teterrimis illis & horrendis dæmonibus [suis] spitibus suis liberatos. Postridie verò ab [...] dem rursus obsessos & discrutiatos fuisse. Dæ[mones] mones verò cũ interrogarentur vbi pridie [...] lituissent, respondisse: Principem ipsorum, [...] archidæmonem præcepisse, vt vniuersi spi[ritus] tus maligni ad sui prophetæ & fidelis coop[erarij] rarij D. Martini Lutheri exequias cõfluerent, [...] congruere enim, vt qui quàm plurimos ad [...] feros seduxisset, à quàm plurimis ad exitum solenniter deduceretur.

Hanc historiam cùm in præsentia quorun[dam] dam honoratorum virorum referrem, q[uo]- dam magni principis Consiliarius subiun[xit], se fuisse Islebij in ædibus paternis Luther[i, in] quo-

quibus & defunctus est, ibidemque paulò ante mortem Lutheri, quendam Luthero à multis annis seruiẽtem fortè è feneſtra cubiculi, in quo id temporis erat Lutherus, fontem, riuulos ſuos grato murmure emanantem, voluiſſe conſpicere, in cuius margine mox ille viderit plurimos teterrimos cacodæmones, huc illuc ſaltitantes, quo viſu cùm ille vehementer percelleretur, animoque & vultu totus mutaretur, rogaſſe Lutherum palloris iſtius & ſubitæ mutationis cauſam. Quam cùm ille celaret, tandem reſumpto ſpiritu, rurſus paulum è feneſtra proſpexerit, ac denuò dæmones terribilibus tẽterrimarum beſtiarum formis aſpiciens, maiori horrore ac trepidatione concuſſus ſit. Cumque rurſus Lutherus inſtaret, vt quid vidiſſet ediceret: tandem illum rem viſam Luthero aperuiſſe. Qui cùm paulò poſt defungeretur, & cadauer Iſlebio wittembergam veheretur, toto illo itinere innumerabilem coruorum horrẽdum in modum crocitãtium, multitudinem fumus ſuperuolitaſſe, ac VVittembergam vſque comitatum ſuum præſtitiſſe. Atque hi procul dubio fuerunt iſti, (aiebat idem ille Conſiliarius) qui mandato principis & archidæmonis ſui, vaſa, quæ prius occuparant, dimittentes, ad exequias Martini Lutheri confluxerunt, ne quiſquam iſtorum tantis deeſſe videretur ſolennijs.

Fride-

Fridericus Staphylus in absoluta responsi contra Iacobum Schmiddelinū pag. 404. VVilhel. Lindan. Dialogo. 3. cap. 1. Tantij. Martinus Lutherus volens dæmonem exorcizare, ab ipso dæmone in summas angustias redigitur.

CAP. XL.

POssum ego redigere mihi in memoriam Anno 1545. dæmoniacam quandam puellam è Misniæ ditione adductam VVittenbergam ad Lutherum ea spe, quod Lutherus ceu tertius Elias, puellam istam à malo dæmone liberaturus esset. Quamuis autem Lutherus ad hoc admirandum & magni momenti opus initio non parum difficilem se ostentaret, at tandem tamen iussit puellam duci in Parochianæ Ecclesiæ VVittenbergensis sacrarium, illicque coram alijs plerisque doctoribus & eruditis viris (inter quos ego tum quoque iuuenis magister aderam) dæmonem cœpit adiurare & exorcizare, sed id tamen more suo, non eo, qui apud Catholicos receptus & vsitatus est. Cùm autem diu multumque coniurasset dæmonem, cedere ille noluit, sed eas in angustias, sit venia verbo, Lutherum egas redegit, vt is quamprimùm è sacrario se proripere vellet. At quid accidit? Maligne ille dæmon vsque adeò fores sacrarij obstruxerat, vt neque forinsecus, neque intrinsecus aperiri possent. Quæ res Lutherum in maiores etiam angustias adduxit, ita vt iam ad fenestram

strum properaret, sperans per eam se posse effugere & exilire. Verùm obstabant illi cancelli ferrei: sicq; compulsus est vna nobiscum tantisper inclusus hærere, donec per cancellos ferreos ab edituo nobis esset oblata securis, mihique ceu iuueni viro tradita, vt ea fores effringerem: quod equidem tum conatus sum, & ad effectum perduxi. Interçà verò visu admirandum erat, vt Lutherus angoribus correptus sursum deorsumque cursitaret, atque instar ouis parturientis huc illucque sese inuerteret.

Maximilianus I. Imperator, videt damonem corporali forma Martini Lutheri humeris insidentem in Comitijs Augustanis prædicens se mortuo illum multas turbas in toto imperio excitaturum.

CAP. XLI.

CVM Maximilianus eius nominis primus Imper. Fœl. recordat. Augustę Vindelicorum anno 1518. Imperialia Comitia, eademque vltima suæ Maiest. instituissęt, ac patentibus valuis, vti moris est, pranderet, ingressus est cum multis alijs triclinium prandentis Imperatoris Martinus Lutherus. Maximilianus Imper. visum Lutherum cùm exactius paulò & diutius intueretur, tandem Baronem ex familia Schēck de Erpach M. Suæ aulicum & pincernam, alloquitur his verbis: Vade & aspicias monachum à vertice capitis, vsque ad plantam pedis, & à planta pedis vs-

que

que ad verticem capitis diligentissimè, &
videtis referto. Baro Imperatori interro
respondit, se monachum cuculla restitui
disse, quid verò pectori & animo eius in
at, videre non potuisse. Imperator rursu
dem quibus anteà verbis, mandat Baron
nachum denuò colluſtrare. Baro, etiam
rata vice adiret, refert se nihilo plus qui
tea, videre posse. Imperator, phrasi sibi fa
ari regerebat, amore boni Dei, fac quæ
Baro obtemperans, vadensque & redien
dem sermonem Imperatori (vti supra
interroganti, repetijt. Subiungit protinu
perator: Si tu nihil vidisti nec vides, dica
bi quid ego videam: Video cacodæmonem
ma corporea humeris istius monachi in
bantem, & te quidem superstite, me ver
functo, iste monachus, turbas, calamita
miserias grauissimas in imperio concita
Hæc verba ex ore D. Maximiliani audiui
dam præcipuus Germaniæ Princeps, sed
ris, cuius nomen consulto præterimus, q
ipso tempore mensæ Imperatoris cum
Principibus, Comitibus, Baronibus & N
libus astitit. Iste verò Princeps hæc verba
cõtigisse, filio suo retulit. Qui filius prin
& hæres hæc omnia & singula duobus pr
pũ, Electorũ, Cõsiliarijs, primarijs, fidel
recẽsuit, quẽ vtrũq; probè nouimus, alter
illorũ adhuc superstes, hæc & voce & scr
nobis communicauit. Non absimile est,

refert VVilhelmus Bibliothecarius libr. 3. de gestis Anglorum: cùm in extremis positum Episcopum Carnotensem Fulbertum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter oppositas cateruas oculo longè cõspicatus Berengarium, nisu quo valuit expellendum indicauit, protestatus, immanem dæmonẽ propè ipsum consistere, multosq; ad eum sequendum blandiente manu, & illice anhelitu corrumpere.

Diabolus Berengario astare visus.

De puella dæmoniaca quæ Augustæ Vindelicorum Lutheranæ doctrinæ præconibus ad exorcizandum oblata, illisq; nihil proficientibus, tandem à Catholico Parocho liberata est.

CAP. XLII.

IN Diui Georgij suburbio Augustæ Vindelicorum habitauit anno Dominicæ Incarnationis 1563. quidam ciuis Michael Rosimannus Textor, qui habuit filiam Annam nomine, annum agentem vigesimum, quæ in mẽse Martio eiusdem anni, nocte à dæmone sollicitabatur vt sese ei dederet, nec diu post veluti mentis quandam impotentiam præ se ferre videbatur, Paulò post diabolus in specie teterrimę ac atræ felis in vaporarium prorui, multis ibidem cum eadem Anna præsentibus. Porrò ipsa Anna iam antea, ac deinceps manifestò à dæmone obsessa apparuit. Qui etiam miris & horrendis modis eam afflixit, adeò vt iamnunc eam abrepturus & ad inferos auc-

cturus videretur. Parentes à Martio ad ...
nij diem magnis impendijs quosdam co...
xerunt, qui filiæ curam haberent. Nec ...
rim prætermittunt opem & consilium im...
rare ministrorũ & præconum cõfessio...
gustanæ. Quorum plerique ad obsessam ...
ferunt, existimantes se per virtutem ...
Dei, dæmonem eiecturos. Verùm illi cr...
orcismis suis atque omni industria ac ...
suo nihil proficerent, mandarunt paren...
diligentem vt filiæ curam haberẽt: Deum ...
potentem qui tali afflictione filiam cru...
permitteret, ipsam vbi sibi visum esset, ...
liberaturum. Cùm hæc agerentur, ingress...
easdem ædes, in quibus puella obsessa de...
batur, virgo quędam Anna nomine, filia ...
dam M. Matthię Kapfferi, publici ciuitatis ...
gustanæ Chirurgi, cũ pedissequa nomine ...
gdalena, vt puellam tam diris modis ob...
ctam, pietatis affectu inducta, inuiseret. Q...
cùm horrendum in modum à dæmone dilac...
ciari cerneret, adeò vt ne vno quidem die ...
supereſſe posse putaret, euocauit parentes ...
vaporario, monens extremè necessarium esse, ...
vt quocunque possent modo filiæ succurrerent. ...
Et si quidem ipsis gratum sit, se missurum ad ...
quendam, quem omninò confidat, puellam di...
uina cooperante gratia liberaturum. Parentes ...
id gratanter acceperunt, rogantes eam, vt qu...
bus posset consilijs & auxilijs subueniret. Qui ...
protinus pedissequam suam vna cum M. Mat...
chio.

chioris Fabri, scholæ germanicæ præfecti vxore mittit ad Reuerẽdum D. Simonem Scheibenhardum, S. Theol. doctorem Catholicũ, pastorem D. Mauritij Augustæ, rogans vt ad infirmam venire non grauaretur. Ille existimãs communem esse infirmitatem, respondit, se pietatis ergo mox ipsas subsecuturum, etsi illibenter ad ea loca vadat, in quibus exulet religio Catholica. Interea mater obsessæ virginis, Annam Kapfferi filiam accedens, ait, maritum sibi mandasse, ne quenquam sacrificum in ædes admittat, vicinos enim dehortatos, insuperque dixisse, Deum qui hãc afflictionem filiæ permisisset obuenire, posse quoque eam curare: malle autem se ipsum cacodæmonem quàm sacrificum in ędes admittere. Ad quam Anna: nihil debere eam huius morari, præsentem esse ob oculos rei afflictissimæ miserrimum statum, quem & ipsi magistratui sit indicatura.

Interea dum D. Doctor Simon ædibus appropinquat, ecce puella obsessa mirum & horrendum in modum vociferatur, huc illucque sese iactitans. Vnde mox Anna Kapfferi interrogauit, quidnam desideret. Atque vbi eam potus desiderio teneri intellexit, aquam benedictam ei bibendam obtulit: qua exhausta, protinus puella in clamorem & fremitum resoluitur, totoque corpore coarctata, veluti inspiras reflectitur, capite ad pedes vsque incuruato, adeoque vt circumstantes viderent & ag-

Virtus aquæ benedictæ.

noſcerent aquæ benedictæ virtutem &
ni inprimis grauem & inimicam. Nec
ceps vllam requiem habuit obſeſſa, ita vt
ex quatuor viris ad puellæ cuſtodiam co
ctis, palam proteſtaretur: niſi parentes
nunc filiæ medelam procurent, ſe nec vr
ſam quidem vrbem Auguſtam in precinc
cepturum, pro vnius apud eam noctis per
lio: tam enim tetrum & horrendum fœ
ex gutture obſeſſæ prodijſſe, vt omnes ar
ti ſint ſe ſuffocandos.

Dum ſic puella diris modis ringitur ac
multuatur. Ven. D. Doctor Simon ædes
ingreditur. Progreſſuſque in vaporarium
gatur à circumſtantibus, vt propter Deum
præſenti afflictione & miſeria, quam poſſe
pem & conſilium præſtet. Reſpondet ille
pem & auxilium omne in ſolo Deo repoſi
eſſe. Illi ſi viſum fuerit, poſſe eam hinc
exonerare. Obſeſſa verò diris in eum fremit
conuitijs & contumelijs, nec non & blaſph
mias & plauſtra criminationum euomere, &
crifice, inquit, Deus te diſperdat, dimitte
iam nunc perſentio quid moliaris. Dem
poſt multa diuinarum comminationum
tamina cùm primùm diabolus D. Doctori
orcizanti inſultaret, ac deinde alias atque
as egrediendi vias & loca manſionis effl
ret, tandem cùm ſæpius repetita vice inſta
vrgendo, dæmonem coarctaret, ac grauiſſim
verbis præciperet, vt emigraret, multiſque
cur

contra tergiuersationes nectteret, & effugia quæreret dæmon, tandem puellam miris horribilibusque modis exagitauit, adeò vt collum ad capitis ipsius magnitudinem intumesceret, totumque os horrendum in modum nigresceret, lingua quoque informi & immodica longitudine ex ore promineret. Ad quem horrorem cùm parentes cum circumstantibus toti contremiscerent, omnesque nomen IESV inuocarent, respondit D. Doctor, missum iam facerent omnem timorem, iamiam enim rem feliciter conficiendam. Et ecce puella placidè recumbit, mandatque D. Doctor eam nunc liberam dimitti, quia benignissimus Deus ipsam liberasset. Moxq; puella oculis in cœlum eleuatis, manibusque complosis, Deo Opt. Max. summam tribuit laudem & gratiarum actionem, subiungens, se iam nunc agnoscere & intueri Deum ipsum in cœlis. Deinde ipsi Doctori Parocho maximas egit gratias, qui cùm crebrò eam interrogaret, sentirétne se modò liberatam, respõdit omninò. Postmodum interrogauit D. Parochus, anne quicquam videret, ait illa se ex opposito videre quendam tetra fronte, rubro capillitio & protensa lingua, qui eam indefesso nutu ad se inuitet. Quo audito D. Doctor Parochus monuit eam, vt ter sancto crucis signaculo se consignaret, dicendo IESVS Nazarenus rex Iudæorum. Quod cùm faceret, euanuit quidem ille malignus, sed mox reuersus est.

Diabolus signo crucis fugatur.

Eum planè in modum D. Doctor Simon pu-
lam Christianis dogmatibus erudiuit, doc-
quomodo in omnibus istis machinamẽtis
moniacis audacter diabolo renunciaret,
tamq́ue se diuinæ tutelæ committeret. Q
re illa rectè monenti libenter obsecuta e
que ita demùm post multa certamina ad
ue tempus quieti se tradidit. Porrò D. Do
ex parochia sua D. Georgij, Venerabil
cramentum SS. Eucharistiæ proferens,
multas pias & salubres admonitiones, pre
& exomologesin, idem Venerabile Sacram
tum puellæ administrauit, ac postea rur
interrogauit, num quidquam insolitum
terribile videret, Illa verò cùm nihil se
videre responderet, sed optimè secum ag
uina cooperante gratia, tandem R. D. Doc
parochus, discessum ab ea parans in dom
suam regressus est. Hæc omnia gesta sunt
præsentia multarum honestarum perso
quarum nomina habentur in libello germ
co, ex quo nos hæc transtulimus. Ipsa verò p
ella aliquot deinde diebus languore deten
est, at paulò post integrè conualuit, comm
bus vitæ humanæ officijs vacans.

*De altera puella dæmoniaca, in ducatu Iu-
censi quam sacrificus quidam Lutheranus
liberare vellet, miris dirisq́, modis à dæm
exceptus est: puella verò à Frãciscano Cath
lico, tribus dæmonijs eiectis, curata est.*

CAP. XLIII.

Anno

ANno 1582. in Martio, in ducatu Iuliacẽsi iuxta ciuitatem Marcoduram in territorio Birgell (ſicuti à pluribus oculatis & fidedignis teſtibus atque adeò ab ipſo ipſius territorij Domino in præſentia multorum ſpectabilium virorum audiuimus,) fuit quædam puella viginti plus minus annorum, quæ cùm à tribus dæmonijs obſideretur, miſerunt eius amici ad ciuitatem Marcoduram, in qua eſt monaſterium Franciſcanorum, rogantes, vt aliquis ex fratribus dignaretur afflictæ puellæ exorciſmis Eccleſiaſticis opitulari. Venit quidam ex fratribus, qui cùm rem aggreſſurus eſſet, quæſiuit vnum ex vicinis parochis, qui in laboribus exorciſmi ſibi aſsiſteret, & operam ſuam accommodaret. Cumque plerique detrectarent, obtulit tãdem ſe quidam, ordine quidem & charactere ſacerdos, ſed qui iam in doctrinam Lutheranam propendere cœperat, & concubina tanquam legitima (vti eam appellitabat) vxore vteretur, ſuſceptis ex ea aliquot liberis, iamque lectioni librorum nouæ religionis quandoque vacabat. Is igitur ſacrificus Franciſcano illo fratre iam exorciſmi laboribus nonnihil fatigato, in opus exorciſmi ſuccedit, compellat dęmonem, prȩcipit vt migret. Dæmon miris cachinnis & dicterijs hominem excipit, ait ſe nihilipendere ipſius exorciſmos, & niſi ea functione (nempè ſacerdotio) donatus eſſet, ſe ſine mora illum per deuia ſyluarum abrepturum. Teuton. Ich wold

bald mit dich durch den Busch fahren
tes du das ampt nit. Ineptissime Carrul
dæmon illum, per contemptum appella
vis tribus diuersis simul inseruire, Do
(denotans Ecclesiam) & isti Alteri, (desig
do Deum) & meretrici, quod est tibi imp
bile. Respondit sacrificus, Ego illam no
retricis, sed vxoris loco habeo. Scilicet, a
mon: Ego verò vtar illa aliquando loco c
li. Fertur enim vulgò eiusmodi genus m
tricum, vbi defunctę sint, sessoribus ag
dęmonijs. Posteà cùm Franciscanus ille a
geret sese ad sacrificandum, hic sacrific
milutheranus & vxoratus, (talis enim vol
haberi) accessit vt sacrificaturo minist
Puella verò obsessa, cùm nō procul à tem
in quo sacrificium fiebat, abesset, dæmon
stantes cœpit vociferari: Ineptus iste sac
culus vult isto sublimi in loco suum pes
ministerium, quo indignissimè fungitur. E
verò sic illum coarctabo, vt quàm primùm
animi angustia è loco isto sese proripi
Quod & factum est. Nam misellus ille,
nec in religione syncerus & vita dissolu
iam penè totus in ius & potestatem adver
concesserat, inuisibili dæmonis flagello fu
uexabatur, vt ab altari discedere compel
tur. Ita patet, dæmones istud hominum g
qui auitam & Catholicam religionem
rè non profitentur, eorundem exorcismo
solum non formidare, verumetiam illude

& ridere, imò illos ipsos potius in quasuis angustias adigere, coercere & coarctare, vt verum fiat illud Apostoli: cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Porrò Franciscanus ille, quia religione erat Catholicus, & religionem honestate vitæ decorabat, tandem tres illos dæmones omnes eiecit, quorum nomina (vt ipsi interrogati fatebantur) erant Bœbus, Lupus Barrabas. Interrogabantur prætereà à diuersis circumstantibus, quorum tres rem vt gesta est, referentes audiui, an singuli homines haberent angelum malum, responderunt, imò vel quinque. Rogati quoque an multi etiamnum cacodæmones delitescerent in inferno; dixerunt paucos admodum: nam vniuersos ferè occupari circa propagationem nouarum religionum. *Rom. 6.*

LEO Imperator in oratione encomiastica de Ioanne Chrysostomo, & Simeon Metaphrastes in vita D. Ioan. Chrysostomi Vxor præsidis Antiocheni dysenteria simul & hæresi laborans, cùm ad hæreticos confugeret, pro remedio, illis nihil conferre valentibus, tandem Ioan Chrysostomi consilio, aspersione aquæ benedictæ curatur, & à morbo & ab hæresi.

CAP. XLIV.

NEotericis hisce exéplis lubet iam peruetustum quoddam iucũda interpola- *Habetur in 1. tom. Surij 27. Ianuarij*

tione subijcere. Cùm plurimi apud Antioch
am hæresi Marcionis infecti essent, atque a
ipse Præses vrbis, Vxor eius morbo dysse
riæ diuinitus corripitur. Et ea quidem om
accersit, nihil autem ei prodest, sed omn
parte auxilio deficitur. Deinde quid? Cor
git ad hæreticos. Ij quoq; aggrediuntur a
um dierum vsq; precationem, nec quidq
proficiunt. Nescit rursus quid agat mulier
dem statuit ad virum diuinum confugere.
inde id dicit suo marito, persuadet. Postre
venit ad Dei seruum. Ioannes de his disce
cum episcopo, eis procedit obuiam, ex Ec
sia arcens tanquam indignos, arguit hæres
tunt ipsi veniam, assentiuntur veritati, m
mè autem mulier: Cùm sanctus aquam am
set, rogat Episcopum, vt facto signaculo m
eri aquam aspergat. Hoc cùm factum esse
tim mulier accipit sanitatem, reuersa sur
dibus, & pulchrè affecta reddens, quæcu
erat pollicita. Hoc fuit hæreticis dedec
probro & afflictioni, & causa vt virum
num maledictis incesserent. Ille autem om
quidem despiciebat, vni solum rei intend
nempè illorum saluti. Sed non persuade
Dolore autem affectus propter vniuersa
uitatem, lamentabatur, dicens: si seruator
ledictis incessabatur, idque cùm Deus esset
ingratis: qui hoc magnum in nos seruos
tamen fore, vt illorum casu Deus vniuer
castiget ciuitatem. Nondum autem nox
ratus,

rierat, & terræmotu tota concutitur ciuitas. Tenebris inuoluitur cõcilium hæreticorum, ad solum vsque deijcitur, & quęuis domus hęretici, & domus eorum fiunt eorum sepulchra, nulla læsa domo orthodoxorum. Propter hæc confirmabatur ciuitas, & augebatur fides, & Deus laudabatur.

Matthias Bredenbachius in Apologia libri de dissid. Eccl. compon. De quodam Lutherano, qui se deuouendo, inficians vera esse quæ dicebantur à monacho Catholico, subitanea morte percussus est.

CAP. XLV.

FVit mihi in hac schola Embricensi laborum socius Petrus Homphæus, non ille, qui postea factus est huius collegij Decanus, vir æterna memoria dignus, sed huius patruelis (doctrina, pietate & humanitate spectatissimus, etiamnum hoc anno 1583. superstes, ac Decanus Palatioli prope Treuirim.) Is aliquando è sua patria nauigio descendens, secum habuit præter cæteros in eadem naue duos monachos. Hos cùm quidam factionis Lutheranæ miris contumelijs, conuitijs, & disputandi contentionibus exagitaret, alter monachorũ placidis quidem verbis, sed rationibus tã granibus obuiauit, vt ille nihil haberet, qđ contradiceret. Cœpit itaq; deuouendo se insticiari vera esse, quæ dicerentur à monacho. Si, inqt, ista se ita habẽt, ꝑdat me subitanea morte hoc loco Deus. Atq; vna cũ ipso verbo efflauit animam.

Pet. Hõphæus Decanus Embricensis.

Se-

Sequentia ſeptem capita narrarunt nob
viri quidam doctrina & pietate con
cui, ac fide & integritate inprimis ve
rabiles, quæ in gratiam lectoris, & a
rum ædificationem ſubiungenda p
uimus: neque enim Deus rara iſta &
miranda fieri permittit, vt ſilentio ſe
liantur, ſed vt in edito poſita, oma
ſint in documentum & ædificatione

*De Anabaptiſta quodam, qui ſupplicio a
ctus matri ſuæ apparuit, indicans ſe perp
damnatum.*

CAP. XLVI.

D. Martinus Duncanus, Decanus Hag
ſis, vir doctrina & vitæ integra
commendatiſsimus, retulit ſe a
apud Harlemiam agente, ibidem conſti
circa annum Domini 1557. vt Anabaptiſta q
dam nomine Adrianus, matrem ſuam a
Catholicam conaretur in ſuam ſectam p
cere. Accidit autem Anabaptiſtam illum
carceres conijci, vltimoque ſupplicio adh
cari. Ad quod cùm iam deducendus eſſet,
ceſsit eum mater, rogans vt poſt obitum
appareret, ſeque de ſtatu ſuo certiorem re
ret. Quem ſi felicem cognoſceret, ſe in eiu
doctrinam conceſſuram. Filius ſupplicio a
ctus, paulò poſt matri apparuit in forma
rimi nigerrimiq; canis, aiens ſe eſſe filium
um, ac perpetuò damnatum.

De

De concionatore Caluiniſta qui ad populum concionaturus, præſente muliere Catholica, quæ eo die ſacram Euchariſtiam perceperat, diuinitus obmutuit.

CAP. XLVII.

VIr quidam Caluinianæ factionis habuit vxorem Catholicam quam multis verbis inducere ſatagebat, vt accederet cõcionem Caluiniſticã. Illa cùm diu reluctaretur, tandem aſperioribus verbis & minis perculſa, confeſſario ſuo rem aperuit, qui conſenſit, vt facta prius exomologeſi & percepta SS. Euchariſtia, viro pareret, & vna ſaltem vice concionem adiret. Obſecuta eſt illa conſilio confeſſarij & ſacramentorum participatione munita, ad concionem ſeſe contulit. Mirabile dictu: mox vt mulier concionem ingreſſa eſt, obmutuit concionator, nec verbum quidem effari porrò potuit. Itaque ſubſiſtens, ait: oportet intereſſe hic hominem aliquem, qui comedit panem à Papiſtis benedictum. Equidem hac vice vlterius concionando non progrediar, alias officio meo plenius ſatisfacturus. Maritus concioni eidem intererat, & videns concionatorem ob præſentiam hominis qui percepiſſet Euchariſtiam, diuinitus obmuteſcere, domum reuerſus, quæſiuit ex vxore, num eo mane ſumpſiſſet Euchariſtiam, quo concionem adijſſet: Illa factum non diffitente, mox agnouit fallaciam & impoſturas iſtius doctrinæ, quippè quæ adhibita ad lucem ſacramentorum

Virtus SS. Euchariſtiæ.

torum Ecclesię Catholicę, sic flauescere, ... ipsam vanitatis coargueret. Nec mora, ... uit luculentum excitari ignem. Vxor ig... quid vellet maritus, metuebat ne quid ... us in ipsam moliretur. Igne porrò iam ... so, ille protinus vniuersos suos istius no... tissimæ farinæ libros collegit, in ignem ... iecit, & combussit, & ad Catholicæ Ecc... gremium reuersus est.

Pueri quidam contemptis & omissis cære... nijs sacri baptismi baptizati, in morbum ... cidunt, quibus cæremonijs postmodum ... bitis conualescunt.

CAP. XLVIII.

PRope Delphos contigit pueros quos... in pagis baptizari, sed spretis & om... à baptizante cæremonijs Catholicæ ... clesię. Pueri isti postea omnes morbo co... sunt. Parentes puerorum videntes vltim... diuinam, rogarunt pastorem quendam Ca... licum Delphis tunc agentem, vt cæremo... quas sciebant antiquitus ritu Catholico ... bitas, nunc verò omissas, supplere non gra... retur. Quo peracto, mox omnes illi pueri ... guentes & infirmi conualuerunt. Id nobis ... rauit, quidam S. Theol. Licentiatus, vir doc... na & integritate vitæ commendatissimus, ... ex ore ipsius pastoris Catholici rem hanc, ... gesta est, cognouit.

De infirmo quodam, qui multis hæreticis ipsum alloquentibus, solius pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit.

CAP. XLIX.

IDem pastor Catholicus vocatus ad quendam ægrotum, inuenit istic congregatos complures hæreticos, rogatur vt ægrotum suo colloquio recreet & consoletur. Ille ad decumbentem propius accedens, monet vt in fide ac religione parentum & maiorum suorum constanter perseueret, ab ea nō deflectat, sed in eius confessione moriatur, serioq; proponat, si per Dei gratiam eousque cōualescat, Catholico ritu peccatorum suorum exomologesin facere. Paulò post infirmus nonnihil releuatus, & ad se reuersus, rogat, quisnam ex omnibus circumstantibus ille sit, qui eiusmodi verba ad se locutus esset: solam enim illius vocem & verba se intellexisse, cæterorum verò neminem, quid vellent vel dicerent, capere potuisse.

De puero, qui à patre Caluiniano, ad præconem Caluinistam vt baptizaretur delatus, repentè mortuus apparuit, relatusq́s ad puerperam Catholicam miraculose reuixit.

CAP. L.

DVValterus N. Canonicus nuper Antuerpiensis, modo autem post cleri & Catholicorum profligationem, in Collegio Tungrensi Canonicus existens, testis ocu-

oculatus narrauit, mulierem quandam C
licam eamque coniugatam, partu prol
nixam esse, quam cum illa Catholico ritu,
ritus verò hæreticus nouo illorum hom
schemate baptizari vellet, maritum vxo
erpera dormiente, prolem clam à latere
tris subripuisse, & ad Caluinisticæ fac
præconem baptizandam pertulisse. Ad
vbi peruentum est, præco iste prolem ba
turus, mortuam eam deprehendit, mox
patre expostulans, vt quid ipsum tali im
ra ludificari institueret, vt emortuam
lem ad baptismum adduceret? Pater in
to casu consternatus, mox domum reuer
cubiculum vxoris clam ingreditur, eam
tiamnum dormientem cernens, infante
à latere dormiẽtis claudestinè subduxer
dem arte suo rursum loco deponit. Tacit
gressu recedens, paulóque post tanquam
rem inuisurus in cubiculum regressus,
iam euigilantem alloquitur, rogat, quo
agatur, ac deinde, qui valeat infantulus.
antegestorum ignara, infantulum compl
bellè illum adhuc valere ait: viuumque
blandè exhibet. Pater rei miraculo
ctus, Caluinianos errores & hæreses
Catholicæ vxoris Catholicam fidem &
gionem constanter amplectitur.

De puero à matre Catholica ignaro patre Caluinista baptizato, qui cùm ad Caluinis-

num baptisma adduceretur, præco baptizaturus diuinitus obmutuit.

CAP. LI.

ANno Domini 1579. Amstelredami contigit mulierem quandam Catholicam eamque coniugatam peperisse. Maritus Caluinista voluit prolem ritu Caluiniano, mater verò Catholico more baptizari. Mater pertimescens maritum fore pertinaciorem, quàm vt vxoris desiderio cederet, ac tandem cernens illum ad Caluinianum baptisma petendum accingi, festinauit maritum præuenire, & extemporaneo baptismate (quia aliter non poterat) prolem baptizauit. Pater huius facti ignarus, prolem ad Ecclesiam Caluinianam defert vt baptizaretur. Præco Caluinista cùm ad baptizandum se componeret, diuino miraculo obmutescit, Maritus rem totam secum admirabundus expendens, re infecta domum regreditur. Interrogat vxorem, quid egisset circa puerum. Illa confessa est se eum baptizasse. Ac tandem rem altius considerans, sicuti præco ille diuina virtute repressus obmutuit, sic iste diuina gratia cooperante veterem errorem omnem excussit, & ad Catholicæ religionis obseruantiam redijt.

De Capitaneo quodam hæretico, qui monacho Catholico mortem interminatus ad horam duodecimam, ipse ante illam ipsam horam admirabili casu confossus est.

CAP. LII.

CVM oppidum Montis S. Gertrud
Belgio à principe Auriaco occup
esset, captus est, & in vincula con
D. Matthias Lyropius ordinis prædicat
Circa idem porrò tempus milites regi
niarum cœperant quendam nobilem
nis Auraicæ, quem se vita & libertate d
rum aiebant, si Dominicanus iste D. M
reciproco modo ab istis in libertate re
retur. Capitaneus verò Catholicæ relig
hostis iuratissimus hæc audiens, procli
nullo pacto se monachum istum dimitt
sed ante horam, inquit, duodecimam, s
ro, suspendetur. Contigit eadem hora
Auraicosque milites confligere, atque
cos succumbere. Qua clade accepta illi
prælio salui euaserant, in oppidum Mon
Gertrudis confugerunt, illatamque cla
niuersam mox perfidiæ capitanei im
runt. Ille metu perculsus, in penarium
dam sese abdidit, vbi à milite quodam
co deprehensus, eodem momento co
est, sic contigit vt ad horam vsque d
mam, qua fratri Dominicano vitæ sur
num posuerat, ipsemet superstes non e
raculosè quodammodo sublatus, ne
impiè proferret, quod perniciosè era
tus. Frater iste Matthias mirabiliter p
ceribus liberatus, etiamnum viuit, Bus
in Brabantia degens, religiosè viuens,

quentibus cõcionibus populum erudiens. Sic olim Antiochus, cùm superbè locutus esset, se venturum Hierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum, præciperetque accelerari negotium, currumque sine intermissione iuberet agitari (cœlesti eum iudicio perurgente) mox in eodem impetu de curru decidit, graui corporis collisione pcussus, ac deinde vermibus de corpore toto scaturientibus, fœtidissima & horribili morte peregrè in montibus interijt. Sic & Amon, in patibulum quod Mardochæo erexerat, ipse suspensus est. Sed & Nicanor cùm missus esset, vt vniuersum Iudęorum genus deleret, triumphum canens ante victoriam, promisit se nonaginta Iudæos talento distracturum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab omnipotẽte erat consecutura. Iudas enim Machabæus facto sibi adiutore omnipotente, interfecit de illius exercitu nouem millia hominum, maiorem autem partem vulneribus debilem factam fugere compulit. Pecunijs verò eorum qui ad emptionem ipsorum venerant sublatis, ipsos vsquequaque persecuti sunt. 2. Mach. 9.

De quodam hæretico in sacrum Ecclesiæ Kerpensis baptisterium, oletum faciente, diuinitus excœcato, & mox capto ac suspenso.

CAP. LIII.

CVm circa annum Domini 1579. oppidulum Kerpense non procul à ciuitate Co-

lonienſi diſsitum, diuerſis irruptionib
Statuum, vt vocant, nunc Regiorum mi
inuaderetur, miles quidam in Eccleſia,
bidem collegiata eſt, baptiſterium imp
pluſquàm Copronymiana cacauit, qui
poſt hunc ſacrilegum auſum, diuinitus
rum lumine priuatus eſt: cumque vagis
bus huc illucque oberraret, in hoſtes in
captus eſt, atq; ante ipſas valuas Eccleſiæ
impiè fœdauerat, laqueo ſuſpenſus. P
bruit mox ea fama multorum fide dig
ſermone per totam ciuitatem Agrippi
quam & Canonicus quidam Kerpenſis
diebus ſuo apud nos teſtimonio confir
Nõ quidem ſemper clementiſsimus De
immenſa ſua miſericordia & longanim
impios hæreticorum & ſacrilegorum co
extemplo vindicat, quandoque tamen
modi theomachos ſeuerè animaduert
paucorum exemplo alij terreãtur, ne
petuum diuitijs bonitatis eius abutan

De muliere Noueſiana hæretica quæ
annis templi ingreſſu abſtinens, ea
quearia & columnæ ex calce &
(vt irridens Eccleſiam dicitabat
eſſent tandem Deo vindice colum
ente oppreſſa eſt.

CAP. LIV.

APVD ciuitatem Noueſium in
Colonienſi, ſitum eſt monaſteriu
nonicorum regularium, quod hoc

1583. quibusdam ex causis dirui cœptum est, Fratribus istius loci in ipsum oppidum tutiori loco translatis. Erat autem in ciuitate mulier quædam, nouis dogmatibus infecta, plurimis annis ab Ecclesiarum ingressu abstinens. Quæ cùm aliquoties interrogaretur, cur non cum alijs Ecclesiam ingrederetur: plerunque respondebat vsitatum illud apud prophanos homines dicterium: Ecclesiæ columnas esse ex calce & lapidibus fabricatas, metuere se ne illæ corruentes, in caput ipsius concidant. Porrò cùm monasterium illud regularium Canonicorum certis ex causis circa ferias Paschales proximè elapsas dirueretur, mulier ista quæ Ecclesiarum vastatione magis quàm ædificatione & cultu earũ delectabatur, gratulata sibi dicitur, quod diem illum vixerit, quo in patria sua conspicere daretur demolitionem Ecclesiæ. Itaque festina progressa est ad locum monasterij Regularium, visura ipsam destructionem, comitata ancilla & altera puella admodum iuuencula. Cumque templum quod iam dirui cœptum erat, ipsa octaua Paschæ lętabunda ingressa esset, dirutoque tecto, multa nũc in eodem essent luxata, columna quædam ruinam minari cœpit, calce & lapillis quibusdam sensim decidentibus. Puella mulierem inclamat, vt loco discedat, atque imminenti ruinæ se subducat. Quod cùm semel atque iterum moneretur, nec acquiesceret illa, in præsentem perniciem suam nunc securior,

quæ antea tot annis ad cuiusuis templi ing
sum vel vera vel ficta, vt verisimilius est
midine trepidauerat, ecce subitò ingen
clesiæ columna corruit, ipsamque mulie
inopinato quidem, sed diuino casu pe
pessundat & conterit. Hæc cùm in freq
honoratissimorum virorum cõcessu qu
insignis vir narrasset, tandem & ex alijs, a
nique ex ipsius monasterij (in quo res c
git) antistite verissima cognoui. Sic vid
plerunque accidere, vt per quæ quis pe
per eadem etiam puniatur. Contemp
Ecclesiã, quia calce & caducis lapidibus c
pacta esset: Deus Ecclesiæ suæ vindex, pe
illam calce & caducis lapidibus oppri
interitum eius, & exemplum ac terrore
orum, vt discant homines prophani re
tius sentire & loqui de rebus diuinis & s
siasticis.

*De funesto interitu exercitus Gœsici, in sep
mana sancta carnibus vescentis & gen
dulgentis.*

CAP. LV.

ANno 1575. in septimana sancta, m
Comitis Ludouici à Nassavv cõte
religiõe veteri, carnibus passim ve
bantur, & immodica lætitia efferebãtur. Q
circa D. Philippus Olmenus, (q nobis m
belli Liuonici conscribendi olim suppe
uit) vir multæ experientiæ, magnæ pietat
nimi sagacis, resque futuras quandoq; p

tientis, feliciter in Domino defunctus. Parochum verò id temporis agens in loco non valdè à castris militum istorum remoto, suos confortabat, vt sacrum quadragesimę tempus pergerent religiosè peragere: illos quidē diuinis humanisque sanctionibus contemptis, nunc strenuè comessari carnibus, victitare & lętari, sed lugubre & funestum Pascha habituros: se verò ac suos fausto & felici Paschate gauisuros. Quod & factum. Nam Catholicis post exactos sanctæ quadragesimæ labores, Paschalem solennitatem festiuis gaudijs celebrantibus, ecce subitò feria 4. Paschæ, vniuersus ille Ludouici exercitus cum ipso Comite Ludouico, omnibusque antesignanis cæsus & interfectus est, pauciſsimis fuga saluatis. Adhuc escæ erāt in ore eorum, inquit Psalmista, & ira Dei ascendit super eos, & gladius Catholicorum deuorauit carnes & carniuoros. Hanc stragem Gerhardus Candidus in appendice historiarum Belgicarum Ioannis Meierij his verbis, succinctè, vt cætera omnia, annotauit. Decimoquarto, inquit, eiusdem mensis Aprilis die, auxiliares copiæ, quæ Auraici vires nitebantur firmare, in Ericeto Mokensi, vulgo auff der Mocker Heyden / ab Hispanis fusæ sunt, & disipatæ, præcipui exercitus duces, Ludouicus & Henricus Nassouij Comites, & Christophorus Palatinus, nec inter viuos, nec inter mortuos reperti. *Psal. 77.*

De Senatore Geneuensi, qui cùm supremi taris lapidem ad patibuli locum trans lisset, vt damnati in illo plecterentur, pr in eodem decollatus est.

CAP. LVI.

EXcusus est Antuerpiæ anno 1568. ab E nuële Tronesio dialogus Passeuant Pasquini idiomate Belgico, de vi moribus Caluini, Vireti, Bezæ, & aliorum probatus à Commissarijs Regiæ Maiestat quo cũ multa de artibus & stratagematis rum hominum retulisset author, (qui gra bus de causis, in prologo commemoratis, men suum dissimulandum duxit,) tãdem libelli finem, quædam recenset digna mem ratu. Ait enim, quendam ex Optimatibu neuæ consilio & authoritate sua obtinu vt in basilica primaria D. Petro Apostolo secrata, summi altaris lapis, (quem Innoc tius III. & alij canonum authores mensam taris vocant) loco moueretur, & in locum plicij transferretur, vt damnati in eodem collarentur, idque in contumeliam & con temptum tremendorum mysteriorum. Co tigisse verò deinde, vt idem ille quantum primarius Senator Geneuensis, primus in dem lapide capitali censura plecteretur, si star Aman, qui suspensus est in patibulo, quo Mardochæo parauerat.

Extr. ligne is ædificijs, de cõsec. Eccles.

Esthe. 7.

De matrona Geneuensi quæ Deiparam virginem & sacerdotes irridens prolemque suam à sacerdote baptizari nolens, mortuam sobolem postridie enixa est.

CAP. LVII.

REfertur in eodem Dialogo, iam tertiũm excuſo (vt author in præfatione ſcribit) quod cùm Pharellus & Viretus primũ Geneuę ſecretò concionarentur, & Catholico ritu in ſolenni quodam feſto virginis Deiparæ, Proceſsio cum SS. reliquiarum deportatione inſtitueretur, matrona quædam primaria, S. Deiparam & ſacerdotes irriſit. Poſtridie enixa ſit puerum mortuum. Quo viſo, apertè ſiniſtram ſuam machinationem confeſſa ſit, nimirum ſe iam antea decreuiſſe, non permittere prolem ſuam à quoquam ſacerdote baptizari, ſicuti nec baptizata eſt.

De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce ſe ſignantem contra vim tempeſtatis, irridens, fulmine interyt.

CAP. LVIII.

SVbiungitur & aliud in eodem Dialogo, memoratu dignũ de duobus Geneua Lauſannam euntibus, cumque tempeſtas grauis ingrueret, cum tonitruo & fulgure, atque alter illorum ſe ſignaculo S. crucis antiquiſsimo Chriſtianorum ritu muniret, alter eum irridens, ſiccine, inquit, vis muſcas à naſo tuo abigere? (nam huiuſmodi facetijs omnia ſacra ludificantur) & ecce protinus denuò cœlum

intonat, idemque ille irrisor fulmine per[...]
sus emoritur, altero isto cruce signato inco[...]
mi manente, qui mox rem gestam per to[...]
Geneuam diuulgauit. Ad omnē progres[...]
inquit Tertullianus, atque promotum, ad o[...]
nem aditum & exitum, ad vestitum, & cal[...]
tum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad c[...]
lia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio[...]
ercet, frontem crucis signaculo terimus.

Lib. de corona milit.

Excerptum ex literis D. Ioannis Busæi T[...]logi societatis IESV. De hæretico [...] Eucharistiam violante, ex qua cum [...]sus sanguis proflueret, hæreticus ad Ca[...] fidem conuersus est.

CAP. LIX.

HOC anno 1583. Viennæ Austriæ [...] quidam lignarius, hęreticus & imp[...] nocte se abdiderat in templo quod [...]citur Virginum Scotarum: intempesta [...] nocte perfringit cancellos domunculæ SS. [...]cramenti, & ex hostijs paruis, quas multas [...]uenit, alias abijcit in terram, & pedibus [...]culcat, alias dentibus arrodit, alias verò re[...]uandas recondit in sacco caligarum suarum, paulò post sentit madescere indusium [...] saccum, extrahit, & totum sanguinolentum esse deprehendit. Mane cùm ostium templi [...]periretur, licèt latere se putaret, sacrilegus [...]pitur, hostias quæ in sacco erant, omnes [...]guinolentas inueniunt, & cum reuerenti[...] loco sacro, vbi adhuc reseruantur, repo[...]

Sacrilegus autem ad fidem Cathol. conuersus, propter manifestum omnibus sacrilegij crimen, capite plectitur.

R. D. Ioannes Dantius Ecclesiæ Resensis Decanus, vir doctrina & pietate insignis superioribus diebus ad nos perscripsit historiam, inprimis memorabilem, quæ tametsi una cum præcedenti, atque ea quæ supra cap. 56. habetur, ad librum primum pertineant, non inconcinnè tamen, (quia hæreticis acciderunt.) huic libro eas inseri posse in gratiam Lectoris, existimauimus.

Epistola D. Ioannis Dantij, Decani Resensis ad Bredenbachium.

SALVE in Christo præstantissime D. Doctor, amice integerrime. Salue quantum velis, & quoties R. T. recordor: recordor autem ferè quotidie, maximè cùm in oculos manusque incurrunt lucubrationes seu parentis optimi, seu vestræ. Ago semel immensas gratias D. Doctori, quod hactenus nihil, quod sciam, prælo commiserit, cuius non exemplar aliquod communicauerit suo Dantio. Lætus nunc & auidus expecto miraculosas illas & æterna memoria dignas, ex optimis quibusq; scriptoribus collectas historias, quibus DEVS omnipotens sua sacrosancta mysteria, charissimam matrem &c. honorare, suisque electis cõmendare dignatus est. Contuli, aliquoties de materię præstantia & dignitate cum pio sacerdote D. Iacobo Plurenio: qui non ita pridem

dem ostensis literis nostri Bredenbachij se-
ficauit, illum peculiarem locum sibi rese-
se τοὶς παραλειπομένοις. Itaque facere no-
tui, quin R. tua insigne miraculum, & per
driam, Cliuiam, Hollandiam, finitimo
populos notissimum, quodque ex pa
Nouiomagensibus apud Calcariam exu
bus infallibiliter cognouimus, de qu
minus dubitandum, quàm de subitanea
Ananiæ & Sapphiræ apud Lucam, comm
carem. Quod si tempestiuè satis ad vos p
ri contingat, & T. R. dignum iudicet, c
cus saltem extremus in opere concedatu
terit illud T. R. quoad phrasin attinet no
hil mutare, & re eadem permanente suo
vestire. Nos enim historiam ab ipso D.
thonio vernaculo sermone scriptam a
bum propemodum in latinum conuert
idque ex tempore. His paucis T. R. C
φιλανθρώπῳ æternum cõmendatam cup
Alias copiosius: salutant te officiosè fra
na cum sorore. Vale prædilecte D. Bred
chi. Subitò Ressæ, xvij. die Iulij, anno A
LXXXIII.

Præst. R. T.

ad quæuis obsequia p
Io. Dantius E.

Mon

Memorabilis historia de quodam hæretico in SS. Eucharistiam blasphemo, eiusq; horrendo interitu.

CAP. LX.

ANno Dominicæ Incarnationis 1561. antequàm Geusicus furor effrenatius erũperet, nõ minus horrendum quàm memorabile signum circa venerabilem Eucharistiam edidit Deus Opt. Max. Nouiomagij ad Wahalim fluuium, quæ ciuitas in ducatu Geldriæ & antiquitate & populi frequentia & mercimonijs priuilegijsque celeberrima est. Accidit ibi feria secunda Paschæ (quæ tum incidit in septimum diem Aprilis) circiter horam diei nonam, vt sermone in Ecclesia Parochiali simul & collegiata, quæ protomartyri Stephano sacra est, absoluto, alter parochorum nomine Anthonius Vorstius vna cum ædituo seu custode templi Ioanne Haeps accerseretur ad ægrotantem mulierculam, quæ in solenni die Dominicæ resurrectionis ob corporis imbecillitatem in templo non communicârat. Decumbebat autem mulier in platea regularium, sic dicta, quod via illa per fundum Canonicorum regularium in ea vrbe cõmorantium iam olim sit munita. Porrò in altiore vici parte, prope Vallum oppidi taberna erat meritoria, in qua parum honestè tunc temporis diuersabantur viri duo iuuenes: vni Nouiomagium patria erat, alteri Traiectum superius ad Mosam. Vtroque ibidem tum ouũ

Pas-

Paſchale, quod vocant ſolito more elixum
nibus oſtentante, certamen initur inter
idque periculo hauriendi poculi cereum
vter ſuum prius ouum glutire queat. Inte
aduentat paſtor prædictus, cum Venerabil
cramento ouiculam ſuam infirmam in
nia cõmorantem refecturus. Audita per
team nola, quæ præferebatur Euchariſtiæ
ter ille, qui Traiectenſis erat, in contem
tremendi myſterij, audacter dixit ad ſoci
ſuum, Ego ouum iſtud, quod manu teneo,
us deglutiuero, quàm ægrotans mulier
deaſtrum illum, (teutonicè das gaedge
Dixit, & protinus hians, ouum in os imm
volens traijcere illud per gulam. Sed ecce
ſentiſsimam Dei vindictam, qua præpe
nullo modo ouum tranſmittere potuit.
rente autem illo in faucibus, cùm miſer
mo ſe ſtatim ſuffocatum iri, nec ſpem vi
liquam videret, oculis horribiliter cont
conſpicit candelam ſebaceam ex clavo
dentem. Arripit celerrimè ſebaceum, &
que mora inijcit ori, cupiens conanſque
dela tali protrudere ouum, ſed fruſtrà.
enim aliud effecit, quàm quòd ſebo
in gutture apud ouum relicto, ellychnium
ſeu fila nuda retraxerit. Hac ſpe fruſtratus
mi procumbit inſtar bouis mactati, memo
loquendique facultate omnino priuatus
ſupinus iacens, fuliginoſum & velut Acth
picum induit vultum: & gutture diuina
os.

one confracto triſtiſsimam efflat animam, Parocho memorato cum ſacroſancto illo pane cœli aſtante. Is enim, ſimulatque infirmam cõmunionis participem feciſſet, ex illa domo rediẽs, audit miſerabiles voces ex taberna vicina reſonantes: horrore perculſus intro currit cum Venerabili Sacramento, rogat quid illic ſit negocij, audit ex ore præſentium rei geſtæ ſeriem, hominem diuinitus percuſſum videt humi palpitantem, & cum morte certantem, & paulò poſt expirantis guttur fractum, ouo nunc inſtar tuberis intercutanei in altero colli latere, & non in faucibus reſidente. Hæc ego ad verbum ſcribo ex ore ipſius Parochi, Domini Antonij Vorſtenſis, qui apud Nouiomagenſes curam geſsit animarum annis 26. & amplius magna cum laude, vſque ad extremos furores Geuſiorum, Parochus pariter & Canonicus ibidem: in præſens autem ob verbi diuini gratiam & bonitatem ſuam Catholico Reſenſium gregi gratiſsimus paſtor. Miraculum iſtud nulla vnquam obliuioni obliterandum, non ſermone tantum omnium ferè Belgij habitatorum, verum etiam publico carmine celebratur, quod ab omnipotente miſericordia Dei profectum creditur, ad conſtabiliendam Catholicæ fidei veritatem, quo tempore grauiſsima imminebat perſecutio.

De quodam Antuerpiensi in Ven. Pa[illegible] societatis IESV recenter vrbe eiectos [illegible] tumelioso, eiusq́; diuina vltione.

CAP. LXI.

VIR quidam doctrina & pietate spe[illegible] tissimus nuper Antuerpia ad nos [illegible] scripsit, quod cùm Ven. Patres soc[illegible] tis IESV è Collegio suo recenter istic[illegible] erecto, factiosorum hominum opera e[illegible] vrbeq́ue excedere iussi essent, totaq́ue [illegible] Collegij domus vacua esset ac desolata, [illegible] dam Caluinisticæ factionis sectator in e[illegible] proripuit, & colligati straminis fascicu[illegible] (qui ædibus pestis contagio infectis app[illegible] consueuit) è fenestra suspendit, in der[illegible] & contumeliam Patrum, moxq́ue alius [illegible] dam eiusdem factionis, ostium pulsauit [illegible] ter verò qui fasciculum suspenderat, [illegible] inquit, hic pulsas? vidésne insigne pes[illegible] tiæ? vniuersi hic peste sunt sublati. Eodem [illegible] pestis domum istius irrisoris inuasit, cùm [illegible] men ante nulla circumquaque esset pestis co[illegible] tagio.

De quibusdam factiosis, qui cùm sacris [illegible] tanijs & sacerdotibus insultassent, de [illegible] rum exilio festum diem agerent, diuinam [illegible] persenserunt vltionem.

CAP. LXII.

CIrca idem tempus, cùm Antuerpiæ [illegible] platea cochlearia vulgò appellata, [illegible] riq; rerum nouarum studiosi conuen[illegible]

sent, diemque festum agerent ob Patres Societatis IESV vrbe submotos, ac pernam bene elixam in medium plateæ adferentes, læti epularentur, ac deinde ad choreas, & tripudia sese dederent, ecce paulò post, istius plateę habitatores tã sæua inuasit pestis, vt circiter 40. ea lue statim extinguerentur, inter quos & capitaneus, & prȩcipui incolę istius loci fuerũt. Ijdem quoq; paucos ante menses, Catholicos scommatibus & dicterijs diuexârant, cùm iuxta antiquissimũ totius Ecclesiæ Catholicæ ritum, in diebus Rogationũ ab æde sacra D. Michaëlis, ad basilicam Deiparæ virginis sacras Litanias solenniter & religiosè peragerent. Vtriusque facinoris impietatem, vna vltione Deus vindicauit, vt qui antea dissimulando se mitem & longanimem ostenderat, nunc vindicando, se Deum vltionis declararet.

De quodam hæretico in sacri ieiunij religionem & tremendum sacrificium contumelioso, eiusq; funesto interitu.

CAP. LXIII.

COntigit prope ciuitatem Hardervvickum, Catholicum quendam in die Cinerum, agere in diuersorio inter hæreticos, qui cùm ientaculum sumerẽt, & Catholicum inuitarent, vt cum ipsis ientaretur, isque antiqua ieiunij religione ductus, renueret, illi hominem dicterijs & contumelijs exceperunt, dictitantes, si sacrum audisset, iam faciliorem fore ad ientandum. Euestigiò quidam

dam ex illis prosiliens, ego, inquit, op
hanc illi facilè præstitero, arreptumq; d
mensarium eleuauit in despectum trem
sacrificij SS. Eucharistię, moxq; eleuata m
brachia obriguêre, vt ad se reducere no
set, pauloque post in eodem loco exp
Hæc, vna cum præcedenti historia à vir
gerrimis & fidedignissimis ad nos p
sunt.

De quodam Præcone Euangelico, in E
Cathol. cæremonias & eleuationem SS.
charistiæ contumelioso, eiusq; vltione

CAP. LXIV.

ANno Dominicę Incarnationis pri
ueducis Brabantiæ contigit (ficut
ro admodum fidedigno, qui id co
ris Sylueducis fuit, accepimus,) vt quidam
uorum dogmatum præco, in Ecclesia pa
li D. Petri Apostoli concionaretur, q
inter cętera eleuationem SS. Eucharistię
cachinnis & contumelijs exagitaret, ri
Catholicæ Ecclesiæ cæremonias effren
rum petulãtia proscinderet, mox in ipsi
gestu, inter ipsa profanæ sermocinat
ludibria, diuinitus morbo corripitu
animamque non multò post ex
halat, & clam à suis se
pelitur.

COLL

COLLATIONVM SACRARVM LIBER OCTAVVS.

DE IVCVNDIS AC TERRIBILIBVS QVORVNDAM visionibus.

D. Gregor. Magnus homil. 19. in Euangelia exhortans, vt tempestiuè à peccatis resipiscamus, sequens exemplum commemorat.

CAP. PRIMVM.

REM fratres, quæ nuper contigit, refero, vt si vos peccatores ex corde esse conspicitis, omnipotentis Dei misericordiam ampliùs ametis. Præsenti anno in monasterio meo, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli Ecclesiam situm est, frater quidam ad conuersionem venit, deuotè susceptus est, sed ipse deuotius est conuersatus. Hunc ad monasterium frater suus corpore non corde sequutus est. Nam valde conuersationis vitam & habitum detestans, in monasterio vt hospes habitabat, & monachorum vitam moribus fugiens, recedere à monasterij habitatione nõ poterat: quia vel quid ageret, vel vnde viueret, non habebat. Erat eius prauitas cunctis one-

rosa, sed hunc omnes æquanimiter pro fra
eius amore tolerabant. Nam superbus &
bricus, si qua post hoc sæculum sequeren
ta, nesciebat. Irridebat verò, si quis e
prædicare voluisset. Itaque cum habitu
lari viuebat in monasterio, verbis leuis,
bus instabilis, mente tumidus, veste inco
situs, actione dissipatus. Mense autem
nuper elapso, huius quam nostis pestil
clade percussus est: qui ad extremum ve
vrgeri cœpit, vt animam redderet. Et
iam corporis parte præmortua, vitalis
in solo pectore & lingua remanserat. F
aderant, eiusque exitum inquantum De
giente poterant, oratione tuebantur. A
subitò ad deuorandum se draconem v
conspiciens, magnis vocibus cœpit cla
dicens: Ecce draconi ad deuorandum
sum, qui propter vestram præsentiam de
re me non potest. Quid mihi moram fac
date locum vt ei deuorare me liceat. Cu
hunc fratres vt signum sibi crucis impr
ret, admonerent, respondebat virtute qua
terat, dicens: Volo me signare, sed nó po
quia à dracone premor. Spumæ oris eius
em meam liniunt, guttur meum eius ore
catur. Ecce ab eo brachia mea comprimu
qui iam & caput meum in suo ore absc
Cumque hoc ille pallens & tremens &
ens diceret, cœperunt fratres vehemen
rationibus insistere, & oppressum dra

Draco agenti in extremis apparet.

Signũ S. crucis olim in periculis vsitatum.

Draco fugatur orationibus circumstantium.

præsentia suis precibus adiuuare. Tunc repentè liberatus magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Deo gratias. Ecce discessit, ecce exijt, ante orationes vestras fugit draco, qui me acceperat. Mox autem seruiturum se Deo, & esse se monachum deuouit: atque à tempore illo nunc vsque febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vitæ restitutus non est. Quia enim longis & diuturnis iniquitatibus pressus est, longo languore fatigatur, & durum cor ignis purgationis durior concremat: quia diuina dispensatione agitur, vt prolixiora vicia ægritudo prolixior exurat. Quis illum vnquam seruari ad conuersionem crederet? quis tantam DEI misericordiam considerare sufficiat?

Idem homelia 12. in Euangelia de horribili morte Chrysaorij, exhortans vt tempestiuè ad meliorem vite statum nos componamus.

CAP. II.

REM fratres charissimi refero, quam si intentè audire vult charitas vestra, ex cõsideratione illius vehementer instruitur. Quidam vir nobilis in Valeria prouincia nomine Chrysaorius fuit, quem lingua rustica populus Chrysorium vocabat, vir valdè idoneus, sed tantum plenus vicijs quantum rebus: superbia tumidus, carnis suæ voluptatibus subditus, in acquirendis rebus auaritiæ fa-

cibus accensus. Sed cùm tot malis Domin
nem ponere decreuisset, sicut à religioso
quodam, qui nunc supersest, propinquo
didici, corporis languore percussus est.

Teterrimi dæmones Chrysaorio in extremis constituto apparent.

ad extremum veniens, eadem hora, qua
de corpore erat exiturus, apertis oculis
tetros & nigerrimos spiritus coram se a
re, & vehemẽter imminere, vt ad inferni
stra se raperent. Cœpit tremere, palle
sudare, & magnis vocibus inducias peter
lium̃que suum nomine Maximum, quem
iam monachus monachum vidi, nimijs &
batis clamoribus vocare, dicens: Maxime
re, Maxime curre, nunquam tibi aliquid
feci, in fidem tuam me suscipe. Turbatus
Maximus affuit, lugens & perstrepens
conuenit. Eos autem quos ille insistentes
grauiter tolerabat, ipsi malignos spiritus
dere non poterant, sed eorum præsentiam
confusione, in pallore ac tremore, illi
trahebatur, videbant. Pauore autem terre
rum imaginis, huc illucq; vertebatur in
lo. Iacebat in sinistro latere, aspectum
ferre non poterat: vertebatur ad parietem,
aderant. Cumque constrictus nimis
se non posse desperaret, cœpit magnis
bus clamare, dicens: Inducias vel vsque
inducias vel vsque mane. Sed cùm hæc
ret in ipsis suis vocibus de habitaculo
nis euulsus est. De quo nimirum constat,
pro nobis ista non pro se viderit, vt

Dæmonũ aspectus horrẽdus.

Exẽpla peremptorum nobis in cautelã dãtur, ne & nos pereamus.

nobis proficiat, quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse quid profuit, qui easdem inducias, quas petijt, non accepit? Nos ergo fratres charissimi nunc sollicitè ista cogitemus, ne nobis in vacuum tempora pereant, & tunc quæramus ad benè agendum viuere, cùm iam compellimur de corpore exire.

Ven. Beda libr. 5. cap 14. historiæ Anglicanæ. De visione cuiusdam qui commissorum pœnitentiam differens, moriturus, vidit dæmones codicem adferentes, in quo omnia sua peccata conscripta inuenit.

CAP. III.

FVit quidam in prouincia Merciorum, cuius visiones ac verba & cõuersatio plurimis, sed non sibimetipsi profuit. Fuit autem quidã temporibus Coenredi, qui post Edilredum regnauit, vir in laico habitu atque officio militari positus, sed quantum pro industria exteriori regi placens, tantum pro interna suimet negligentia displicens. Admonebat ergo illum sedulò, vt confiteretur, & emendaret, ac relinqueret scelera sua, priusquàm subito mortis superuentu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verùm ille licèt frequenter admonitus spernebat verba salutis, seseque tempore sequenti pœnitentiam acturum esse promittebat. Inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum, atque acri

cœpit dolore torqueri. Ad quem ingr
rex, (diligebat enim eum) multum horta
tur, vt vel tunc antequàm moreretur pœni
tiam ageret commissorum. At ille respo
bat: Non se nunc velle confiteri peccata
sed cùm ab infirmitate resurgeret, ne forta
probrarent sibi sodales, quod timore mo
faceret ea, quæ sospes facere noluerat. Fe
ter quidem vt sibi videbatur locutus, sed
serabiliter, vt postea patuit dæmoniacæ
de seductus est. Cumque morbo ingraue
te denuò ad eum visitandum ac docendum
intraret, clamauit statim miserabili v
Quid vis modo? Quid huc veniſti? Non e
mihi aliquid vtilitatis aut salutis pote
conferre. At ille. Noli, inquit, ita loqu
vt sanum sapias: Non, inquit, insanio, sed
simam mihi conscientiam certus præ
habeo. Et quid, inquit, hoc est. Paulò ant
quit, intrauerunt domum hanc duo puber
rimi iuuenes, & residerunt circa me, vn
caput, & vnus ad pedes. Protulitque vn
bellum perpulchrum, sed vehementer mo
cum, ac mihi ad legendum dedit, in quo
nia, quæ vnquam bona feceram intuens
ta repperi, & hæc erant nimium pauca &
dica. Receperunt codicem, neque aliquid
hi dicebant. Tunc subitò superuenit exer
tus malignorum & horrendorum vultu
tuum, domumque hanc & exterius obsed
intus maxima ex parte residens implen

Tum

Tunc ille, qui & obſcuritate tenebroſæ faciei & primatu ſedis maior eſſe videbatur eorum, proferens codicem horrendæ viſionis, & magnitudinis enormis, & ponderis penè importabilis, iuſsit vni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferri. Quem cùm legiſſem, inueni omnia ſcelera, non ſolùm quæ opere vel verbo, ſed etiam quæ tenuiſsima cogitatione peccaui, manifeſtiſsimè in eo tetris eſſe deſcripta literis. Dicebatque ad illos, qui mihi aſſederant, viros albatos & præclaros: Quid hic ſedetis, ſcientes certiſsimè, quia noſter eſt iſte? Reſponderunt: Verum dicitis, accipite & in cumulum damnationis veſtræ ducite. Quo dicto ſtatim diſparuerunt. Surgenteſque duo nequiſsimi ſpiritus habentes in manibus furcas, percuſſerunt me, vnus in capite, & alius in pede. Qui videlicet modò cum magno tormento irrepunt mea viſcera in interiora corporis mei, moxque ad inuicem peruenient, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni clauſtra pertrahar. Sic loquebatur miſer deſperans, & non multò poſt defunctus pœnitentiam quam ad breue tempus cum fructu veniæ facere ſuperſedit, in æternum ſine fructu pœnis ſubditus facit. De quo conſtat, quia (ſicut beatus Papa Gregorius de quibuſdam ſcribit) non pro ſe iſta, cui non profuêre, ſed pro alijs viderit, qui eius interitum cognoſcentes, differre tempus pœnitentiæ, dum vacat, timerent, ne improuiſo mortis ar-

ticulo præuenti, impœnitentes perirẽt. Q
autem codices diuersos per bonos siue ma
spiritus sibi vidit offerri, ob id superna dis
satione factum est, vt meminerimus fact
cogitationes nostras non in ventum diffl
sed ad examen summi iudicis cuncta ser
& siue per amicos angelos in fine nobis o
denda, siue per hostes. Quod verò prius ca
dum codicem protulerunt angeli, deinc
trum dæmones, illi perparuũ, isti enorm
animaduertendum est, quod in prima
bona aliqua fecit, quæ tamen vniuersa p
agendo iuuenis obnubilauit. Quod si eccu
rio errores pueritiæ corrigere in adolesc
tia, ac benefaciendo à Dei oculis absco
curasset, posset eorum numero sociari, de
bus ait Psalmus: Beati quorum remiss
iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
historiã sicut à venerabili antistite Pecht
mo didici, simpliciter ob salutem legen
siue audientium, narrandam esse putaui.

Facta & cogitationes nostræ nõ in vẽtum diffluũt, sed ad examẽ seruantur.

Venerab. Beda libr. 5. cap. 15. historiæ Anglicanæ. De quodam, qui ad castigationem tam conuerti differens, licèt sæpius admonitus, vidit deputatum sibi apud inferos pœnarum locum.

CAP. IV.

NOVI ipse fratrem, quem vtinam n
nossem, cuius etiam nomen, si hoc
quid prodesset, dicere possem, positum
in monasterio nobili, sed ipsum ignobilem
vitæ

viuentem. Corripiebatur quidem sedulò à fratribus ac maioribus loci, atque ad castigatiorem vitam conuerti admonebatur. Et quamuis eos audire noluisset, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob necessitatem operum ipsius exteriorum: erat enim fabrili arte singularis. Seruiebat autem multum ebrietati, & ceteris vitæ remissioris illecebris, magisque in officina sua die noctuque residere, quam ad psallendum atque orandum in Ecclesia, audiendumque cum fratribus verbum vitæ, concurrere consueuerat. Vnde accidit illi (quod solent dicere quidam) quia qui non vult Ecclesiæ ianuam sponte humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam inferni non spontè damnatus introduci. Percussus enim languore, atque ad extrema perductus, vocauit fratres, & multum mœrens, ac damnato similis cœpit narrare, quia videret inferos apertos, & sathanam immersum in profundum tartari. Caiphan quoque, cum cæteris, qui occiderunt dominum iuxta eum flammis vltricibus contraditum. In quorum vicinia, inquit, heu misero mihi locum aspicio æternæ perditionis esse præparatum. Audientes hæc fratres, cœperũt diligenter exhortari, vt vel tunc positus adhuc in corpore pœnitentiam ageret. Respondebat ille desperans: Non est mihi modo tempus vitam mutandi, cùm ipse viderim iudicium meum iam esse completum. Talia dicens sine viatico salutis obijt, & corpus eius in vlti-

mis

mis est monasterij locis humatum, neque
quis pro eo vel Missas facere, vel Psalmos
tare, vel saltem orare præsumebat. O quá
di distantia diuisit Dominus lucem &
bras. Beatus Protomartyr Stephanus pas
mortem pro veritate, vidit cœlos aperto
dit gloriam Dei, & IESVM stantem à de
Dei. Et vbi erat ipse futurus post morte
oculos mētis ante mortem, quò lætior acc
beret, misit. At contra faber ille tene
mentis & actionis imminente morte vid
perta tartara, vidit damnationem diabo
sequacium eius. Vidit etiam suum infel
ter tales carcerem, quò miserabilius ip
perata salute periret, sed viuentibus, qu
cognouissent causam salutis sua ꝓditio
linqueret. Factum est hoc nuper in pro
Berniciorum, ac longe lateque diffamat
multosque ad agendam & non differe
scelerum suorum pœnitentiam prouoc
Quod vtinam exhinc etiam nostrarum
ctione literarum.

*D. Augustinus lib. de cura pro mortuis ger
da c. 12. De mirabili visione cuiusdam C
ma Tulliensis.*

CAP. V.

HOmo quidam Curma nomine, m
pij Tulliensis, quod Hipponi pro
est, curialis pauper, vir illius lo
umuiralitius & simpliciter rusticanus, c
grotaret ablatis sensibus penè mortuus

aliquot diebus : tenuissimus flatus in naribus, qui manu admota vtcunque sentiebatur, & exiguum erat viuentis indicium, illum sepeliri vt exanimem non sinebat. Nullos artus mouebat, nulla sumebat alimenta: nihil oculis, nihil vllo alio sensu corporis qualibet impacta molestia sentiebat. Videbat tamen multa velut in somnis, quæ tandem aliquâdo post dies plurimos quasi vigilans, visa narrauit. Ac primùm mox vt aperuit oculos, eat aliquis, inquit, ad domum Curmæ fabri ferrari, & videat quid ibi agatur. Quò cùm itum esset, inuentus est mortuus eo momento quo iste fuerat sensibus redditus, & penè à morte reuixerat. Tunc intentis qui aderant, illum exhiberi iussum esse, quando ipse dimissus est, indicabat: seque illic vnde redierat, dixit audisse, quod non Curma curialis, sed Curma faber ferrarius ad loca illa mortuorum præceptus fuisset adduci. In illis ergo visis tanquam in somnijs, fuit inter eos defunctos quos videbat pro meritorum varietate tractari. Agnouit etiam nonnullos quos nouerat viuos. Ipsos autem verè mortuos forsitan credidissem, si non inter illa quasi somnia sua, vidisset etiâ quosdam qui nunc vsque adhuc viuunt, clericos videlicet aliquos regionis suæ, à quorum ibi presbytero audiuit, vt apud Hipponem baptizaretur à me, quod & factum esse dicebat. Viderat itaque in illa visione presbyterum, clericos, meipsum, nondum scilicet mortuos, in

qua

qua postea vidit & mortuos. Cur non et
illos sicut nos vidisse credatur, vtrosque sc
cet absentes atque nescientes: ac per hoc
ipsos, sed similitudines eorum, sicut etiam
corum. Nam & fundũ vidit vbi erat ille
clericis presbyter, & Hipponem, vbi
quasi baptizatus est. In quibus locis pro
non erat, quãdo illic sibi esse videbatur.
quid ibi ageretur eo tempore nesciebat,
proculdubiò sciret, si verè ibi esset. Visa
igitur ista quæ non præstantur in ipsis reb
sunt, sed in quibusdam rerum imaginibus
umbrantur. Denique post multa quæ vid
tiam in paradisum se introductum esse na
uit, dictũq; sibi esse cũ inde dimitteretur re
turus ad suos, vade baptizari, si vis esse in
loco beatorũ. Deinde vt à me baptizaretur
monitus, iã factũ esse respõdit. Cui rursus
qui cũ eo loquebatur: Vade, inquit, verè ba
zare, nam illud in visione vidisti. Post ista
ualuit, perrexit Hipponem, Pascha iam ap
pinquabat, dedit nomen inter alios compe
tes, pariter cum plurimis incognitus nob
nec ille mihi visionem, nec cuiquam no
rum indicare curauit. Baptizatus est, per
diebus sanctis remeauit ad propria. Bien
vel amplius transacto, ego cuncta hæc cog
ui. Primò per quendam meum eiusque
cum in conuiuio meo, dum quædam talia
queremur. Deinde institi ac feci, vt hæc
præsens ipse narraret, attestantibus hon

ciuibus suis, & de mirabili eius ægritudine, vt iacuerit penè mortuus per dies plurimos, & de illo alio Curma fabro ferrario, quod cõmemoraui superius, & de his omnibus, quæ cùm mihi diceret, etiam tunc ab illo audiuisse recolebant atque firmabant. Quamobrem sicut vidit baptismum suum, & meipsum, & Hipponem, & basilicam & baptisterium, non in rebus ipsis, sed in quibusdam similitudinibus rerum, ita & alios quosdam viuos eisdem nescientibus viuis. Cur non ergo ita & illos mortuos eisdem nescientibus mortuis? Cur non istas operationes angelicas credimus per dispensationem prouidentiæ Dei benè vtentis & bonis & malis, secũdum inscrutabilem altitudinem iudiciorum suorum: siue instruantur hinc mentes mortalium, siue fallantur: siue consolentur, siue terreantur: sicut vnicuique vel præbenda est misericordia, vel irroganda vindicta, ab illo cui misericordiam & iudicium non inaniter cantat Ecclesia.

Alexander ab Alexandro Genialium dierum lib. 6. cap. 21. refert sequens miraculum de homine, qui extrusus è carcere rursusq; in eũ intrusus, inferna se loca adiuisse enarrauit

CAP. VI.

INter fabulosa miracula, & puerilibus fabellis similia, multas magnasque res, quæ vix credi diciq; possunt, nullum tam impudens mendacium creditum est, quàm quòd ad hosce annos in Pelignis euenisse dicunt, quod

quod cùm nouum commentum putarem
temerè vulgatum, id verum posteà fuisse
fama celebri, quæ vbique peruasit & vi
est, quam multorum testimonio, qui re
stam didicere: non fictis sermonibus, se
tissimis experimentis compertum est. Q
tem pacto se res habuerit, hoc traditur
In Pelignis oppidum vetustum est, cui
men prætereo lubens, licèt obscura or
haud tamen ignobile. In eo Dominus q
bi præerat, superbè auareque ciuibus im
tabat, ac trucibus dictis factisque in sub
seruilem in modum animaduertere sol
eosque licèt imperata facerent, neque
ter mandata exequerētur, ob leues pleru
causas, pœnis & damno mulctabat. For
tem cùm homo quispiam alioqui bonus,
tenui re familiari, inops atque despectus
us domini venaticum canem, cuius mir
dio tenebatur, ita verbere affecisset, v
perijsse videretur: quum id dominus re
vehementer offensus, eum truci & mirific
tu grauiter increpitum, in pessimum c
cit carcerem: ibique quum vinctus gra
stodia teneretur, post aliquot dies, hi q
diligens cura mandata erat, clauso iam
re, & tam foribus quàm omni aditu per
ne elabi posset, quum ad illum accederet
solebant, in eodem intus carcere nusquam
uenire, qui diu conquisitus, quum non
seret, nullumque effugij vestigium

rem ad dominum retulêre: quod quum credi vix posset, ipseque mirum in modum obstupefieret, post tres fermè dies, ijsdem foribus pessulo firmatis, idem ipse qui modo carceri addictus fuerat, imprudentibus omnibus, & nemine conscio, rursus in eodem intus carcere intrusus apparuit: custodesq; vt cibum afferrent, aduocauit: qui quum properè accessissent, omnesque miraculo obstupefierent, eum vultu tetro, & horribili facie, luxatis vtique membris, aliter longè atque pridem fuerat, conspexêre: quem quum interrogassent, vnde elapsus, & rursus in eodem intrusus carcere foret, quibusque in locis fuisset, & vnde tam fœdo & tetro cultu emersisset? ipse velut elinguis, quum nullum proferret verbum, sed attonito stupentique similis foret, vt ad dominum quantocius admitteretur, postulauit: habere quod illi properè nunciaret, magnum, nec differendum. Cumque ad eum protinus admissus esset, rem mirificam & admirabilem ac dictu audituque formidolosa, & vix credenda miracula dicere orsus fuit. Nam se ab inferis remissum enarrauit: siquidem quum diutius carceris squalorem ferre nequiuerit, seu desperatione deuictus, seu iudicium reformidans, inops consilij, malum dæmonem vt sibi præsto esset, seque ex tam tetro carcere relaxaret, aduocasse, dixit. Nec multò post dæmonem fœdo aspectu & terribili facie in eodem intus carcere aspexisse, & secum pactũ fuisse,

ab eodemque & ferreis clauſtris, non ſine p
ui preſſura extruſum, in loca deinde infer
& profundas vaſtitates, ac in fundum te
intimæ actum eſſe præcipitem, ſingulaq
ſtraſſe, impiorumque ſupplicia, & ſede
ſceleratas, æternaſque tenebras, & æru
vidiſſe, ac loca fœtida & formidoloſa, re
& ſummos duces in abrupto hiatu & pr
do voraginis denſa merſos caligine affi
& furiarum ardentibus facibus agitari g
tuſque & eiulatus, ac dies noctesque plo
mulierum & virorum audiſſe: pontific
vidiſſe infulis & trabeis purpura, & aur
ſtinctis, ac gemmis ornatos, aliaſque mi
biles facies omnis generis hominum, æta
ordinum, in cultu vario afflictas, & iace
inter præltas voragines, alios immenſo
hauſtos æternis ſupplicijs & nocte cruci
ſorumque damnata ſcelera ſempiterno
ſore puniri: inter quos plures quos nouer
vita, adnotauit, & precipuè familiarem, q
dum in vita ageret, æqualem ſodalemque
buerat, alloquutum dixit: ab eo probè ag
tus, & miti ſatis ſermone requiſitus fuit, q
rerum ageretur, & quid reliqui ſpei ſib
ret. Ipſeque quum prægraui ſeruitio & cr
li dominatu vſque ſe premi reſpondiſſet,
lum mandaſſe, vt domino enunciaret, ca
ne quid taſe ageret in poſterum, néue gra
bulo & iniquo vectigali ſubditos oppr
ret: namque illi vacuam ſedem, quam p

cernebat, præstitutam esse prædixit. Et vt haud dubius promissi foret, fidemque vt dicti haberet, meminisse (inquit) illum debere secreti consilij, & mutuæ pactionis, quam dum vna militarent, & in castris agerent, clam iniuissent, quorum nemo particeps aut conscius vnquam fuit: quod consilium quum memoriter ille enunciasset, non solùm dicta conuentaque, sed & singula verba, sponsionesque quibus vterque astrictus erat, recensuisset, ipsum dominum ordine hæc audiente, animo serio, & attentiore factum, mirum in modum obstupuisse, ingensque animo formido incussa fuit consideranti quonam modo, quæ sibi soli credita, & nulli vnquam enunciata fuere, homo ille hebes & tardus ingenio, quasi numine afflatus, explorata haberet, eaque vultu interrito enunciaret. Adijciunt miraculo, eundem interrogasse illum, cum quo sermo erat apud inferos, qui nitido cultu vestituque apparato videbatur, nunquid aliquo cruciatu afflictarentur, qui insigni veste & auro conspicui forent? Illumque respondisse, perenni incendio interque maximos cruciatus, & sempiterno dolore vsque præmi & afflictari, idque totum quod auro & purpura fulgeret, ignem atque incendium esse. Et quum ipse id experiri volens, propius manum purpuræ admouisset, admonitum ab eo fuisse, ne tangeret, & tamen efficere nequisse, vt non ex caloris afflatu palmam sibi manus, quam tunc ostendebat, in-

cendio & ipsi purpuræ admotam defagra
Erat enim pustulis liuentibus, & teru
ceribus veluti tabe & igne sacro, maloq;
latius serpere videbatur, ferè consumpt
ferunt prætereà pui illum audiuêre, eum
quàm ab inferis emersit, quasi mente cõt
ta, hebetiqúe aurium oculorumque sen
ctus foret, semper cogitabundum in rar
dijsse sermonem, vixque sæpius inter
colloquenti respondisse. Vultu verò ta
tro, & aspectu tam deformi reuertisse, v
dudum à coniuge & liberis probè agnit
ret, is postquàm remeauit ab inferis, tam
vultu totiusque facie corporis disimilis
ctus est, vt vix eundõ illũ esse crederent
usque obortis lachrymis, ob faciei dirita
& speciẽ hominis fœdissimè mutatam,
affinesque ipsum alloquutos fuisse: egre
ante obitum, qui mox cõsequutus est, re
dispensaret, ac liberis & posteritati con
ret, vitæ spatium habuisse.

Excerpta quædam ex vita sanctæ mem
Christinæ virginis, quam vocant Mir
bilem, edita a Thoma Cantipratens
& compendiosè refert Dionysius Carth
nus libr. 4. de quatuor nouissimis ar
Meminit prætereà illius doctissimus E
copus & Cardinalis Iacobus de Vitriac
vita S. Mariæ de Oegnies, et habetur
lixè in tomis Laurent. Sury 23. Iun.
quem lectorem totius vitæ legendæ au

remittimus. Recordor autem, inquit religiosiſſ. Dionyſius loco citato, quod dum in pueritia frequentaui ſcholam in oppido S. Trudonis, frequenter audiui mentionem admirabilis iſtius Chriſtinæ, atq; vt dicebatur, aliqui tunc vixerunt in eodem oppido, qui nouerunt nonnullos, qui ipſam glorioſam fœminam in carne viderunt. De obitu Chriſtinæ Mirabilis, quid poſt obitum viderit, & quomodo vitæ reſtituta admirabilem pœnitentiam pro animabus defunctorum egerit.

CAP. VII.

PROLOGVS AVTHORIS.

Prologi hæ totũ addidimus ad cognoſcendã hiſtoriæ veritatem.

SCripturi vitam memorabilis CHriſti virginis Chriſtinæ, id in ipſo opuſculi limine commemorandum putamus, quod venerabilis ille Iacobus Achonenſis Epiſcopus, poſtea Romanæ Eccleſiæ Cardinalis in vita beatæ Mariæ Oegniacenſis à ſe edita, his ferè verbis commemorat. Vidi aliam (Chriſtinam accipe) circa quam admirabiliter operatus eſt Dominus, ita vt cùm diu iacuiſſet exanimis, antequàm corpus eius monumento conderetur, anima in corpus reuertente, reuixerit, atque à Domino obtinuerit, vt in hoc ſæculo viuens, purgatorium pateretur. Itaque multo tempore mirum in modum à Domino afflicta, quandoque ſe volutabat in igne, nonnunquam hyberno tempore in aqua congelata diu morabatur, interdũ in mortuorum ſe-

pulchra ingredi cogebatur. Tandem verò pe-
acta pœnitentia, in tanta pace vixit, tanta-
que à Domino gratiam adepta est, vt cre-
rapta in spiritu, defunctorum animas vi-
in purgatorium, vel per purgatorium ab-
vlla sui læsione, & ad suprema regna de-
ret. Hæc quidem ille venerabilis Iacobus
scopus de ea annotauit: ego verò indigna
ter ordinis Prædicatorum ad Christi glor
& lectoris ædificationem vitam eius con-
bendam suscepi, imperito quidem & in-
sermone, sed certa veritate, quam habeo
liorum relatione. Neque temerè dixerim,
ea me commemoraturum, cùm tot planè
producere liceat in permultis, quæ à me
rentur, quot tum in oppido Trudonensi
nis compotes esse potuêre. Neque enim in
gulis & latebris hæc facta sunt, sed plan
luce, & sub aspectu plurimorum: neque
longa temporum spacia intercesserè, vt
tuerit obliuio abolere, & ab hominum
ria excludere, cùm ab eius obitu vsque ad
sens non nisi octo anni fluxerint. Ea verò,
nullus mortalium præter ipsam nosse po-
ab illis didici, qui se ea ex eius ore perce-
Veritas huius historiæ. testati sunt. Certus autem sit quisquis hæc
gerit ijs me testibus fidem adhibuisse, à quo
tam longè abfuit fingendi libido, vt vitam
tius ipsam perdituri fuerint, quàm à veri
tramite deflexuri. Fatemur quidem, & re
docet, quę dicturi sumus, humana ratione

nunque capi non posse, quippè quæ pro naturæ vsu & ordine fieri nequiuerint: nec tamen negari potest posibilia esse DEO præpotenti creatori: quanquam nec sic ego vllo pacto ea scripturus fuerim, nisi me eius, quem dixi, reuerendissimi Iacobi, in maioribus testimonium confirmasset. Itaque opusculum hoc ita distinguere placuit, vt primo loco, quemadmodum educata sit & nutrita, atque deinceps cætera, quæ ab illa gesta sunt, vti ea certissima & indubitata relatione didicimus, explicemus.

De Christinæ patria & educatione.

Itaque venerabilis Christi virgo Christina in (alias pago, qui Brustemum dicitur) oppido S. Trudonis in Hasbania honestis parentibus orta est: quibus è vita abeuntibus, illa cum duabus sororibus relicta est, ijs natu minor. Porrò sorores illæ vitam suam religiosè & piè instituere cupientes, ita inter se sua munia partitæ sunt, vt maxima natu vacaret precibus, media domus & rei familiaris haberet curá: postremo loco nata Christina, ad pascua eũtia pecora custodiret. Quod illa, tametsi p̃ cæteris humilius & abiectius videretur, libẽs suscepit: nec Christus ei suã adhibere cõsolationẽ distulit, internæ suauitatis illi suppeditãs gratiã, & secretorũ cœlestiũ eã nõ rarò conscium & participem reddens. Interim tamen illa mansit omnibus incognita, soli Deo tanto notior, quantò occultior cæteris. Vnde apud Esaiam gloriatur Dominus: Secretum

Diuinis consolationibus & reuelationibus fouetur.

Esaiæ 24. tum meum mihi, secretum meum mihi. enim verecundus amator Dominus IESVS

Vt mortua fuerit.

Porrò autem ab internis illis sanctæ templationis exercitijs vires corporis eius deò debilitatæ sunt, vt vitam cùm morte mutârit. Positum itaque in medio est exanime, amicis, & imprimis sororibus acerbè lugentibus: deinde mane ad templ deportatum est: vbi cùm pro anima eius sacrificium offerretur, subitò sese comm

Redit à mor- te ad vitam.

te corpore in feretro, illa surrexit, & mo stat auiculæ sursum scandens, ad templ bes vsque peruenit. Rei nouitate perterri mnes, qui illic aderant, inde aufugerunt: soror natu maxima, non absque formidin lic permansit. Sedit autem Christina im donec peractum esset sacrificium. Eo abs to, sacerdote eam coniurante, coacta est de dere. Id verò quidam sic interpretantur, purus & subtilis spiritus eius, ab humanor corporum odore abhorruerit. Inde cum s ribus domum abijt, ciboque corpus refec Venerunt autem ad illam speciales spiritu les quidam amici illius, & quidnam vel vid set vel passa esset, percontati sunt.

Quemadmodum è corpore educta, & in reducta fuerit.

Tum illa: Statim, inquit, vt è corpore cessi, animam meam exceperunt lucis min stri. Angeli Dei, deduxeruntque illam in

cum quendam obscurum & horridum, animabus hominum refertum. Quę verò tormenta eo in loco conspexi, ea tam immania & acerba fuêre, vt nullus possit sermone explicare. Vidi illic non paucos vita functos, mihi, cùm viuerent, non ignotos. Valde autem miserata ego animas illas miserabiles, quærebam quis esset locus ille. Suspicabar enim esse tartarum. Responderunt mihi duces mei, locum esse purgatorij vbi peccatores, quos in vita quidē peccasse pœnituisset, sed non satis, scelerum suorum meritas pœnas darent. Inde perduxerunt me ad inferorum supplicia, in quibus itidem cognoui quosdam, mihi olim in vita notos. Posteà verò translata sum in paradisum vsque ad thronum diuinæ maiestatis: vbi cùm viderem gratulantem mihi dominū, vltra omnem modum lætabar, quod arbitrarer illic me deinceps cum domino in omnem æternitatem permansuram. At ille mox respondens desiderio meo: Reuera, inquit, dulcissima filia hic mecum eris: sed nunc, vtrum è duobus malis, optionem tibi facio, vel æternum hic nunc apud me permanere, vel redire ad terras, ibique in mortali corpore absque illius detrimento pœnas perferre, ijsque omnes illas animas, quas in locis purgatorijs miserebaris, liberare & eripere: efficereque vt homines adhuc in corpore manentes, tuæ pœnitentiæ & vitæ exemplis ad me conuersisti, à suis facinoribus abstineant & resipiscant: per-

actisque omnibus, ad me tandem multis
meritorum cumulis reuerti. Ego verò abi
vlla cunctatione, sub conditione mihi pro
sita, dixi me velle ad corpus redire. Et pri
minus, gratulans quod me promptam ob
sem, iubet animam suo corpori restitui.
in re exequenda admirari licet, beatorum
rituum incredibilem celeritatem. Ea
hora, cùm in Missæ sacrificio, quod
bat, diceretur primò, Agnus Dei, qui
peccata mundi &c. anima mea sistebat
ram throno diuinæ maiestatis: cumque
id repeteretur, illi me corpori reddidere.
se habet & excessus meus è vita, & ad
reditio. Propter hominum correctio
emendationem, ad corpus reuocata sum.
que deinceps oro, ne vos perturbent
visuri estis in me. Excedent enim mens
manæ captum, quæ Domino volente, fie
me: nec talia inter mortales quandoq; co
sunt. His auditis, admirati sunt amici
non absque stupore, quæ futura erant, pra
labantur.

Vt à cognatis capta, à Domino verò lacte
suo lacte virgineo se sustentarit.

Cœpit deinde hominum conuictu
spectum incredibili cum horrore fuge
ad loca deserta, in arbores, ad turrim
plorum, aut aliarum rerum excelsarum
gia confugere. Id eius amici conspicati,
putarent eam à malis dæmonibus occup

tandem multo labore comprehensam, in vincula ferrea coniecerunt. Vbi cum multas molestias, præsertim ex hominum odore, multamque penuriam pateretur, nocte quadam diuinitus adiuta, vinculis & compedibus dissolutis euasit, fugitq; in remotam solitudinem, instar auium illic degens in arboribus: cumque egeret alimento (neque enim quamuis subtilissimum corpus eius cibo carere potuit) dirissimaque fame cruciaretur, nullo pacto ad hominum conuictum redire voluit, sed sola cum domino manere in desertis locis. Itaque preces Domino offerens, supplicter eum rogauit, vt ipsius angustias & necessitatem benignissimæ misericordiæ suæ oculis respiceret. Vix precandi finem fecit, cùm ecce ad se oculos reflectens, vidit ex aridis mammillis virginei pectoris sui contra ipsa naturæ iura lac distillare. Mira profectò res, & præterquàm in singulari & incomparabili CHristi Domini virginea matre, cunctis sæculis inaudita. Illum igitur lacteum liquorem alimenti loco sumens, ad nouem hebdomadas suo lacte se sustentauit. Rursus autem à suis quæsita, repta & capta est, & vt prius vinculis ferreis constricta, sed frustrà.

Vt per Mosam nihil læsa transierit.

Liberata enim itèrum à Domino, venit Leodium: vbi sacrosanctas immaculati Agni Paschalis carnes esuriens, supplex rogauit sancti Christophori sacerdotem, vt ipsam multis

ango-

angoribus correptam, ſacra communione
niret. Promiſit ille quidem ſe id factu
ſed addidit, necdum intra horam expedi
poſſe. Illa moram non ferens, ad alterius
ſiæ ſacerdotē ſe cōtulit, petijtq; ab illo
ter Venerabile corpus Dm̄i IEſu. Is verò
mora eius precibus ſe accommodans,
tisfecit. Et ecce repentè quodam impe
tata, extra vrbem aufugit. Miratur pre
& vna cum S. Chriſtophori ſacerdote
tem inſequitur vſque ad ipſas Moſæ
ripas. Cumque ſperarent illam ſe ad
lati fluminis vndas comprehēſuros, cum
to ſtupore cernunt fœminam verò &
corpore, haud aliter atq; phantaſtico,
dos penetrare gurgites, & in vlteriorem
abſque vllo ſui detrimento euadere.

Vt igne ſe mirabiliter cruciarit.

Tum verò cœpit illa exercere, quor
ſa à Domino remiſſa fuerat. Ingredieb
ardentes clibanos, coquendis panibus
ratos, & illis incendijs haud ſecus, atq
quis è nobis, cruciabatur, ita vt præ
& dolore, horrendos ederet clamores.
quàm autem inde egreſſa fuit, veſtigi
lum alicuius vſtionis in eius corpore
tur. Quando ad manum non erant ei
furni, in hominum ædibus, iactabat ſe
oſos ignes, vel pedes tantum aut ma
mittebat, tandiu illic tenens, vt niſi di
ſet ſeruata miraculo, non potuerint no

neres redigi. Interdum deponebat se in cacabos plenos bullientis aquæ vsque ad mammillas, vel si non essent profundi satis cacabi, vsq; ad renes, membra illa, quę in aquam eiusmodi mergere non poterat, aqua feruenti perfundens. Et si autem præ dolore instar parturientis, clamaret, attamẽ nihil detrimenti in egredientis corpore apparebat.

Vt in aquis gelidis se afflixerit.

Sub aquis Mosæ fluminis hyberno tempore, cùm rigerent omnia gelu, crebrò & diu morabatur, sex & eo amplius diebus in eis perdurans. Accedente autem ad fluuium sacerdote, (qui eius gerebat curam) eamque per CHristi nomen adiuuante, cogebatur inde exire. Solebat etiam hyeme sub molendini rota erecta stare, ita, vt aqua, vertente rotam, in medium verticem & totum corpus eius dilaberetur. Interdum in aquis natans, simul cum illis ferebatur in rotam, atque ita horrendum in modum circumcirca cum ipsa rota, membris omnibus mansit incolumis.

Vt in rotis & patibulis se torserit.

In rotis etiam, quibus piratæ plerunque puniri solebant, instar eorum, qui illis excarnificantur, contorquebat brachia & crura sua: nec tamen, postquàm ab illis descendit, vlla in membra eius contritio vel fractura visebatur. Nonnunquam in patibulo inter fures ab illo pendentes, se suspendebat ad vnum aut alterum diem: sæpè in monumenta mortuorum

rum ingrediebatur, lugẽs illic hominum
cata.

*Vt in ſpinis & vepribus, à canibus agita
laceratit.*

Surgebat quandoque medijs noctibus
totius oppidi Trudonenſis canes in se
tans, ante illos ipſam infectãtes, inſtar
iuſdam curſitabat: ſicque per deuia & pe
ſas vepres & ſpineta agitata, adeò ab illi
pungebatur & lacerabatur, vt nulla co
eius pars vulneris eſſet expers: & tamen
fuſo ſanguine, nulla plagarum aut vulne
veſtigia conſpiciebantur in eius corpore
as ipſa ſe ſua ſponte ſpinis & ſentibus co
gebat, vt totò corpore ſanguine perfu
retur. Multis id non rarò cernentibus,
fuit admirationi, vt tanta ſanguinis co
vno corpore abundabaret. Nam præter
guinis profuſiones, ſæpiſsimè permulta
ſanguinis venæ ſectione detrahebat.

*De corporis eius ſubtilitate & agilitate, &
ter orandum quid ei acciderit.*

Corpus eius tantæ erat ſubtilitatis, q
tatis & leuitatis, vt in arduis & excelſis
laret, & inſtar paſſeris à tenuiſsimis arbo
ramuſculis penderet. Preces Domino obl
ra, ad arborum vel turrium, aut alia
rum ſublimium faſtigia ſe recipere co
tur, vt illic ab omnibus ſemota, ſpiritus
quie potiretur. Inter orandum autem
mens eius eſſet diuinæ contemplationi

tà, instar liquescentis cęræ omnia eius membra in globi cuiusdam formam conuoluebantur, ita vt corpus eius planè sphęricum cerneretur. Illa autem spiritus ebrietate se remittente, & sensibus suas sedes suaque in membris loca repetentibus, in ericij speciem conglobatum corpus, ad pristinam redibat formam, membraque extendebantur, quæ informis cuiusdam materiæ congeriem præ se paulò ante ferebant. Sæpè quoque visa est in palis sepium erectà stare, & Psalmos depromere. Molestum enim illi erat, immundam humum contingere.

Vt precibus religiosorum hominum nonnihil eius vita temperata sit.

Illa igitur pro hominum peccatis à se ipsa pœnas reposcebat ità, vt iam dictum est. Sed cùm multi desiderio videndi in illa admiranda Dei opera, à propinquis, & longinquis regionibus quotidie aduentarent, homines religiosi vtriusque sexus in S. Trudonis oppido degentes, veriti ne quæ in illa diuinitus fiebant, humanæ mentis captum excederent, materiamque præberent carnalibus hominibus opera DEI malignè interpretandi, ea præsertim, quod hominum conuictum fugiens, instar auis ardua loca peteret, & in aquis piscium more diu maneret: sedulis precibus egerunt apud Dominum, vt miracula potentiæ suę in Christina ad communem hominum cõsuetudinem moderaretur. Nec verò spreuit

Deus

Deus pias preces & lachrymas ſeruorum
rum. Quodam enim die, ſpiritu vehemen
ſimè eam impellente, ad Eccleſiam pagi V
lenſis fugiens, cùm cerneret apertum fac
ptiſmatis fontem, illi ſe totam immerſit
verò fertur id aſſecuta, vt eius vinend
deinceps eſſet temperatior & accómod
ad hominum cõſuetudinem, moderati
gereret, poſſetque commodius ferre &
& conuictum aliorum.

Vt ſpiritus eam compulerit eleemoſynam dicare: & quàm gratum ſit Deo præſt emoſynas.

Præſtantiſsimum Dominici corpor
ſanguinis Sacramentum crebrò, maxim
Dominicis diebus, cùm multa deuotion
cipiebat, ex eoque, vt ipſa ait, & corpo
bur, & ingentem ſpiritus lætitiam cap
Nihil autem eorum, quæ propria illius e
& CHriſti cauſa dereliquerat, quæve h
tario iure ad ipſam deuolui oporteret
ſent deuoluta, in ſuos vſus conuertere po
ſed in cibum ſumebat ea, quæ quotidie
tim emendi eaſſet, vt eorum peccata pœn
quorum eleemoſynis alebatur. Dicebat
ea cauſa diuinitus ſe compelli ad ſcelera
hominum petendas eleemoſynas, vt ij pe
ad peccati horrorem & agendam pœnit
am perducerentur: addens etiam, nulla
gis Deum flecti ad miſericordiam erga p
tores, quàm ſi illi ſint benigni & miſeric

Peccatoribus quid præcipuè Deum cõciliet.

erga proximos. Nec vnquam sanè misericordia, nũquam benignitas alio, quàm ad bonum finem & fœlicem obitum perducere potuit hominem. Possumus id exempli causa quodam Christinæ experimento, vel testimonio confirmare. Die quodam intolerabili siti vexata, Deo iam instigante, ad mensam cuiusdam sceleratissimi hominis splendidè apparatam accurrit, potum ab illo petens. Ille præter morem suum insolita humanitate commotus, vinum ei obtulit, vnde illa parum bibit. Ea causa contra omnium opinionem, qui virum nouerant, Christina affirmauit eum in morte ad pœnitentiæ & contritionis gratiam peruenisse.

Sub mortem quis eius vitæ modus fuerit.

Extremo tempore vitæ suę cibo admodum raro, & quidem exiguo vtebatur. Cum sanctimonialibus, & religiosis hominibus, vti antea consueuerat, noluit miscere colloquia: sed parum aliquid cibi capiens, & somno momentaneo refecta, medijs noctibus ibat ad deserta loca. Per id tempus nemo vnquam ridentem eam vidit, sed perinde affecta cernebatur, atque solent illi, qui præ nimio dolore è potestate exierunt, & mente capti sunt. Incedebat orans, plangẽs, & multum mœrens: cuius eam plerique causam autumant, quod de mundi statu & malitia plures solito diuinitus reuelationes ei obtigerint. Illud verò incredibili eiulatu sæpius deplorabat, totum fere genus

humanum corporis pollutione corrump
que causa iram Dei, & animaduersionem
uerso propè orbi Christiano imminere.

De eius sub mortem ægrotatione.

Aduentante tandem eo tempore, quo
bo & ægrotationē conficiendā erat, tant
siduæ contemplationis gratiam affecut
permolestum ei esset, aliorsum aciem
intēdere. Omnibus igitur posthabitis,
cem monasterij S. Catharinæ sanctimo
rogauit, vt lectulum ipsi clam in cubicu
poneret, simul indicans, morbum sibi
nere. Fecit Beatrix, & quidem libenti
quod illa voluit, decubuitque Christi
morbo ingraueſcente exercebatur. Cu
autem tres hebdomadas ita laborasset, sa
corporis Dominici communionem, & e
mæ vnctionis oleum petijt. Ijs perceptis,
trix in genua procumbens, orauit, vt
quàm è vita excederet, de quibusdam ip
ficeret certiorem. Illa verò tacente, Bea
xistimans alibi eam animo occupari, qua
nes suas distulit, atque aliquid factura op
è cubiculo egressa est, Christina sola re

Vt secundo, tertioq; obierit.

Aiunt plerique sæpius Christinam rog
se Dominum, ne ipsam morientem vllis m
culis cohonestaret, sed instar aliorum fi
migrare ex hac vita: id quod etiam præ
est illi à Domino. Prius enim quàm Bea
ad eam esset reuersa, Christo vocāte, spir

exhalauit. Celeriter autem reuertens Beatrix cum Socia sorore, corpus eius in terra exanime inuenit, ita prostratum, vt solent cadauera defunctorum: sed vt equidem mihi persuadeo, ministerio angelorum. Ea re conspecta, Beatrix, doloris quibusdam stimulis percita, impatientius se gerens, ruit super defunctæ corpus, clamans & eiulans non mediocriter. Interim verò identidem scisitabatur ex ea, cur absq; illarum bona venia & sine sororum commendatione ad Dominum abijsset, ac tandem spiritu vehementi concepta fiducia, defixo in defunctæ ora vultu, ita dixit: Semper mihi Christina, dum viueres, obediuisti. Itaque adiuro te & obtestor per Dominum IESVM CHristum, quem in vita ardenti desiderio amasti, vt etiam nunc mihi obedias: (Namque potens potes per illum, cui iuncta es quicquid velis) reuertarisque in corpus, exponasq; mihi, quod à te sub obitum cupidissimè mihi optabam explicari. Mira res. Simulatque Beatrix hęc ad aures mortuæ inclamauit, Christina reuixit, sed grauiter ingemiscens, anxioque vultu Beatricem reuerberans, dixit: Cur meam, Beatrix, requiem interpellasti? Cur me huc reuocare voluisti? Iam ducebar ad Christi cõspectum. At nunc mea soror, properè quicquid visum est, proponas, sinasque me, obsecro ad diu optata reuerti. Vbi Beatrix proposuit, quod voluit, ab ea responsum est ei. Interim sorores vndique congregantur ad illam,

quas postquàm crucis signo consignauit, ... tiò vita functa est, abijtque ad immortali... cula sæculorum. Vixit autem ab eo tempo... quo primo reddidit spiritum, annis d... & quadraginta, obijtque anno à Christo ... millesimo ducentesimo vicesimoquarto ... circiter.

De eius sepultura, & corporis translatio

Humata est autem extra S. Trudonis ... dum in monasterio B. Catherinæ, illicò ... ptem annis corpus eius quieuit, in illud ... tempus, quo omnem eius monasterij fa... ram in locum propinquum magisque op... num transtulêre. Tum enim, vniuersis ci... congregatis, ad tumulum reuerendæ Ch... næ, clerus cum sanctimonialibus accessi... que inde amouissent operculum, tanta la... tas & omnes & singulos peruasit, vt cunc... riter vna mente, vnoque ore conclama... Christinam & in vita fuisse mirabilem ... post obitum nihilominus gloriosam. No... verò quisquam ambigit, morbis liberato... eos, qui cum fide congrua ad eius tumulum ... diêre: sed eiusmodi prosequi, nobis nô est ... tegrum.

Adhortatio ad agendam pœnitentiam.

Quæso te lector, diligenter animum ... uerte, quàm nos iure meritoque culpandi ... mus, qui cùm cernamus Christinam tot ... nas, tamque immanes & diros cruciatus ... tam propter sua, quàm propter aliorum pec...

cata pertuliſſe, ob culpas & maleficia noſtra pœnitẽtiam agere reformidamus. Veniet certè quandoq;, & celeriter veniet dies ille, quo nos libenter etiam his acerbiora ſimul toleraturi, ſi daretur locus pœnitentiæ, & ad negligenter quondam exacta tempora redire liceret. Et væ ijs, qui ad miſericordiæ emendum oleum tum demùm ſe comparare volunt, quãdo nundinarum tempus elapſum eſt. Venient ij cum lampadibus vacuis, ianuamq́ue pulſabunt, ſed omnem ſibi ſentient aditum præcluſum, audientq; vocem illam ſanè terribilem: Amen dico vobis: Neſcio vos. Vigilemus igitur, quia neſcimus diem neque horam. Meritò illi excluduntur, qui iam ſtertentes, diemque illum & horam negligentes, nolunt lampadas ſuas implere oleo bonorum operum ex condignis pœnitentiæ fructibus. Vtinam verò audiant Dominum dicentem: vigilate ergò, quia neſcitis diem neque horam, qua Dominus veſter venturus ſit. Ecquid verò aliud per omnem vitam ſuam Chriſtina clamauit, niſi vt pœnitentiam agerent homines, & nunquam non ſeſe paratos exhiberent? Hoc illa verbis multis, hoc lachrymis, hoc planctu & eiulatu, hoc infinitis clamoribus, hoc eiuſmodi viuendi exemplis docuit, qualia de nullo alio, qui eã aut anteceſſerit, aut ſecutus ſit, vel ſcripto cuiuſquã vel ſermone ꝓceperimus: in laudem & gloriam Chriſti, qui cum patre &

ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus, per om
ſæcula ſæculorum, Amen.

Beda lib. 5. cap. 13. hiſtoriæ Anglicanæ ſeq
tem hiſtoriam valdè memorabilem, d
De Drithelmo in prouincia Nor
Humbrorum, qui à mortuis reſurgens, m
& tremenda & deſideranda, quæ vi
narrauit.

CAP. VIII.

HIS temporibus miraculum memo
le & antiquorum ſimile in Britan
ctum eſt. Namque ad excitation
uentium de morte animæ, quidam aliqua
mortuus ad vitam reſurrexit corporis, &
ta memoratu digna, quæ viderat narra
quibus hic aliqua breuiter perſtringen
ſe putaui. Erat autem paterfamilias in re
ne Nordan Humbrorum, quæ vocatur
ningum, religioſam cum domo ſua gere
tam. Qui infirmitate corporis tactus, d
creſcente per dies ad extrema perduct
mo tempore noctis defunctus eſt. Sed dilu
lo reuiuiſcens, ac repentè reſidens, omne
corpori flentes aſſederant timore imm
perculſos in fugam cõuertit, vxor tantum
eum amplius amabat (quamuis multum
mens & pauida) remanſit. Quam ille cons
tus: Noli, inquit, timere, quia iam vere re
rexi à morte, qua tenebar, & apud ho
ſum iterum viuere permiſſus. Non tam
mihi, qua ante conſueueram, conuerſ
ſed

sed multum dissimuli ex hoc tempore viuendum est. Statimque surgens abijt ad villulæ oratorium, & vsque ad diem in oratione persistens, mox omnem quam possederat substantiam in tres diuisit portiones, è quibus vnam coniugi, alteram filijs tradidit, tertiam sibiipsi retentans, statim pauperibus distribuit. Nec multò post sæculi curis absolutus ad monasterium Mailros, quod Tuidi fluminis circumflexu maxima ex parte clauditur, peruenit. Acceptaque tonsura, locum secretæ mansionis, quam præuiderat Abbas intrauit, & ibi vsq; ad diē mortis in tanta mentis & corporis contritione durauit, vt multa illum, quæ alios laterent, vel horrenda vel desideranda vidisse (etiamsi lingua fileret) vita loqueretur. Narrabat enim hoc modo quod viderat: Lucidus, inquit, aspectu, & clarus erat indumento, qui me ducebat, incedebamus autem tacentes (vt videbatur mihi) contra ortum solis solstitialem, cumque ambularemus deuenimus ad vallem multę latitudinis ac profunditatis, infinitæ autem longitudinis, quæ ad leuam nobis sita vnum latus flammis feruentibus nimium terribile, alterum furenti grandine ac frigore niuium omnia perflante atque vertente, non minus intollerabile prę ferebat. Vtrumque autem erat animabus hominum plenum, quæ vicissim hincinde videbantur, quasi tempestatis impetu iactari. Cùm enim feruores immēsos tolerare non possent, prosiliebant miseræ in

medium frigoris infesti. Et cùm neq; ibi qua
piam requiei inuenire valerent, resilieba
rursus vrendæ in medium flammarum inex
tinguibilium. Cumque hac infœlici vicis
tudine longè lateq;, prout aspicere poter
sine vlla quietis intercapedine innumerabi
um spirituum deformium multitudo tor
retur, cogitare cœpi, quod hic fortasse effe
fernus, de cuius tormẽtis intolerabilibus
rare sæpius audiui. Respõdit cogitationi
ductor, qui me præcedebat, Non hoc, inqui
suspiceris, non enim hic infernus est ille
putas. At cùm me hoc spectaculo tam horre
do perterritum paulatim in vlteriora pro
ceret, vidi subitò ante nos obscurari incipe
loca, & tenebris omnia repleri. Quas cùm
traremus intantum pauliſper condẽsatæ sun
vt nihil præter ipsas aspicerem, excepta
taxat specie & veste eius, qui me ducebat.
cùm progrederemur sola sub nocte per u
bras, ecce subitò apparent ante nos crebri
marum terrarum globi, ascendentes quasi
puteo magno, rursumque decidentes in eun
dem. Quo cùm perductus essem, repentè
ctor meus disparuit, ac me solum reliquit
medio tenebrarum, ac horrendæ visionis.
cùm eidem globi ignium sine intermissione
modò alta peterent, modò ima barathri re
terent, cerno omnia quæ ascendebant tal
flammarum plena esse spiritibus homin
qui instar fauillarum cum fumo ascendẽ

mun

nunc ad sublimiora proijcerentur, nunc retractis ignium vaporibus relaberentur in profundum. Sed & fœtor incomparabilis cum eisdem vaporibus ebulliens, omnia illa tenebrarum loca replebat. Et cùm diutius ibi pauidus consisterem, vtpote incertus quid agerem, quo verterem gressum, quive mihi finis maneret, audio subitò post terga sonitum immanissimi fletus ac miserrimi, simul & cachinnum crepitantem, quasi vulgi indocti capitis hostibus insultãtis. Vt autem sonitus idẽ clarior redditus ad me vsque peruenit, considero turbam malignorum spirituum, quæ animas hominum mœrentes eiulantesque, ipsa verò multum exultans & cachinnans medias illas trahebat in tenebras. E quibus videlicet hominibus, vt dinoscere potui, quidam erat attonsus, vt clericus, quidam laicus, quædam fœmina. Trahentes autem eos maligni spiritus descenderunt in medium barathri illius ardentis. Factumque est, vt cùm longius subeuntibus eis, fletum hominum & risum dæmoniorum clarè discernere nequirem, sonum tamen adhuc promiscuum in auribus haberem. Intereà ascẽderunt quidam spirituum obscurorum de abysso illa flammiuoma, & accurrẽtes circumdederunt me, atq; oculis flammantibus, & de ore ac naribus ignem putidum efflantes, angebant. Forcipibus quoque igneis, quos tenebant in manibus minitabantur me comprehendere, nec tamen me vllatenus con-

tingere, tametsi terrere præsumebant. Q
cùm vndique versum hostibus & cœcitat
nebrarum conclusus huc illucque oculos c
cumferrem, si fortè alicundè quid auxilij
saluarer, adueniret, apparuit retro viam
veneram quasi fulgor stellæ micantis inter
nebras, qui paulatim crescens, & ad me
festinans, vbi appropinquauit, dispersi
& aufugerunt omnes, qui me forcipibus
pere quærebant spiritus infesti. Ille
qui adueniens eos fugauit, erat ipse qui me
te ducebat. Qui mox conuersus ad dextr
iter, quasi contra ortum Solis brumalem
ducere cœpit. Nec mora exemptum tene
in auras me serenæ lucis eduxit. Cumque
in luce aperta duceret, vidi ante nos m
permaximum, cuius neque longitudini
vel inde, neque altitudini vllus esse term
videretur. Cœpi autem mirari, quare ad
rum accederemus, cùm in eo nullam
am vel feneſtram, vel ascensum alicubi
spicerem. Cùm ergo peruenissemus ad
rum, statim nescio quo ordine fuimus in
mitate eius. Et ecce ibi erat campus læt
mus ac lætissimus, tantaque fragrantia
nantium flosculorum plenus, vt omnem
fœtorem tenebrosi fornacis, qui me pe
serat, effugaret admirandi huius suauita
ris. Tanta autem lux cuncta ea loca per
rat, vt omni splendore diei siue Solis me
ani radijs videretur esse præclarior. Et

que in hoc campo innumera hominum albatorum conuenticula, sedesque plurimæ agminum lætantium. Cumque inter choros fœlicium incolarum medios me duceret, cogitare cœpi, quod hoc fortasse esset regnum cœlorum, de quo prædicare sæpius audiui. Respondit ille cogitatui meo: Non, inquiens, hoc est regnum cœlorum quod autumas. Cumque procedentes transissemus, & has beatorum mansiones spirituum, aspicio ante nos multò maiorem luminis gratiam, quàm prius, in qua etiam vocem cantantium dulcissimam audiui, & odoris fragrantia miri tanta de loco effundebatur, vt is quem antea degustans quasi maximum rebar, iam permodicus mihi odor videretur. Sicut enim lux illa campi florentis eximia in comparatione eius, quæ nunc apparuit lucis, tenuissima prorsus videbatur & parua. In cuius amœnitatem loci cum nos intraturos sperarem, repentè ductor substitit, nec mora, gressum retorquens, ipsa me via, qua venimus, reduxit. Cumque reuersi peruenirемus ad mansiones illas lætas spirituum candidatorum, dixit mihi. Scis quæ sint ista omnia, quæ vidisti? Respondi ego, Non, & ait: Vallis illa quam aspexisti flammis feruentibus, & frigoribus horrenda rigidis, iste est locus, in quo examinandæ & castigandæ sunt animæ illorum, qui differentes confiteri & emendare scelera sua quæ fecerunt, in ipso tamen

mortis

mortis articulo ad pœnitentiam confugi-
unt, & sic de corpore exeunt, qui tamen qui
confessionem & pœnitentiam vel in mort
habuerũt, omnes in die iudicij ad regnum cœ-
lorum peruenient. Multos autem preces vi-
tium & eleemosynæ & ieiunia, & maximè ce-
lebratio Missarum, vt etiam ante diem iudic
liberentur adiuuant. Porrò puteus ille fu
miuomus ac putidus quem vidisti, ipsum
os gehennæ, in quo quicunque semel incib-
rit, nunquam inde liberabitur in ęuum. Loc
verò ille florifer, in quo pulcherrimam ha
iuuentutem iucundari ac fulgere conspicis,
pse est, in quo recipiuntur animæ eorum, q
in bonis quidem operibus de corpore exeu
non tamen sunt tantæ perfectionis, vt in re-
num cœlorum statim mereantur introdu
qui tamen omnes in die iudicij ad visione
CHristi & gaudia regni cœlestis intrabu
Nam quicunque in omni verbo & opere & in-
gitatione perfecti sunt, mox de corpore egre-
si ad regnum cœleste perueniunt. Ad cu
vicinia pertinet locus ille, vbi sonum cantile-
næ dulcis cum odore suauitatis ac splendor
lucis audisti. Tu autem quia nunc ad corpu
reuerti, & rursus inter homines viuere debes
si actus tuos curiosius discutere, & mores se-
monesque tuos in rectitudine ac simplicitate
seruare studueris, accipies ipse post mortem
locum mansionis inter hæc, quæ cernis agni-
na lætabunda spirituum beatorum. Namque

ego cùm ad tempus abscesissem abs te, ad hoc feci, vt quid de te fieri deberet, agnoscerem. Hæc mihi cùm dixisset, multũ detestatus sum reuerti ad corpus, delectatus nimirum suauitate ac decore loci illius, quem intuebar, simul & consortio eorum, quos in illo esse videbam. Nec tamen ductorem meum aliquid rogare audebam. Sed inter hæc nescio quo ordine repentè inter homines me viuere cerno. Hęc & alia, quę viderat idem vir Domini, non omnibus passim desidiosis ac vitæ suæ incuriosis referre volebat, sed illis solummodo, qui vel tormentorum metu perterriti, vel spe gaudiorum perennium delectati profectum pietatis ex eius verbis haurire volebant. Denique in vicinia cellæ illius habitabat quidam monachus nomine Genigils presbyteratus etiam (quem bonis operibus adornabat) gradu præeminens, qui adhuc supererat, & in Hybernia insula solitarius vltimam vitę ętatem pane cibario & frigida aqua sustentat. Hic sæpius ad eundem virum ingrediens, audiuit ab eo repetita interrogatione, quæ & qualia essent, quæ exutus corpore viderat. Per cuius relationem ad nostram quoque agnitionem peruenêre, quæ de his pauca perstrinximus. Narrabat autem visiones suas etiam regi Alfrido, viro vndequaque doctissimo, & tam libenter tamque studiosè ab illo auditus est, vt eius rogatu in monasterio supra memorato indutus, ac monastica sit tonsura coronatus, atque ad

eum

eum audiendum sæpissimè cum illas in partes deuenisset, accederet. Cui videlicet monasterio tempore illo religosæ ac modestæ vitę Abbas & presbyter Ediluualdus præerat, qui nũc episcopalem Lindisfarnensis Ecclesiæ cathedram condignis gradu actibus tenet. Accepit autem in eodem monasterio locum mansionis secretiorem, vbi liberius continuis in orationibus famulatui sui cõditoris vacaret. Et quoniam locus ipse super ripam fluminis erat situs, solebat hunc creber ob magnum castigandi corporis affectũ ingredi, ac sæpius in eo supmeantibus vndis immergi, sicq; ibidem quãdiu sustinere posse videbatur, psalmis vel precibus insistere, fixusque manere, ascendente aqua fluminis vsque ad lumbos, aliquando & vsque ad collum, atque inde egrediens ad terram nunquam ipsa vestimenta vda vel aliquid deponere curabat, donec ex suo corpore calefierent & siccarentur. Cumque tempore hyemali defluentibus circa eum semifractarum crustis glacierum, quas & ipse aliquando contriuerat, quo haberet locum standi siue immergendi se in fluuio, dicerentque qui videbant: Mirum frater Drithelme (hoc enim erat viro nomen) quod tantam frigoris asperitatem vlla ratione tolerare præuales: Respondebat ille simpliciter (erat namque homo simplicis ingenij ac moderatæ naturæ) frigidiora ego vidi. Et cùm dicerent, mirum quod tam austeram tenere continentiam velis: Respondebat

bat: Austeriora ego vidi. Sicque vsque in diem suæ vocationis infatigabili cœlestium bonorum desiderio corpus senile inter quotidiana ieiunia domabat, multisq; & verbo & conuersatione saluti fuit.

Admirabilis historia de quodam fabro defuncto, ac vitæ restituto.

CAP. IX.

CIrca annum Domini 1480. in Ducatu & ciuitate Iuliacēsi contigisse, multorum fidedignissimorum relatione cognouimus, fabrum nempè ferrarium, ex morbo defunctum, loculoque impositum. Apud cuius cadauer cum vicini in proximo conclaui, excubias ex more agerent, defunctus diuina dispensatione vitæ restituitur. Qui exurgens fascijs & linteis funebribus obuolutus, ad excubitores istos iam poculis somni vigiliarumq; molestiam discutientes progreditur. Quo viso territi illi, fugam capessunt, spectrum esse arbitrantes. Faber verò rediuinus, cum alloquio suo terrorem illorum paulatim leniuisset, quod reliquum vitæ diuinitus accepit, lōgò diuersa, quàm prius, ratione transegit. Siquidem nunquam ridere aut vanis sæculoque vsitatis oblectamentis vacare visus est. Cùm ad matutinas preces iuge sacrificium, aut ad vesperas campanarum sonus ederetur, ille protinus malleo & incude relicta, ad Ecclesiam festinabat, nulla Ecclesiasticarum precum tēpora prætermittens, vt quæ & qualia in altero sæcu-

sæculo vidisset, etsi ipse taceret, vel sola r
conuersatio loqueretur. Historiam esse &
fabulam, inter alios retulit ipsius ciuitatis
liacensis quondam secretarij filius Guil
mus, vir doctrina & vitæ integritate com
datiss. Confirmauit eandem matrona qua
honestissima ex confinio ciuitatis eiusde
riunda, quæ aiebat auum suum hunc fab
Hom. 2. rediuiuum nouisse. Certè Origenes in c
Numer. (vbi de ordine populi Dei Mose
serit.) Si vnusquisque, inquit, nostru
cibo & potu sollicitus sit, & omnem curam
rebus secularibus gerat, vnam verò aut
horas ex integro die etiam Deo deputet, &
orationem veniat in Ecclesiam, vel in tran
verbum Dei audiat, præcipuam verò curam
ga sollicitudinem sæculi & ventris expe
iste non complet mandatum quod dicit, v
mo secũdum ordinem suum incedat, vel q
dicit, vt omnia secundum ordinem fiant.
1. Cor. 14. tauit doctissimus ille scholæ Alexandrinæ
Act. 2. techista Origenes, admodum vicinus a
stolico sæculo, (quo Christiani erant perse
rantes in communicatione fractionis pani &
orationibus, & perdurantes vnanimiter in
plo) laicos suo non facere officio satis (de
enim istic loquitur) si quotidie vnam vel
am duas tantum horas precibus & sacris
Luc. 2. endis darent. Porrò de Anna vidua referen
cas, quod non discedebat de templo, ieiuni
& obsecrationibus seruiens nocte ac die. De
hoc

hoc vtique ſpiritu hauſiſſe videtur faber iſte rediuiuus, quando nec riſiſſe, nec ſtatuta orationum Eccleſiaſticarum tempora vnquã prætermittere viſus eſt. Sicut autem Drithelmus ille, de quo in prȩcedenti capite, multis & verbo & conuerſatione ſaluti fuit, & Rex Alfridus vir vndequaque doctiſsimus, vt Beda ait, eundem Drithelmum & libenter & ſtudiosè audiuit, atque ad eum audiendum ſæpiſsimè acceſsit, ita profectò optandum eſſet, & hæc nouiſsima vltimorum temporũ exempla (quæ benigniſsima DEI diſpenſatione ad animos noſtros præſentium rerum contemptu, & futurorum deſiderio inflammandos, nobis exhibentur) quàm plurimis eſſe ſalutifera, vt veteribus finem imponant vitijs, nouamq; dent nouis originem virtutibus.

De alio quodam itidem defuncto & reſuſcitato.

CAP. X.

NON diſsimile eſt, quod noſtra memoria contigit in Zelandia, in ciuitate nuncupata ther Tholen / vbi coctor quidam ceruiſiarius, cùm defunctus eſſet, iamque loculus in quo poſitus erat, penè eſſet occluſus, reuiuiſcere cœpit defunctus, & in loculo concluſus, ſonitum edere. Vxor fortè tum non erat in conclaui, in quo funus conſtitutum erat: pueri itaq; ſonitum audientes, matrem appellant, patrem in loculo pulſare clamitant. Mater pueriles animos errore decipi

exiſtimans, aliquandiu renuit prodire. I
verò in clamore perſeuerantibus, acceſsit
dem mater, audienſque ſonitum, aperit
lum. Et ecce qui defunctus erat, red
prodijt: Iterrogatus autem vbi fuiſſet,
vidiſſet, hoc ſolum reſpondit: ſi dixero
non credetis. Sed nec ille vllis poſtea ſu
it ſeſe dedere popularibus oblectamēt
rauit nobis hanc hiſtoriam vir ætate, d
& pietate venerandus, quiq; fratrem h
diuiui ipſe adoleſcentulus vidit. De S. L
Epiſcopo Maſsilienſi & martyre, quem C
ſtus Dominus quatriduanum in monum
ſuſcitauit, legimus apud Hieronymū de
la, ſanctiſsimam illum duxiſſe vitam,
fuiſſe abſtinentiæ. Similia de Maria & M
ſororibus Lazari legimus, & Paulus A
lus cùm in tertium cœlum raptus, ad
vidiſſet, non vtique popularem viuend
onem ſectatus eſt, ſed caſtigauit corpus
& in ſeruitutem redegit, ne cùm aliis p
ret, ipſe reprobus efficeretur. Cor Sapi
vbi triſtitia eſt, inquit Sapiens, & cor
rum vbi lætitia. Riſum reputaui error
quit idem alibi, & gaudio dixi: Quid
deciperis? Chriſtus Dominus fleuiſſe
legitur, riſiſſe nunquam. Non eo hæc
da ſunt, quod damnandas exiſtimemus
honeſtas animorum oblectationes: nam
ctiſsimi viri quandoque animum hone
laxaſſe leguntur, & de D. Ioanne Euang

Hieron. de Villa in orationali 17. Decemb.

Ioan. 11.

Eccleſ 7.

Eccleſ. 2.

quidam commemorant, quod cùm à quodam reprehenderetur, quod ſenex auicula ſeſe oblectaret, reſponderit illi, vt arcum quem manu tenebat intenderet, tenſumque diutius teneret. Quem cùm ille tandem remittendum diceret ne rumperetur, regeſsiſſe dicitur Apoſtolus: Ineptè igitur, inquiens, offenderis, quod nos animum curis grauioribus fatigatum, qualicunque modo relaxamus. Sed animaduertendum, quod de eodem Apoſtolo refert Metaphraſtes, quod omnes ſenſus ſuos diligentiſsimè moderabatur, tali vtens alimenti ratione, vt ſumma parſimonia viuere duntaxat poſſet, ſacrumque corpus vt ſubſiſteret, conſeruare. Sic igitur relaxandus animus, ne per animi relaxationem offendatur Deus: ſic indulgendum corpori, ne corporis indulgentia flacceſcat ſpiritus. Si placet illud Salomonis, lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: attendatur & illud quod ſubiungitur, Et ſcito, inquit, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Gaudendum quidem in Domino ſemper, vt ait Apoſtolus, ſed ita vt modeſtia noſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus enim propè eſt. Et idem alibi. Hoc dico fratres, tempus breue eſt, reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt

in vita S. Ioan. Apoſt. habetur in tom. Surij 27 Decemb.

Eccleſ. 11.

Philip. 4.

1 Cor. 7.

munt, tanquam non possidentes, & qui vtantur hoc mundo, tanquam non vtantur, praeterit enim figura huius mundi. Dormierunt somnum suum, inquit Psalmista, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos. Iudicabo tibi homo ait Micheas, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Et S. Bonauentura, Iustus, inquit, debet esse in hac mortali vita amor, tantum orandi studium, ac desiderium perueniendi ad hoc quod factus es, & dolor quia ibi non es, & timor ne non perueniat, vt nullam lætitiam sentire debeas, nisi de quæ tibi auxilium & spem dant perueniendi.

Psal. 75.

Michæ. 6.

Bonauent. in amatorio.

Ado Viennensis Archiepiscopus in Chronico suo ætate sexta anno Domini 696. Ebroino tyranno post mortem à dæmonibus ad ollam Vulcaniam delato.

CAP. XI.

TEmporibus Leonis Imperatoris & Sergij Pontificis, quidam Ebroinus à Francis in eam dignitatem assumptus est, Maior esset in aula regia. Quem postea dignitate eadem exutum monasterio Luxouiensi addicunt. Porrò Ebroinus magnæ impietatis homo clericaturam abijciens, à Luxouio cœnobio egressus, mox copijs vndecunque sibi aggregatis, principatum vi sub Theodorico rege ob-

obtinens, in multos episcopos, viros deinde illustres, & diuersę conditionis homines crudeliter sæuit, ablatis facultatibus complures ex illis contra datam fidem interficiens. Hic itaque Ebroinus crudelitate nimia sæuus ab Hermẽfrido Franco interfectus est. Erat tunc temporis vir oculis cœcatus vnus ex illis, quibus Ebroinus effoderat lumina, in insula Lugdunensis prouinciæ, quæ Barbara dicitur. Qui cùm nocturno tempore super ripam Sicannæ fluminis orandi gratia resideret, audiuit nauigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis insurgẽtium. Cumque interrogaret, quo nauigium illud tenderet, vox in auribus eius percrepuit: Ebronius est, quem ad Vulcaniam ollam deferimus, ibi enim facti sui pœnas luet. Hoc idem vir audiuit ad consolationem sui, vt sciret, quam pœnam persecutores iustorum sentirent.

D. Gregorius Magnus libr. 4. Dialogor. cap. 30. De Theodorico rege Arriano post mortem ad insulam Liparim in ollam Vulcaniam delato.

CAP. XII.

IVlianus huius Romanæ Ecclesiæ, cui DEO auctore deseruio, secundus defensor, qui ante septem fermè annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebrò veniebat, & mecum colloqui de animæ vtilitate consueuerat. Hic itaque mihi quadam die narrauit, dicens: Theodorici regis tempori-

bus, pater ſoceri mei in Sicilia exactionē canonis egerat, atque iam ad Italiam redibat. Cuius nauis apulſa eſt ad inſulā, quæ Lipar appellatur. Et quia illic vir quidam ſolitar us magnæ virtutis habitabat, dum nautæ nauis armenta repararent, viſum eſt prædicto tri ſoceri mei ad eundem virum Dei perge ſeque eius orationibus commendare. Q vir Domini cùm vidiſſet, eis inter alia col quens dixit: ſcitis quia Rex Theodoricus tuus eſt? Cui illi protinus reſponderunt: ſit, nos eum viuentem dimiſimus, & nihil ad nos de eo nunc vſque perlatum eſt. Qui Dei famulus addidit, dicens: Etiam morta eſt: Nam heſterno die hora nona inter Ioan Papam & Symmachum Patricium diſcinct atque diſcalciatus, & vinctis manibus de ctus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactat eſt. Quod illi audientes ſolicitè conſcrip runt diem, atq; in Italiam reuerſi, eo die Th odoricum regem inuenerũt fuiſſe mortuu quo de eius exitu atque ſupplicio Dei famu fuerat oſtenſum. Et qua Ioannem Papam affl gendo in cuſtodia occidit, Symmachum quo que Patricium ferro trucidauit, ab illis in ignem miſſus apparuit, quos in hac vita iuſtè iudicauit.

De VValtero de Mere, qui vidit Archiepiſcopum N. deferri ad montem Heclam cuius viſionis occaſione ipſe poſtmodum religioſiſſimam duxit vitam.

CA.

CAP. XII.

VValterus de Mere vir nobilis, satelles Caroli V. Imper. cùm aliquando nauigaret ad partes Boreales Islandiam versus secundo vento, vidit nauim ex aduerso ferri, itidem secundo vento, atque in puppi illius quoddam monstrum instar hominis nigerrimi, tanquam nauarcham constitutum. Cumque nauta huius walteri pro more acclamaret, quid mercium veherent, & quorsum tenderent, respondit dæmon alterius nauis detector, Nos vehimus Archiepiscopum N. nominando ciuitatem in qua fuerat Archiepiscopus, & tendimus ad montem Heclam. Quo audito VValterus iste totus contremuit, & vitæ suæ rationes subducere incipiens, cùm primũ Leidam Hollandiæ reuersus est, amplexus est institutum D. Francisci, ibidẽ sub patre VVilhelmo Delphensi professus, (qui hæc domi meæ in plena mensa multis honestissimis viris assidentibus exactè narrauit) & postmodũ Dordraci sepultus est.

Laurentius Surius in Chronicis sub annum 1537. adducẽs Trogũ li. 4. & Strabonem. De Æthne mõtis & Hecle terribilibus incẽdijs.

CAP. XIV.

ANno 1537. mense Aprili Aetna mons Siciliæ, materia plenus sulphurea, quam humida gignunt nutrimenta, ingentem ignis massam euomuit, quę non repentino, sed passim decidens, colles, nemora, saxa rupes,

pagosque duos, (nam multos ille mons ag
complectitur,) flammis vastauit. Eius mon
ignis sulphureus, interdiu obscurum & fu
nigrum, noctibus verò prorsus horrendum
spectantibus ostendit. Feruntur in sum
vertice mirabiles esse mutationes, inter
erumpēte ingenio flumine, aliquādo vel fl
ma, vel obscuto fumo. Id verò summam hi
admirationem, quod illius ignis calor, ne
frigus depellere, neque vllo frigore temp
ri potest. Verisimile est quicquid dicant Ph
losophi, ijs in locis quædam esse Tartari o
aut loca puniendis animabus destinata: quem
admodum etiam in Islandia insula, quæ in O
ceano sita, æstiuo solstitio noctem nullam, h
mali nullum diem habet, mons est, Occide
tem versus, Hecla dictus, à quo non longe ab
sunt fodinæ sulphuris, quod inde copiosis
mè plenis manibus euehitur. Mons ille cu
furit, haud secus atque horrenda tonitrua
sonat, proijcit ingentia saxa, sulphur evom
cineribus egestis terram circumcirca tam lo
gè operit, vt ad vicesimum lapidem vel mill
are coli non possit. Sunt ibi multæ voragines
ita cineribus opertæ, vt vix euitari possint
illis, qui vt eius incendij naturam explore
propius montem accedunt, è quibus plerique
viui à voraginibus absorbentur. Emergit illi
ignis quidam, qui aquam absumit, stuppam
absumit. Visuntur illic mortuorum spiritus
qui in nota specie offerunt se familiaribus

Hecla mōs in Islandia.

loquijs hominum, idque adeò, vt adhuc viuere putentur ab illis qui eos nesciunt, vel submersione, vel alia violenta morte perijsse. (Nam tales præcipuè apparent) cùm autem orant eos amici, vel noti, vt domum redeant, dicunt cum ingenti gemitu, se petere montem Heclam, ilicoque disparent. Voluit autem omnipotens Deus, eiusmodi in terris extare loca terribilia, vt certius norint mortales, quæ pœnæ maneant impios post hanc vitam, & sic discant timere Deum, vt possint æternos ignes euadere.

Petrus de Palude in Thesauro homiliarum, et Ioannes Nauclerus Chronograph. volum. 3. generat. 34. Petrus Canisius libr. 5. cap. 20. operis Mariani, Fulgosius lib. 9. ca. 12. Cõrad. Lycosth. li. 12. Theatri, & quidã alij. De done Archiepiscopo Magdeburgensi, qui patrocinante D. Virgine Maria, obtinens scientiæ donum & Archiepiscopatum, monitis q; D. Virginis resistẽs, & in Archiepiscopatu flagitiosè viuens, seuerè punitur.

CAP. XV.

ANno Domini nongentesimo, quadragesimo, apud Partenopolim, id est, Magdeburg in Saxonia, contigit factum terribile nimis, inauditum à sæculis. Quod factum sic stylo veraci referam, vt omnibus innotescat, quantum malum sit in statu prælationis turpiter viuere, & patrimonium CHristi, res scilicet Ecclesiæ, iniustè distrahere, & scan-

dalorum fœtoribus ſubditos corrumpere, [illegible]
moniales Deo dicatas auſu temerario violare.
In prædicta igitur vrbe erat ſcholaris quidam
nomine Vdo, qui liberalibus ſtudijs inſuda-
bat, qui cùm eſſet inertis ingenij, & nihil om-
nino proficere poterat, quantumcunque e-
am magiſtri verberibus torquebatur. Quad-
vice poſt enormes plagas ſcholas exiens, [illegible]
cleſiam maiorem ad honorem ſancti Mauri-
& ſociorum eius magnificè fabricatam intr-
iuit, ibiq́ue cum ingenti deuotione ſe proſ-
nens, & reginæ cęli clementiam, & beati Ma-
ricij patrocinium pro illuminatione ingen-
ſui implorauit. Ac ſic in precibus poſitus d-
dormiuit. Cui protinus mater miſericor-
apparens, dixit: Audiui orationem tuam,
vidi afflictionem tuam. Et ecce non ſolùm
entiæ munus tibi tribuo, immò etiã poſt
tem Archiepiſcopi, qui nunc præeſt, Eccl-
am principis mei Mauricij tuæ fidelitati
mendo, quam ſi benẽ vixeris, premium
num conſequeris: & ſi malè, in anima & co-
pore morieris. His dictis virgo diſparuit,
iuuenis ſcholas more ſolito repetiuit. Cum
ad loquendum aperuiſſet os, cœpit omnes
ſputando concludere, & in omni ſcientia
ritiſsimus apparere. Stupebant autem omn
qui eum audiebant, dicentes: Vnde huic tan
eſt inſpirata ſcientia? Nónne iſte eſt Vdo
heri mactabatur vt beſtia, & ecce hodie
batur Philoſophus. Poſt biennium Archi-
ſco-

scopus Magdeburg., & Vdo à cunctis electus Archiepiscopus efficitur. Confirmatus ergo & pallio decoratus aliquantulum diu benè vixit. Et quia honores mutant mores, cepit processu temporis consilium matris Dei negligere, & propriæ salutis immemor esse, & voluptatibus deseruire. Et dilapidare Ecclesię facultates, & non solùm sæculares fœminas, sed etiam velatas violare. Insuper quod deterius est, ad omnium flagitiorum genera habenas laxare. Sicque facta est eius vita omnibus odiosa, omnibus detestanda. Prôh pudor, cùm multis annorum curriculis memoratus Episcopus aêrem, mundumque totum suis sceleribus corrupisset, & quadam nocte quandam nigrarum monialium Abbatissam de regali cœnobio, quod tunc Ostirholtz, nunc verò vallis liliorum dicitur, Cistercienſ. secum in lecto haberet, audiuit vocem in hæc verba terribiliter intonantem, Fac finem ludo, quia lusisti satis Vdo. His dictis multum cachinnans, fictitium suspicabatur. Et mane facto rursus delicijs inuoluitur, factusque durus quasi lapis ad prodigiosæ vocis comminationem minimè compungitur. Sequenti etiam nocte vocem similem audiens, sed parui pendens stultus ille, vt antea in sua malicia perdurat. Nocte igitur tertia apud Abbatissam præfatam cubans, cùm nephandum opus libidinosæ cõmotionis exercuisset, vox sæpè dicta cum ingenti fragore intonuit, dicés. Fac finem ludo, quia

quia lusisti satis Vdo. Hac ergo voce tertia dita, stupefactus aliquantulum ingemuit, non resipuit, veruntamen iam damnationi ximus miser ille, coruinum quidem sæpe cinit, sed nequaquam ad pœnitentiæ lauacr properauit. Mira dicturus sum, vera tam quæsi Saxones, apud quos gesta sunt, rete vellent, lapides clamarent, sicut sequentia nifestant. Post menses igitur tres canon quidam Ecclesiæ Magdeburgensis, Frider nomine, vir etiam multum venerabilis, & gnæ sanctitatis, quadam nocte in choro sa Mauricij existens, & orationi feruentius stans, Deum pro sancta vniuersali Eccles cabatur, maximè & attentè pro sua, scil Metropolitana, & vt conditor omnium, stus iudex citius morbidum caput, Vdo scilicet Episcopum, per interitum de me aut certè in melius commutaret: verba dus habuerunt. Et ecce secuta est protin sio nimis horribilis, & cunctis morta metuenda, maximè tamen rectoribus Ec siæ, qui gregem Dominicum commissum cedunt, & malis exemplis inficientes pr tant sæpius in infernum. Vidit ergo, & ventus validus omnes Ecclesiæ lampades ter extinxit: quapropter timore nimio co ptus, loco adhæsit, steterunt comæ, vox et cibus intercluſa. Tunc venerunt duo iuue duos cereos gestantes, & ad altare proce tes, hinc inde iuxta cornua constiterun

totam illam aulam lumine replent. Post quos ingressi sunt alij duo, quorum vnus tapecia ante altare decenter strauit. Alter verò duas aureas cathedras collocauit. Post istos alter quidam solus venit pugil, strenuus incedebat, euaginatum tenens gladium, & stans in loco Ecclesiæ valenter clamabat: Omnes sancti, quorum reliquiæ hic habentur, Surgite, & venite ad iudicium Dei. His dictis apparuit maxima & præfulgida multitudo vtriusque sexus. Alij militari habitu adornati, alij pontificalibus infulis insigniti, & hi omnes chorum intrauerunt. Tunc etiam apparuerunt duodecim viri religiosi, in quorum medio gradiebatur Sole splendidior, regio diademate & sceptro adornatus. Apostoli verò erant, & Dominus IESVS CHristus cœli & terræ rex, quem mox vt omnes viderant, deuotissimè adorauerunt, & supra cathedram sedere fecerunt. Affuit præterea Regina cœlorum Luna & stellis clarior, quàm clarissima turba virginum sequebatur. Sancti verò omnes Dei matrem venerantes geniculanter susceperunt. Cui CHristus mox occurrens, & manum eius apprehendens iuxta se venerabiliter collocauit. Et ecce postremò apparuit sanctus Mauricius dux gloriosus cum sua legione sex millibus, sexcentis, sexaginta sex, qui se vnanimiter prosternentes adorauerunt, dicentes: Aequissime iudex, & conditor sæculorum, da iudicium: his dictis surgentes steterunt reuerenter prestolãtes.

tes. Quibus Dominus dixit: Scio quid quæri-
tis: & adiecit, Vdonem Episcopum. Contin-
quidam de astantibus abierunt, & miserun
Vdonem de latere Abbatissæ trahentes mi
rabiliter adduxerunt. Quem sanctus Mauri
us seuerius intuens, dixit: Domine mi iudic
Ecce iste Vdo non Episcopus, sed lupus, n
pastor, sed raptor, necator, & deuorator g
gis tui. Iste etiã est, cui Domina nostra ma
tua scientiam donauit. Cui hanc Ecclesiam
honorem nominis tui, sanctorumque tuor
commendauit, prædicens ei si benè rege
vitam perẽnem haberet, sin autem, mala mo
te in corpore & anima moreretur. Iste infe
per est, qui semel admonitus ac iterum ac
tio se corrigere noluit. Et non solùm hanc
clesiam, sed etiam se, & omnia sibi comm
prophanando ad nihilum redegit, imò spo
sas tuas semper & vbiq; turpiter & temer
olauit. His auditis Dominus præsidens iu
cio, sanctoque resipiens, dixit. Quid vobis
detur de isto? Pugil autem supradictus voc
magna clamauit, dicẽs. Reus est mortis. Iude
verò & omnes sancti qui aderant, in hanc se
tentiam conuenerunt, & quale genus mort
ille impius deberet sustinere, tractauerun
Tunc iudex ait: Caput meruit amittere, qui
ne capite tempus consumendo sordibus co
putruit. Quo dicto pugil confestim Vdo
præcepit, vt ceruicem tenderet. Quod cùm V
do feciſſet, & pugil gladiũ ad ictum eleuasse

qu-

quidam ex eis clamauit, dicens: Contine manum tuam, donec ab eo reliquiæ auferantur. Tunc quidam cum calice affuit coram Vdone ſtans, donec pugil miſerrimi hominis collum cum pugno valido percuſsiſſet. Et ecce poſt quẽlibet ictum & pulſum hoſtia polluta ꝑ os epiſcopi exiens, in calicem corruit. Quas oẽs ille reuerenter ſuſcipiens diligentiſsimè lauit, & ſuper altare in calicem ponens cùm ſua turba decenter inclinauit, abijt, & receſsit. Poſt hoc miſerabilem Vdonem pugil ſæpedictus aggrediens decollauit. Sicq; tota illa congregatio ſanctorũ diſparuit. Canonicus autẽ ſupradictus Iuſtus, qui hoc vidit nõ in ſomnis ſed apertis oculis ſtupens & tremens, & lumõ in crypta reperiens, omnes Eccleſiæ lampades pariter reaccendit. Cumq; adhuc de facto dubius & anxius ſecũ miraretur, tãdem reaſſumpta audacia ad locum iudicij paululũ proceſſit, vidit calicem cum hoſtijs in altari, & caput à trunco longius proiectum, necnon pauimentum ſanguine madefactũ. Cumq; quantũ poterat exclamaret & diceret: O triſte ſpectaculũ, ô grande miraculum, ô tremẽdum iudicium, ô quàm horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Nam quos diu vt conuertantur tolerat, non cõuerſos durius damnat. Poſt hoc oẽs Eccleſiæ ianuas obſerauit, & nullum omninò ingredi permittens, donec Sole iam orto oẽs potiores vrbe clericos & laicos conuocat. Tũc ianuis reſeratis ſeueriſsimã Dei vltionẽ Vdonem

nem videlicet Episcopum in suo sanguine ra-
befactum omnibus ostendit. Et tunc quæ au-
dierat & viderat per ordinem enarrauit. Ea-
dem verò die quidam ex capellanis suis no-
mine Bruno, cùm legationem sibi commissam
peregisset, Parthenopolim continuò famulis
longè ante pręcedentibus studuit remeare. In-
rim graui oppressus somno, arborem quãdam
vmbrosam videns de equo descendit, & frenum
fortiter ad brachium ligans paululum requi-
euit. Et ecce ingens globus spirituum immun-
dorũ cum turbis & tympanis, cum gladijs &
fustibus, cum lanceis & securibus ad eundem
locum gradu concito properabant. Cumque
omnes conuenissent, vni ex eis, qui princeps
videbatur, quia erat statura procerior, & vul-
tu terribilior, solium constituentes desuper
posuerunt sine mora. Alter clamans & cachin-
nans, & tripudians eminus apparuit, de quo
quidam velociores Aquilis cœli pręcesserunt
& fortiter clamauerunt: Date locum, date lo-
cum, ecce princeps Vdo noster charissimus ap-
propinquat. His dictis satelles sathanæ mise-
ram Vdonis animam in effigie corporali ca-
tena ignea à collo constristam ad summum
principem peruexerunt. Cui Sathan protinus
assurrexit, salutans eum verbis pacificis in do-
lo. Benè, inquit, venisti ô princeps & fautor
& dilatator regni nostri. Ecce parati sumus ti-
bi & omnibus nostris fidelibus, pro meritis
vestris reddere talionem. Cumque Vdo ob-
mute-

mutescceret Sathã assistẽtibus ait: Fatigatus est illi noster dilectus huc veniendo: & ideò placet vt consoletur: date ergo ei manducare. Illo autem renuente, & caput auertente, crudeles ministri eius bufones & serpentes violenter impresserunt, & liquorem sulphureum postmodum infuderunt. Adhuc illo non loquente, Sathan præcepit dicens, Ad balneum deducatur, & post horam ilicò reducatur. Et ecce non procul erat puteus cooperculum habens. Quo ablato flamma verax vsque ad cœlum erumpebat, quæ non solùm arbores & montes & lapides, immò etiam aquam iuxta manantem velut stipulam consumebat. In quẽ infœlicem illam Vdonis animam præcipitauerunt, & postmodum extrahẽtes in modum ferri candentis totam igneam suo principi detulerunt. Qui subridens, Nónne balneum suaue habuisti ò princeps. Tunc Vdo damnatum se omninò videns, cœpit blasphemare & dicere, Maledictus Sathan tu, & omnis familia tua, & omne imperium tuum. Maledictus Deus, qui me creauit, maledicta terra, quæ me portauit, maledicti parentes, qui me genuerunt, & maledicta omnis creatura tua in cœlo & in terra. Tunc omnes dæmones vna cum principe suo cœperunt manibus plaudere, & dicere. Verè dignus est iste manere nobiscum, quia peroptimè scit officium nostrum. Mittatur igitur nunc ad principalem scholam damnatorum, vt videat, audiat, sentiat, & discat

amplius, indeque non exeat in ſæcula ſæcu-
rum. Vix verba finierat, & ecce vnanimiter
odioſam illam creaturam irruerunt, can-
impetuosè in tartareum illud barathrum
ctando immerſerunt, ac ſi cœlum & terr
omnes montes mundi huius ad inuicem
terentur. Capellanus autem prædictus ha
mnia in ſomnis videns & audiens, timu
hementer. Tunc princeps tenebrarum eum
ſtendens, dixit. Videte ne fugiat clericus
qui nos aſpicit, quia ſemper aſtitit malo
ſuorum cooperator, conſcius & defenſo
gò ſicut fuit fautor culpæ, ſic ſit particep
vindictæ. Ideoque ad illum puteum ad
num ſuum demergatur. Quo dicto cùm d
nes eum rapere vellent, & ipſe effugere co
retur, repentè à ſomno exiliens euigilau
que equus territus tam diu hinc inde ſal
& curſitabat miſerum trahens hominem
nec à ſua iunctura eius brachium penitu
uebatur, difficulter tamen equum aſcend
Parthenopolim venit, & mox vt domin
um mortuum eſſe cognouit, viſionem vi
terrorem terrori, prodigium prodigio cu
lauit, & omnia. quę in via ſibi acciderant,
que viderat, & audierat patefecit, oſtend
ſua compage brachium auulſum, & repe
nam caniciem in argumentum veritatis.
ues igitur videntes & audientes hoc horri
le & inſolitum Dei iudicium, vehemente
muerunt. Et cadauer ignobile procul ab

in paludem iactauerunt. Quod bestiæ infernales cum plausibus & canticis, id est, cantibus laudis protinus exceperunt, & huc illucque trahendo morsibus discerpserunt, & ruricolas iuxta habitantes varijs terroribus multoties affecerunt. Tandem consilio inito glebam illam maledictam de palude extrahentes combusserunt, & puluere & cineres in Albim proiecerunt. Mira res tunc omnes, vt fertur, pisces suum gurgitem relinquentes, oceanum adierunt, donec litanijs & ieiunijs placato iam Domino, post decēnium vix tandem redierunt. Huius horrendi prodigij memoria iugiter pręoculis super pauimentum marmoreum candidum & politum in decollatione Vdonis cruor est, qui tam indelibiliter adhæret pauimento, vt de essentia marmoris esse quodammodo videatur: super locum illum, vbi decollatio facta est, semper taperia iacent. Et super electos Episcopos Te DEVM laudamus canitur: & iuxta morem collocantur, ibi ad orationem prosternendo, vt videntes sibi caueant, ne fortè pereant sicut ille. A Domino verè factum est istud ad terrorem episcoporum illius Ecclesiæ, & omnium inutilium prælatorum, vt audientes contremiscant læsæ maiestatis terribile iudicium & seueriſsimam vltionem.

Eutropius libr. 17. rerum Roman. & Ioann. Zonaras tom. 3 Annalium in Mauricio Niceph. Callist. libr. 18. cap. 40. histor. Ecclesiast. De admirabili visione Imperat. Mauricij qui ob excessus suos rogauit Deum, vt hic potius quàm in futuro reciperet, deq; eius supplicijs.

CAP. XVI.

MAuricius Imperat. cùm varijs excessibus Deum grauiter offendisset, vir quidam monachico habitu circumamictus, & in religione clarus, spata denudata foro vsque ad æneam gladiatoris statuam discurrens, Imperatorem omnibus in occisione gladij moriturum prædixit. Similiter & Herodianus Mauricio manifestè quæ sibi fuerant ventura prædixit. Imperatore verò noctu discalciato litaniam cum tota vrbe agente, & transeunte ad Carpiana loca, tumultuantes quidam ex multitudine contra Imperatorem lapidibus iaciunt, ita vt vix Imperator cum Theodosio suo saluaretur, & orationes compleret apud Blacernas. Anno verò imperij sui vicesimo, Mauricius in se reuersus, & sciens quod nihil Deum lateat, sed omnibus reddat secundum opera ipsorum, & recogitans excessum, quem in captiuitate perpetrauerat, non redimens eam, expedire iudicauit in hac vita se recipere pro peccato, & non in futura: & factas preces in scriptis transmisit ad omnes patriarchales sedes, & ad omnes ciuitates sibi subiectas

biectas, & ad monasteria quæ sunt in eremo, & in Hierosolymis: & ad lauras pecunias, & cereos, & incensa: vt orarent pro se, quod hic reciperet, & non in futuro sæculo. Scandalizabatur autem, & in Philippicum generum suum, quod in philiteram nominaretur. Porrò Philippicus diuersè iurabat Imperatori, quod purus esset in seruitio eius, & apud se nullum dolum haberet. Cumque Mauricius supplicaret Deo misericordiam præstandi animæ suæ, quadam nocte dormiens in visu, ante æneam palatij portam imagini saluatoris se vidit assistere, & copiosum populum pariter assistentem. Tunc facta est vox ex charactere magni Dei, & Saluatoris nostri IESV CHristi dicens: Date Mauricium. Et tenentes eum iudiciorum ministri, exhibuerunt ante purpureum vmbilicum, qui illic erat, & ait ad eum propria voce: Vbi vis reddam tibi, hic an in futuro sæculo? Quo audito ille respondit, Amator hominum domine & iudex iuste, hic potius, & non in sæculo. Et iussit diuina vox tradi Mauricium, & Constantinam vxorem eius, & omnem cognationē domus ipsius, Phocæ militi. Expergefactus ergo Mauricius, vocatum eum qui coram se dormiebat, misit ad Philippicum generum suum, vt celeriter eum duceret ad se. Cumque ille abijsset, vocauit eum. Qui consurgens aduocata vxore sua Cordia, osculatus est dicens: Salue: iam non me videbis. Quæ exclamauit cum fletu magna voce ad

paracœmumenum dicés. Adiuro te per Deum quæ est hæc causa, ob quam quærit hac hora. At ille iurauit se ignorare, quia repentè de somno exurgens Imperator misit me. Philippicus ergo quæsiuit corpus Christi percipere, & sic ad Imperatorem properare. Vxor autem iacebat in terra se volutans & plorans, & Deum exorans. Ingressus verò Philippicus cubiculum Regium, proiecit se ad pedes Imperatoris. Imperator autem dicit ei, ignosce mihi propter dominum, quia peccaui tibi. Nam usque nunc scandalizabar in te. Et iubens exire paracœmumenum, surrexit, & cecidit ad pedes Philippici, dicens: Ignosce mihi, quia modò certissimè scio, quia nihil peccauerit in me. Sed dic mihi, scis aliquem interagentina nostra Phocam militem? At verò Philippicus recogitans dicit ei: Vnum agnosco, qui ante modicum tempus procurator ab exercitu destinatus, contradicebat imperio tuo. Ait Imperator ait: Cuius est qualitatis? Qui ait: Iuuenis & temerarius, sed tamen timidus. Tunc Mauricius: si timidus, inquit, profectò & homicida. Et referebat Philippico somnij reuelationem. Porrò nocte illa visa est stella in cœlo quæ dicitur cometa. In crastino autem venit magistrianus, qui missus fuerat ad sanctos eremi patres, ferens responsa ab eis huiusmodi: Deus recepta pœnitentia tua, saluabit animam tuam, & cum sanctis cum tota domo tua te constituet. Ab imperio verò cum ignomi-

nia

nia & discrimine discedes. His auditis Mauricius glorificauit magnificè Deum. Paulò post verò exorta seditionis causa Phocas Imperator creatur, qui in necem Mauricij commotus, missis militibus duxit eum Chalcedonem ad Eutropium portum, & primò quidem cruciauit eum in ædibus filiorum: post Imperatorem punit. Nam quinque filij eius mares coram visibus illius præoccidérunt. Verùm Mauricius patienter infœlicitatem sustinens, Deum in omnibus inuocabat, & crebrò pronunciauit dicens: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Fit itaque mors filiorum epitaphium patris, præostendens virtutem in mole calamitatis. Cumque nutrix vnum ex imperatoris pueris furata fuisset, suumque pro eo interemptioni obtulisset, Mauricius non annuit, sed suum requisiuit. Aiunt itaque quidem, quod eo occiso lac cum cruore fluxerit, ita vt omnes insipientes dirè lamentarentur. Sic ergo Imperator naturæ legibus etiam celsior factus, vitam commutat.

D. Gregorius Magnus libr. 4. Dialogorum cap. 36. De Stephano quodam per errorem è corpore educto, ac postea in illud reuerso, deq; illius atq; alterius cuiusdam militis admirabili visione.

CAP. XVII.

ILlustris vir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso mihi narrare consuerat: quia in Constantinopolitana vrbe pro quadã causa

demoratus, moleſtia corporis ſuperueniens defunctus eſt. Cumque medicus atque pigmentarius ad aperiendum eum, atque condiendum eſſet quæſitus, & die eodem minime inuentus, ſubſequente nocte corpus iacuit inhumatum. Qui ductus ad inferni loca, vidit multa quę prius audita non credidit. Sed cum præſidenti illic iudici præſentatus fuiſſet, a eo receptus non eſt, ita vt deceret: Non hunc adduci, ſed Stephanum ferrarium iuſsi. Qui ſtatim reductus in corpore eſt, & Stephanus ferrarius, qui iuxta eum habitabat, eadem hora defunctus eſt. Sicque probatum eſt verax fuiſſe verba quæ audierat, dum hæc effectus mortis Stephani demonſtrauit. Ante triennium quoque in hac peſtilentia, quę hanc vrbem tam de vehementiſsima depopulauit, in qua erant corporali viſu ſagittæ cœlitus venire, & ſingulos quoſque ferire videbantur ſicut nostis Stephanus idem defunctus eſt. Quidam vero miles in hac eadem vrbe noſtra percuſſus, ad extrema peruenit. Qui eductus è corpore exanimis iacuit, ſed citius redijt, & quæ cum ei fuerant geſta, narrauit. Aiebat enim, ſicut res eadem etiam multis innotuit, quia pontem rat: ſub quo niger atque caliginoſus fœtorem intolerabilis nebulam exhalans fluuius decurrebat. Tranſacto autem ponte, amœna erant prata atque virentia, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conuenticula eſſe videbantur. Tantuſque

in eodem loco odor suauitatis inerat, vt ipsa suauitatis fragrantia illic deambulantes, habitantesque satiaret. Ibi mansiones erant diuersorum singulæ, magnitudine lucis plenæ. Ibi quædam miræ potentiæ ædificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis construi, sed cuius esset, non potuit agnosci. Erant verò super ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, sed alia exurgentis fœtoris nebula tangebat, alia autem exurgens fœtor è flumine minime tangebat. Hæc verò erat in prædicto ponte probatio, vt quisquis per eum vellet iniustorum transire, in tenebrosum fœtentemque fluuium laberetur. Iusti verò quibus culpa non obsisteret, securo per eum gressu ac libero ad loca amœna peruenirent. Ibi se etiam Petrum Ecclesiasticæ familiæ maiorem, qui ante quadriennium est defunctus, deorsum positum in locis teterrimis magno ferri pondere religatum ac depressum vidisse confessus est. Qui dum requireret cur ita esset, sea se dixit audisse, quæ nos qui eum in hac Ecclesiastica domo nouimus, scientes eius acta recolimus. Dictum namque est: Hæc idcircò patitur: quia si quid ei pro facienda vltione videbatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio, quàm obediẽtię seruiebat. Quod sic fuisse, nullus qui illum nouit, ignorat. Ibi se etiam quendam peregrinum presbyterum vidisse fatebatur, qui ad prædictum pontem veniens, tanta per eum authoritate transijt,

quãta & hic ſynceritate vixit. In eodem quo-
que ponte hũc quem prædiximus Stephanum
ſe recognouiſſe teſtatus eſt. Qui dum tranſire
voluiſſet, eius pes lapſus eſt, & ex medio cor-
pore iam extra pontem deiectus, à quibuſdam
teterrimis viris ex flumine ſurgentibus, per
coxam deorſum, atque à quibuſdam albatis &
ſpecioſiſsimis viris cœpit per brachia ſurſum
trahi. Cumque hinc luctamen eſſet, vt hunc
boni ſpiritus ſurſum, mali deorſum traherent,
ipſe qui hæc videbat, ad corpus reuerſus eſt,
& quid de eo plenius geſtum ſit, minimè cog-
nouit. Qua in re de eiuſdem Stephani vita da-
tur intelligi: quia in eo mala carnis cum elee-
moſynarum operatione certabant. Qui enim
per coxas deorſum, per brachia trahebantur
ſurſum: patet nimirum quia & eleemoſynæ
amauerat, & carnis vitijs non reſtiterat, qui
eum deorſum trahebant. Sed in illo occulto
arbitri examine quid in eo vicerit, & non
eum, qui vidit, & reuocatus eſt, latet. Con-
tamen, quia idem Stephanus poſtquàm ſicut
perius narraui, & inferna loca vidit, & ad cor-
pus redijt, perfectè vitam minimè correxit,
poſt multos annos de corpore adhuc in cer-
mine vitæ & mortis exijt. Qua de re colligi-
tur, quia ipſa quoque inferni ſupplicia tan
demonſtrantur, alijs hoc ad adiutorium, alijs
verò ad teſtimonium fiat: vt iſti videant ma
quæ caueant, illi verò amplius puniãtur, qui
nam

niam inferni supplicia nec visa & cognita vitare voluerunt.

D. Augustinus epist 100. ad Euodium. De quodam Gennadio, dubitante aliquando an aliqua esset vita post mortem, qui admirabili in somnis visione hoc errore liberatus est.

CAP. XVIII.

NArrabo vnum aliquid breuiter vnde cogites: Frater noster Gennadius notissimus ferè omnibus, nobisque charissimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, & Romæ suæ artis exercitatione præpoluit, vt hominem religiosum nosti, atque, erga pauperum curam impigra misericordia facillimoque animo benignissimum, dubitabat tamen aliquando, vt modò nobis retulit, cùm adhuc esset adolescens, & in his eleemosynis feruentissimus, vtrum esset vlla vita post mortem. Huius igitur mentem & opera misericordiæ quoniam Deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus iuuenis & dignus intendi, eiq; dixit: Sequere me: quem dum sequeretur, venit ad quãdam ciuitatem, vbi audire cœpit à dextra parte sonos suauissimæ cantilenç, vltra solitam notamque suauitatem. Tunc intento quidnam esset, ait, hymnos esse beatorum atque sanctorum. Sinistra autem parte quid se vidisse retulit, non satis memini. Euigilauit & somnium fugit, tãtumque de illo, quãtum de somnio cogitauit: alia

verò

verò nocte, ecce idem ipse iuuenis eidem rursus apparuit, atque ab illo vtrum cognosceretur, interrogauit: respondit iste, quod eum bene planeque cognosceret. Tunc ille quæsiuit vbi se nosset. Nec memoriæ defuit, quod identidem responderet, totumque visum illud hymnosque sanctorum, ad quos audiendos eo duce venerat, qua recentissimos recordabatur facilitate narrauit. Hic ille percontatus est, vtrumnam id quod narrauerat in somnis vidisset, an vigilans? Respõdit, in somnis. At ille: Benè, inquit, recolis: verum est, in somnis illa vidisti. Sed etiam nunc, in somnis videre scias. Hæc cùm audisset iste, ita esse respondidit, atque id responsione firmauit. Tunc ille hominem docebat, adiecit, & ait: vbi est nunc corpus tuum? Ille respondit, in cubiculo meo. Sciſne, inquit ille, in eodem corpore nunc illigatos esse, & clausos, & ociosos oculos tuos, nihilque illis oculis te videre? Respondit, scio. Tunc ille: Qui sunt ergo, inquit, oculi, quibus me vides? Ad hoc iste non intelligens quid responderet, obticuit. Cui hæsitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit: & continuò, sicut, inquit, oculi illi carnis tuæ, vtique in dormiente quique in lectulo iacente nunc vacant, nec aliquid operantur, & tamen sunt isti, quibus me intueris, & ista vteris visione: ita cùm defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuę vitæ inerit qua viuas, sensusque quo sentias. Cui

iam deinceps, ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis, ablatam dicit huius rei dubitationem. Quo docente, nisi prouidentia & misericordia Dei?

Rupertus Abbas Tuitiensis libr. 7. de diuinis officijs cap. 4. De miraculo, quo fides resurrectionis probata est contra quendam de ea dubitante, & contra hæreticos circa annum Domini IIII. grassantes, ac dicentes: quomodo corpus Dominicum post resurrectionem verum fuerit, quod clausis ad discipulos ianuis introiuit.

CAP. XIX.

HOC sancto Paschæ sabbato, quo cereo (de cuius quoque præconijs superius aliqua diximus) annus ab Incarnatione Domini millesimus cẽtesimus vndecimus inscriptus est in Ecclesia S. Laurentij, ad procedentes eiusdem diei matutinos extinctis de more cunctis luminaribus, dum eorum vltimum extingueretur, & ad canticum Euangelij, hæc antiphona à Domino Abbate Beringero imponeretur, Mulieres sedentes ad monumentum, ecce repentè ante pedes fratris cuiusdam nostri proiectum cecidit ipsius quo firmiter substrictus erat, cingulum. Ille solutum esse, & sic cecidisse suspicatus, quod tamen mirum fuisset, quia cùm delapsum fuerat, neque circum crura pedesque descenderat, sed ante pedes quasi proiectum (vt dictum est) exilierat: inclinauit se, vt tollens illud, rursum

Lauren. Tra iectẽ vbi monachus nunc erat Rupertus hic author teste Trithemio.

rursum sese accingeret: Cumque manus in
cisset, vt illud sibimet circumdaret, nodum
erat fortiter astrictus, non cedere sibi, vt
quàm dici potest admiratus est. Intende
& secum cum stupore magno reputanti, qu
nam hoc sibi vellet, ecce vox facta est, & si
lum tanquam auræ tenuis audiuit, dicen
sibi: Sic potuit clauso Christus prodire sep
chro. Siquidem hæc, vt ipse referens testa
est, admiratio mentem eius persæpè subit
quomodo verum Domini corpus, vnde n
nullatenus dubitabat, clauso resurgere mo
mento, clausis potuit ianuis ingredi ad dis
pulos. Similem historiam narrat D. Aug
libr. 22. cap. 8. de ciuitate DEI, de Patronia fe
mina clarissima, quæ cum diuturno langu
detenta esset, adeò vt medicorum adiut
cuncta defecissent, apud memoriam S. Step
ni mirabiliter curata est. Deficiente tam
medicorum ope, persuadebatur à Iudæo qu
dam, vt annulũ capillitio cingulo inser
quo sub omni veste ad nuda corporis cingu
tur: qui annulus haberet sub gemma lapid
inuentum in renibus bonis. Hoc alligata qu
remedio, ad sancti martyris limina veni
Sed profecta à Carthagine, cùm in confi
fluminis Bagradæ, in sua possessione ma
set, surgens vt iter perageret, ante pedes su
illum iacentem annulum vidit, & capillatu
zonam qua fuerat alligatus, mirata tenta
quam cùm omninò suis nodis firmissimis

cut fuerat, comperisset astrictam, crepuisse atque exilijsse annulum suspicata est: qui etiam ipse cùm integerrimus fuisset iuuentus, futuræ salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit, atque illud vinculum soluens, simul cum eodem annulo proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui etiam Dominum IESVM, per integra. Virginalia matris enixum, & ad discipulos ostijs clausis ingressum fuisse non credunt.

D. Augustinus lib. de cura pro mortuis gerenda cap. 11. Pater defunctus anxio filio apparet in somnis & de Chirographo certiorem reddit.

CAP. XX.

PRO certo cùm Mediolani essemus, audiuimus, quod cùm debitum repeteretur, à quodam defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente à patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissimè cœpit atque mirari, quod ei pater moriens, non dixerit quid deberet, cùm fecisset etiam testamentum. Tunc nimis anxio apparuit idem pater eius in somnis, & vbi esset recautum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo inuento iuuenis atque monstrato, non solùm falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando persoluta est pecunia.

D. An-

D. Augustinus ibidem. Augustinus adhuc vo-uens, Eulogio rethori de loco Ciceronis obscu-ro sollicito, in somnis apparet, exponens illi quod non intelligebat.

CAP. XXI.

NOBIS apud Mediolanum constitutis Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut ni-hi ipse posteaquàm in Africam remeauimus retulit, cùm rhetoricos Ciceronis libros di-cipulis suis traderet, recensens lectionem quam postridie fuerat traditurus, quendam lo-cum offendit obscurum. Quo non intellecto vix potuit dormire sollicitus. Qua nocte som-nianti, ego illi quod non intelligebat expo-sui: imò non ego, sed imago mea nesciẽte me & tam longè trans mare aliquid aliud, siue ri-gente, siue somniante, & nihil de illius cura omninò curante.

Ludouicus Granatensis concione 1. de S. Do-minico, F. Romanus Theologus Dominica-nus apparet D. Thomæ Aquinati, ad qua-stiones quasdam illius respondet, atq; vt in sua vocatione perseueret hortatur.

CAP. XXII.

ORanti quodam tempore S. Thomæ Ne-apoli in templo Dominicanorum, ap-paruit frater Romanus S. Theologiæ Doctor, quem ille sibi Parisijs in prælectioni-bus reliquerat successorem, qui nõ ita pridie obierat, D. Thoma ignorante. Vt ergo vidit illum

lum iuxta se stantem, Gratulor, inquit, te huc aduenisse, sed quando, oro, venisti? Respondit ille: Ego iam excesi è corpore, permissum autem mihi est pro tuo merito tibi apparere. Territus eo responso nõnihil sanctus vir, cùm se collegisset, ait, adiuro te per Dominum vt indices mihi, num placeant Deo opera mea. Respondit Romanus, Perseuera in hoc statu, nec dubites grata esse Deo quæ facis. Et Thomas: Tecum, verò, inquit, vt agitur? Respondit, Ego vita fruor sempiterna: attamen ob negligentiam curatum testamentum à Parisiensi Episcopo mihi traditum, pœnas lui in locis purgatorijs ad dies quindecim. Et Thomas, Scis, inquit, crebrò nos in disputationem illam adduxisse quæstionem, an permaneant in animo scientiæ in hac vita, acquisitæ, quæso vt eam mihi expedias. Respondit Romanus: Ego Deum intueor, noli hac de re ex me scisscitari. Et Thomas, Vides ne, inquit, Deum sine medio, aut aliqua re interposita. Tum ille, Sicut audiuimus, ait, sic videmus in ciuitate Domini virtutum, moxque disparuit, & S. Thomam magna reliquit consolatione perfusum.

D. Fridericus N. defunctus Romæ sub crepusculum matutinum apparet D. Eisengreinio in somnis, & locum Salomonis admirabili doctrina exponit.

CAP. XXIII.

CVM anno Domini 1566. agerem Rom
cum viris Clariſſ. D. Martino Eiſengre
nio & D. Ioanne Pfiſtero, Oratorib
Sereniſsimi Bauariæ Ducis Alberti apud
dem Apoſtolicam, paulò poſt Paſchæ ſole
nia, D. Martinus Eiſengreinius, Orator
Bauaricus apud Pium V. Pontif. Max. admi
bilem habuit ſub ipſum crepuſculum ma
num viſionem, quam mox vt euigilauit, m
ad ſe accerſito, atque item D. Philippo D
bereinero admirabundus enarrauit. Olim
cùm D. Frederico N. tunc adhuc ſuperſ
Cap. 11. diſſertationem habuerat de loco iſto Salom
nis, Omnia in menſura & numero & pond
diſpoſuiſti. Itaque cùm nuper defunctus
D. Frider. N. viſus eſt in ſomnis apparer
Eiſengreinio, eundemque locum admira
doctrina ac dexteritate explicare. Vidi
quoque D. Eiſengreinius iuxta cubile
pendentem tabulam, in qua omnis gen
ſtatus & conditionis homines verſari ag
que videbantur, & ſinguli quidem occupa
tur circa res & negotia ſua. In margine v
tabulæ infinitæ bilances apparebant pen
tes, in quibus omnium & ſingulorum a
nes, ſtudia & molimina exactiſsimè pond
bantur. Ac tandem poſt acutam & abſolu
mam iſtius loci Salomonis explicationem
pit interrogare Fridericum Eiſengreinu
quo nam pacto ſecum ageretur, Saluus n
ctus eſſet. Ille verò reſpondit: Spero. Qui-

cto euanuit, quasi desiderans suffragium: D. Eisengreinius mox euigilat. Paulò post exurgẽs, familiarem suum ad meum cubiculum amandat, vt me vocaret. Ego verò quia erat dies festus, iam in vaticanum ad Ecclesiam S. Petri concesseram. Ille protinus mittit ad D. Philippum Dobbereinerum, eique totam rem exponens, mandat vt in loco sacratiori, qualia aliquot ista in vrbe ad suffragandum animabus à summis Pontificibus deputata, maximisque indulgẽtijs cohonestata sũt, sacrificiũ corporis & sanguinis Domini offerri curet. Ego paulò pòst ab Ecclesia domũ reuers⁹, eueſtigio vocor ad D. Eisengreinium, exponit quid viderit, quidq; mihi in mãdatis dare cupiuisset, quod iam per D. Dobbereinerum curasset. Nec verò mirandum, si vir doctissimus, & Catholicæ religionis vindex acerrimus, speratæ beatitudinis dilationem sustinere visus sit, cùm & de S. Seuerino sanctissimo Episcopo in quibusdam historijs legatur, illum ab obitu suo non potinus ad æternæ felicitatis fruitionem admissum: & D. Gregorius Magnus lib. 4. Dialogor. cap. 40. & 41. referat de viro integerrimo Pascasio, qui eius fuit sanctimoniæ, vt ex contactu vestis eius in feretro, malignus spiritus ab homine obsesso fugatus sit: & tamen ob exigua quędam ab ipso Pascasio viuente nõ animaduersa, adhuc quædam luenda habebat, donec Germani Episcopi Capuani deprecati-

one ab ipso Pascasio, in thermis apparente, p
stulata, liberaretur.

*D. Gregorius Episcopus Turonen. libr. 1. ca
40. miraculorum D. Martini. De Sisi
pho, cui D. Martinus apparens, expo
cur infirmitates, & hostium grassatio
pulum affligant.*

CAP. XXIV.

SIsulphus ex Cinnomanicis paupercu
dum in hortellum suum meridie obd
miuisset, nescio quid nequitiæ perpe
fit. E somno autem exiliens, contractis m
lam digitis cum magno dolore perpessus, r
sus soluitur in soporem. Et vidit per visum
ecce vir stabat ante eum nigris vestibus, r
autem capite. Qui conuersus ait: Quid fl
quit, in fletibus commoueris? Et ille: Ecce
nerabilis domine dum parûper obdorm
cum dolore expergefactus opus manuum
arum perdidi, & nescio quid sceleris com
si. Tunc vir, illi, tanquam discipulis dom
de cœco nato. Quia neque ille peccauera
que parentes eius, sed vt manifestaretur op
Dei in illo, ait: Debilitas tua tormentum
cat populi delinquentis. Vade ergo nunc
vicos & castella, & ad ciuitatem vsque per
de, & prædica, vt se omnis homo à rapina
vsuris abstineat, & nullum opus in solem
tibus mysticis agat. Ecce enim coram domi
in lachrymis decumbemus, veniam pro po
lo deprecantes, & adhuc spes est obtinend
cro

emendatio sequatur in plebe. Nam hostilitates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus, indignationem domini commonent. Et ideò nuncio velociter, vt se emendare studeant, ne crudeliter in scelere suo pereant. Tu verò his peractis, quæ imperaui, Turonum ad basilicam propera, ibique te visitabo, & obtinebis apud dominum vt saneris. Cui ille, dic mihi, quæso, domine, quis es, vel quod est nomen tuum? Cui vir, Ego sum, inquit, Martinus sacerdos Turonensis. In his sancti verbis pauper surrexit à somno, apprehensoque bacello, iter imperatum aggreditur, & quæ sibi fuerant imperata, populis nunciauit. Mense autem septimo postquàm hæc acta sunt, beatam basilicam adijt, ibique prostratus per triduum, quarta die à sancti virtute visitatus est. Iam enim computruerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de causa detinebatur. Et cùm digiti eius directi fuissent, sanguis ab ijsdem erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore proprio quæ recolimus enarrauit.

D. Ambrosius Episcopus Mediolanen. in vita S. Agnetis virginis & martyris. Quomodo S. Agnes admirabili decore parentibus ad tumulum eius pernoctantibus, apparuerit: & Constantia regina in visione admonita, sanitatem pristinam miraculosè recuperauerit.

CAP. XXV.

DVM parẽtes beatę Agnetis aſsiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum eius, vident in medio noctis ſilẽtio exercitum virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ, cum ingenti lumine prętendebant. Inter quas vident beatiſsimã Agnetem, ſimili veſte fulgentem, & ad dexteram eius agnum niue candidiorem. Hæc itaque cùm viderent parentes eius, & qui ſimul erant, ſtuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat ſanctas virgines, parumper gradum figere, & ſtans, parẽtibus ſuis dixit: Videte, ne me quasi mortuam lugeatis: ſed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi, & illi ſum iuncta in cœlis, quem in terris poſita, tota animi intentione dilexi. Et his dictis, pertranſijt.

Hæc viſio publicè ab omnibus, qui viderant, quotidie vulgabatur. Vnde factum eſt, vt poſt aliquantos annos ad Conſtantiam, Conſtantini filiam, hoc factum ab his, qui viderãt, narraretur. Erat enim ipſa Conſtantia regia virgo prudentiſsima, ſed ita obſeſſa vulneribus, vt à capite vſque ad pedes, nulla membrorum pars libera remanſiſſet. Accepto autem conſilio, ſpe recuperandæ ſalutis, venit ad tumulum martyris nocte: & licèt pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat. Quod dum faceret, repentina ſomni ſuauitate corripitur: & vidit per viſum beatiſsimam Agnetẽ, talia ſibi monita perferentem.

Co-

Constanter age, Constantia, & crede Dominū IESVM CHristum filium Dei esse Saluatorem tuum: per quem modò consequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia euigilat sana, & sic sana, vt nec signum in eius membris alicuius vulneris remaneret.

Reuersa igitur ad palatium saniſsima, facit gaudium & patri suo Augusto, & fratribus suis imperatoribus. Coronatur ciuitas tota: Fit lętitia militantibus, atque priuatis, & vniuersis audientibus hæc. Infidelitas gentium confundebatur: & fides dominica lætabatur. Interea patrem & fratres Augustos rogat, vt basilica beatæ Agneti constrŭeretur, & sibi illic mausoleum collocari præcepit. Currit hæc opinio ad omnes, & quotquot credentes ad eius tumulum aduenisſent, sanabantur quacunque fuisſent infirmitate detenti. Quod facere Christum nullus dubitat vsque in hodiernum diem. Perseuerauit autem Constantia Augusti filia in virginitate: per quam multæ virgines & mediocres, & nobiles, & illustres, sacra velamina perceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, vsque in hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnetē beatiſsimam, quasi in corpore manentem, attendunt, & eius exemplo agentes viriliter, integrę perseuerant, credentes sine dubio, quod perseuerantes perpetuæ victoriæ palmam acquirant.

Hæc ego Ambrosius seruus Christi, dum i
voluminibus abditis inueniſſem ſcripta, non
ſum paſſus infructuoſo ſilentio tegi. Ad hono-
rem igitur tantæ martyris, ſicut geſta eius q
noui, conſcripſi: & ad ædificationem veſtra
ô virgines Chriſti, textum paſsionis eius cr
didi deſtinandum, obſecrans charitatem Sp
ritus ſancti, vt labor noſter in veſtra imitatio
ne fructum in conſpectu Domini valeat inue
nire, Amen.

Ludouicus Bloſius Monilis ſpiritualis cap. 19.

*De admirabili quadam viſione S. Gertru-
dis, & exacta omnium malorum bonorum
operum retributione.*

CAP. XXVI.

REligioſa quædam virgo cùm in mo
ſterio S. Gertrudis defuncta eſſet, vi
ipſa Gertrudis animam eius in loco a
modum lucido mirificè exornatam con
re. Cui etiam Dominus IESVS aſtabat, & q
que vulneribus ſuis ſenſus illius noua
tatis dulcedine recreabat, eamque blandè co
ſolabatur. Dixit itaque Gertrudis ad domi
Quum tu Deus totius conſolationis huic
amicabilem ſerenitatem exhibeas, quid e
quod ipſa mœſtiori vultu grauamen inte
prętendit. Ad quod Dominus: Ex hac mea p
ſentia, anima quam cernis non niſi delectat
ta meæ humanitatis percipit. Vnde & ple
conſolari non poteſt: ſed vbi à negligẽtijs p
teritæ vitæ purgata fuerit, ego eam in præ

tia iucundiſsimæ diuinitatis meę perfectè cõſolabor. Et iſta: Nunquit Domine mi, miſeratio tua non præualeret filiam tuam (cui ab infantia dederas pium cor & benignam voluntatem erga omnes homines) nunc abſoluere ab omni negligentiarum impedimento? Reſpondit Dominus: Pietatem cordis eius, benignamque voluntatem abundantiſsimè remunerabo: ſed oportet (dictante iuſtitia mea) vt omnis macula abſtergatur. Et quaſi blandiendo tenens mentum puellæ, adiunxit: In hoc ſponſa mea libẽtiſsimè cõſentit iuſtitiæ meæ: quia quum plenè purgata fuerit, gloria diuinitatis meæ iucundiſsimè perfruetur. Ad quæ verba Domini, illa benigno vultu annuit. Poſteà ſancta Gertrude offerrente ſub Miſſa pro eadem puella ſalutarem hoſtiam, quæ à ſacerdote eleuabatur, dixit anima: In veritate certum eſſe experior, nullum quantumlibet exiguum bonum in homine carere remuneratione, nec vllam quantumuis paruam culpam eſſe, quę non purgari debeat ante vel poſt mortem. Quia enim ſacram communionem libẽter accepi, quando in terra viuebam, nunc magnum remedium obtineo de Sacramento altaris pro me oblato. Et quia tam benignam voluntatẽ ad omnes homines habui, modò multò citius iuuat me oratio pro me fuſa. Inſuper etiam ęternam remunerationem expecto, quã in cœlo recipiam. Sicque ſurſum ferri anima videbatur, ſubleuata precibus Eccleſię. Scie-

bat autem (vbi ad statutum terminum perueniret) Dominum cum corona glorię sibi obuiaturum, seq́ue in gaudium ęternum introducturum. Licet verò purgandus quisque iustitię & voluntati diuinę consentiat, non tamen amat pœnas suas: sed cuperet se ita vixisse, vt iam nihil in se esset puniendum & purgandũ. Mauult tamen in purgatorio perferre pœnas cum certitudine perueniendi ad Deum, quam adhuc esse in hac vita cum periculo peccandi in Deum.

Ex libro 4. Insinuationum diuinæ pietatis ca. 28. & citat D. Ludouicus Blosius in Monili spirituali cap. 14. Quàm exacte pateant cogitationes & actiones humanæ coram Deo & omnibus sanctis, & quomodo ornentur per merita CHristi, & quomodo stigmata peccatorum etiam per pœnitentiam deletorum, apparebunt, non ad ignominiam sed ad laudem & gloriam diuinæ misericordiæ.

CAP. XXVII.

SAncta & deuotissima virgo Gertrudis, dũ in quadam feria secunda Paschæ communicatura oraret Dominum, vt per illud dignissimum Sacramentum supplere dignaretur omne quod ipsa vnquam neglexerat in ordine religionis, suscipiens eam filius Dei præsentauit Deo patri, indutam tunica religionis: quæ tunica videbatur ex tot partibus distinctim composita, quot annos vixerat in religio-

ligione: ita quod inferior pars tunicæ reputabatur pro primo anno, secunda pro secundo anno, & sic deinceps vsque ad annum, in quo tunc erat. Videbaturque tunica illa ita expansa & extensa, quod nullius omninò plicæ vmbra quicquam in ea contegere poterat, sed in quolibet anno distinctim apparebant annotati omnes dies & horæ, & insuper singulæ cogitationes, verba, & opera, tam bona quàm mala, quæ in illo anno peregerat de die in diem, de hora in horam, de cogitatione in cogitationem, de verbo ad verbum, de opere ad opus: & quid singulis verbis & factis suis intenderet, vtrum scilicet Dei laudem, & animæ suæ profectum, aut humanum fauorem, vel alicuius damnum: quid etiam in quolibet commodo vel abstinentia, vel quocunque opere ex pura obedientia, quidve ex propria deliberatione perfecerat. Vbi autem in aliquo opere sibi blandita fuerat, quasi ex obedientia illud feciſſet, quod magis ex propria deliberatione sibi à magistratu obtinuerat permitti, aut per aliquam callidam occasionem extorserat sibi mandari: talia nimirum opera obedientiæ apparebant in tunica illa, velut quędam gemmulæ luto fragili infixæ, quæ nutantes & quasi casuræ vix poterant hærere. Orante autem pro ea filio Dei, & suam innocentissimam ac perfectissimam conuersationem Deo patri offerente, videbatur tunica illa veluti quadam aurea lamiam splendidissima & perspicatissi-

ma

ma obtecta: per quam tum omnia prædicta cogitationum, verborum, & operum, necnon intentionum, necessitatum vel simulationem (quæ vel scienter vel negligenter, sponte vel coactè quolibet tempore vel hora peregerat) merita adeò clarè permicabant & distinctè quemadmodum per purum crystallum quilibet color suppositus potest decerni. Nec aliquis saltem minimus puluis aut punctus latere poterat, qui in luce cogitationis infallibilis veritatis, tam Deo quàm etiam omnibus cœlicolis, euidentissimè non appareret. Vnde diuinitus intellexit, quod cuiuslibet hominis status similiter patet Deo & omnibus sanctis per æterna sæcula. Quod autem Dominus dixit per Prophetam. In quacunque hora conuersus fuerit peccator, &c. Sic intelligendum est, quod non recordabitur Dominus vltra peccatorum condigna pœnitentia deletorum ad iudicandum. Verumtamen iugiter apparebunt in nobis singulæ maculæ peccatorum nostrorum ad laudem & gloriam dulcissimæ misericordiæ eius, qua tam benignè pœnitentibus peccata dimisit, & insuper tam multimodis beneficijs suæ diuinæ pietatis nos circumuenit, ac si nunquam contra ipsum in aliquo deliquissemus. Singula etiam opera nostra bona, cogitationes, verba, voluntates, quas vnquam pro amore & laude Dei perfecimus, similiter in sempiternum efflorebunt ad laudem ipsius, (cuius dono & coopĕratione vt

ſtra perfecimus)& ad cumulũ gaudiorum noſtrorum, ſicque ſemper pro inuicem laudabimus & amabimus Deum, qui in Trinitate perfecta viuens & regnans, operatur omnia in omnibus nobis.

Ludouicus Bloſius cap. 13. Monilis ſpiritualis ex lib. 3. Inſinuat. Diuinæ pietatis animæ necdum plenè purgatæ ipſæmet ob reuerentiam diuinæ maieſtatis ſe ſubducunt amplexibus ſponſi, donec perfectè mundentur.

CAP. XXVIII.

QVum quædam virgo monaſterij beatæ Gertrudis, poſt iuuenilem ętatem in virtutibus ſanctæ religionis peractam, defuncta eſſet, vidit eam ipſa Gertrudis in magna luce & vario ornatu aſtare IESV CHriſto: quę tamen tanquam ſponſa verecunda vultum dimittens, nitebatur ſe ſubducere, non auſa leuare oculos ad gloriam diuinæ maieſtatis. Hinc Gertrudis zelo pietatis ducta, dixit ad Dominum: eia benigniſsime Deus, quare hanc filiam tuam non ſuſcipis inter ſuaues amplexus tuos, ſed eam tanquam alienam tibi aſtare permittis? Ad quæ verba Dominus videbatur blandiſsima ſerenitate extendere dexteram ſuam tanquam amplexaturus animam. At illa cum delicata quadam reuerentia ſubtrahebat ſe. Quod multum admirans Gertrudis, ait animæ: Quare ſubducis te amplexibus ſponſi tam amabilis? Cui illa: Quia nondum purgata ſum, ſed adhuc maculæ aliquæ me incompoſitam

tam reddunt. Etiam si omninò liber ad cęlum acceſſus mihi pateret, ego tamen (dictante iuſtitia) memetipſam ſponte ſubtraherem, qui ſciam me tam glorioſo ſponſo nondum conuenire. Tum Gertrudis: Et tamen videris iam quaſi glorificata. Ad quod anima: Illam, inquit, beatitudinis gloriam, quam ſancti ex viſione & fruitiõe diuinitatis cum plena remuneratione obtinent, nulla anima meretur accipere, donec ab omni macula perfectè purgata, intret in gaudium Domini ſui.

Ludouicus Bloſius cap. 10. Monilis ſpiritualis, ex libr. Inſinuation. diuinæ pietatis. Sine tribulatione & moleſtia regnum Dei obtineri non poteſt.

CAP. XXIX.

QVum virgo Gertrudis commiſeratione mota, oraret pro quadam perſona, quam audierat impatienter conquerentem quod Deus grauamina ſibi immitteret ſaluti ſuæ minus conuenientia: reſpondit ei Dominus: Dices illi, pro qua oras, vt, quia ſine aliqua ſaltem tribulatione vel moleſtia regnum cœleſte obtineri non poteſt, eligat atque indicet quænam grauamina ſibi vtilia eſſe putat: & quum hæc ipſi euenerint, feruet patientiam. In quibus verbis Domini Gertrudis intellexit, periculoſiſsimum genus impatientiæ eſſe, quãdo homo peruersè ac ſuperbè ẽligere vult quæ ferat: dicens ſaluti ſuæ minus competere, ſeq; non poſſe ſuſtinere ea grauamina, quę

bi à Deo immittuntur. Oportet enim vt quilibet ſemper confidat illud commẽtiſsimum & vtiliſsimum eſſe, quod ſibi Deus imponit aut euenire permittit: & quando hoc non omninò patienter ſuſtinet, inde ſeipſum humiliare debet.

Ex lib. 4. ca. 4. Spiritualis gratiæ, Quod adhuc viuentes ſunt feliciſſimi.

CAP. XXX.

REligioſiſsima virgo Mechtildis, (quam Ludouicus Bloſius Abbas doctiſsimus miris præconijs commendat) cùm creberrimè à ſponſo ſuo CHriſto Domino, cui ſe totam conſecrauerat, viſitaretur, multaq; admiranda cognoſceret, audiuit aliquando inter cætera ſanctos ſibi dicentes: Eia quàm felices vos eſtis, qui adhuc viuitis in terris, & quã multa promereri poteſtis: quia ſi homo ſciret, quanta vna etiam die promereri poſſet, mox vt à ſomno euigilaret, tanto gaudio cor eius dilataretur, pro eo quod dies illa illuxiſſet, in quo Deo viuere, & ex Dei gratia ſuum meritum ad Dei laudem augere poſſet, quod tota die ad omnia quæ agere aut pati deberet, alacrior & fortior videretur. Hanc arbitror eſſe illam Mechtildim, quę in pago Eichſel Conſtantienſis diœceſis, cum ſanctis virginibus Kunegunde & Viberade requieſcit, apud quarum memoriam cùm iam ante pleraque facta eſſent, & pręſente Iacobo Merbolt Bambergenſis diœceſis clerico, à Raimundo Cardina-

dinali Gurcensi ad rei veritatem inquirendam istuc ablegato, tria fierent insignia miracula, iussit eas in honore haberi. Anno 1503. vt videre est apud Laurentium Surium in Chronicis. Qui parce seminat, inquit Apostolus, parce & metet. Opera enim illorum sequuntur illos. Et ipse Dominus: Negotiamini dum venio. Et alibi, expostulat cum seruo nequam & otioso, quod pecuniam suam non dedisset ad vsuram.

De inuentione librorum Moralium B. Gregorij Magni. Habetur in principio operum D. Gregor. De admirabili & inuenienda visione B. Tagionis Episcopi in basilica SS. Apostolorum Petri & Pauli Romæ.

CAP. XXXI.

BEatus Gregorius Papa librum beati Iob petente sancto Leandro Hispalensi Episcopo, exposuit, sicut in prologo moralium patenter videri potest, & ei expositum misit. Illeque expositum eum in Hispaniam ad sedem Hispalensem detulit. Hispelensis autem ciuitas vulgari nomine Sybilia vocatur & est Metropolis Hispaniæ. Decedente ergo beato Leandro, sanctus Isidorus, germanus eius, doctor præcipuus, loco eius factus est Archiepiscopus. Post cuius decessum, libri moralium, quos beatus Leander attulerat, ita per negligentiam perditi sunt, vt in tota Hispania non inuenirentur. Post aliquot ergo

nos Cyndesindus rex Hispaniæ concilium triginta Episcoporum in vrbe Toletana congregauit, vbi quærimonia facta de amissione moralium, vnanimi consilio Episcoporum, præfatus rex Tagionem Cæsarauguſtanum Episcopum Romam misit cum epistolis ad Papã, pro quærendis eisdem libris. Erat enim Tagio Episcopus diuinæ scripturæ amator feruentissimus. Venit ergò Romam, præsentatisque regalibus epistolis & muneribus, cùm de die in diem videret petitionem suam à Papa differri, quasi præ multitudine aliorum librorum, illi quos quærebat, non possent in archiuo sedis Apostolicæ reperiri, ad vltimum postulauit, vt saltem sibi licentia daretur, vna nocte integra in Ecclesia beati Petri vigilandi & orandi. Qua accepta, cùm enixius obsecraret Deum, vt iam iamq; sui itineris effectus prosperaretur, ecce circa mediam noctem in ipso orationis feruore persistens, vidit totam Ecclesiam immenso lumine repleri. Deinde prospicit magnam reuerendorum virorum, niueis vestibus indutorum, multitudinem, ianuam Ecclesiæ ingredientem, & decenti ordine binos & binos ad altare sancti Petri tendentem. Cumque nimio terrore perterritus, de loco in quo stabat, se mouere non auderet, ecce vidit duos ex eis de cœtu illorum egressos ad se venientes. Ex quibus vnus dulciter salutans eum, percuntatur quis esset, vnde, & cur venisset, & cur ea hora ibi vigilaret. Episcopo verò

ad singula respondente, totamque itineris sui & orationis causam referente, is qui aduene rat, digitum protendens: In scrinio, inquit illo quod cernis, continentur libri quos quaeris. De hoc scrinio videtur loqui ipse D. Gregor. in prologo 40. homiliarum ad Secundum, sub finem. Tunc verò Episcopus fiducia assumpta: Obsecro, inquit, mi domine, vt mihi seruo tuo pandere digneris, quę nam sit illa quam cerno tam præclara virorum processio. Protinus ille respondens: duo, inquit, illi quos præcedentes, seque inuicem manu infer ta vides complectentes, beati Apostoli sunt Petrus & Paulus. Reliqui verò quos post cernis stantes, ipsi sunt successores eorum, hius Apostolicæ sedis Pontifices. Et eodem dine quo eos in episcopatum sunt secuti, am nunc eos sequuntur. Et sicut hanc Eccl am in vita sua dilexerunt, ita & nunc post tum diligunt, & frequenter eam inuisere niunt. Tunc Episcopus: Oro, inquit, mi dom ne, vt dicas mihi, quisnam tu ipse sis. Ille spondit: Ego sum Gregorius, pro cuius lib tanti itineris laborem sustinuisti. Ideo nunc veni, vt tuæ satisfacerem petitioni. Tu Episcopus inquit, Obsecro domine mi, (hi est) mihi dicas, quisnam istorum est beatu ter Augustinus, cuius libros non minus quam tuos dilexi. Respondit: Beatum Augustinu virum excellentissimum (de quo quæris) ab or à nobis continet locus. Hæc dixit, stat

cum socio qui secum venerat, ad cœtum aliorum redijt. Posteà vidente episcopo, omnes simul ad altare sancti Petri reuerenter submissis capitibus inclinantes, eodem quo venerant ordine, ianuam Ecclesiæ repetierunt, & cum lumine quod prius viderat recesserunt. Mane autem facto, prefatus Episcopus domino Papę cuncta quæ viderat, retulit. Sicque acceptos & descriptos libros Moralium in Hispaniam reportauit. Hancque visionem eis deinceps prænotari & præscribi instituit.

Vincentius Beluacensis in Speculo historiali, & Lauren. Surius in vitis sanctor. 15. Ianuarij. De sancto præsule Bonito, qui orationis causa in Ecclesia pernoctans, a B. virgine ad sacris operandum inuitatur, & ab eadem admirabili veste donatur.

CAP. XXXII.

SAnctus Præsul Bonitus Aluernensis, cùm cor suum perfectè dedisset, vt perfectè IESVM & eius matrem diligeret, quadam die templum beati Michaëlis cum turba intrauit, & in angulo basilicæ licèt inter multos, solitudinem cordis sibi fecit. Consummatis mysterijs, quique in sua redierunt, & ipse solus in latibulo suo remansit: & custodes ne quis remansisset perscrutati sunt Ecclesiam, sed Dei nutu sancti viri non potuerunt inuenire latebram, qui obscuratis iam Ecclesiæ foribus eò securius, quò secretius effudit in ea animam suam, factusque in agonia prolixius o-

rans vidit huiusmodi visionem. Eccè repente de cœlo sonuit quasi vox dulcis cantilinæ, & micantibus luminaribus, limen templi cœpit tremere tanquam intrante multitudine. Astitiebat vir sanctus, & eccè virgo Maria intrabat cum candidato sanctorum angelorum, & sanctorum hominum, & chorus ille cælestis decantabat, Dominæ eiusque filio, ipsa quoque vocem suam exercuit in Christi præconio. Et sic quidem per mediũ chori facta est illa processio. Cumque ventum fuisset ante altare quæsitum est á quibusdam sanctorum, quis haberet Missam celebrare. Et inquit beata virgo adest Bonitus præsul verè bonus & satis dignus, cui hoc officium debeat committi. Audiens hoc ille, pauebat & retrahebat se, cuius rei lapis qui ei cessit, adhuc seruat indicium. Tandem quæsitus & inuentus est, deductus & praesentatus illi beatæ congregationi, & ministratibus sanctis, veste nuptiali ornatus est, ac diuino altari applicatus. Et postquam dedita celebratione sancti operis, decus ac decentia consummauit. Beata virgo valefaciés dilecto suo, pro munere cœlestem vestem ei dedit. Res est nota satis: & apud Aluernenses admodum celebris, maximè autem in ciuitate Aluerniæ, quæ dicitur mons clarus, & vsque hodie monstratur populo vestimentum illius celeste, cuius materies & contexturæ modus nullo hominum dinosci potest, & est existens candoris, miræq; leuitatis ac lenitatis.

Ita

Ioannes Nauclerus in Chronicis Tomo 2. generatione 34. de iucunda & amabili visione Henrici Imperat. quam habuit Romæ in Ecclesia B. Mariæ maioris.

CAP. XXXIII.

HEnricus eius nominis secundus, vel vt alij volunt, primus Imperator, ingrediens vrbem Romam, solebat semper primam noctem in Ecclesia S. Mariæ maioris manere. Contigit autem semel, quod dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus Pontificalibus indutus procedere Missam celebraturus: quem sequebatur S. Laurentius, & loco subdiaconi Vincentius, post hos virgo Dei genitrix cum multitudine virginum & angelorum, dehinc Ioan. Baptista cum Patriarchis & Prophetis: post hos Petrus & Ioannes cum cęteris Apostolis & Euangelistis, S. Stephanus cum Martyribus, S. Martinus cum Confessoribus, angeli incœperunt introitum, Suscepimus Deus misericordiam, & dum cantaretur, Dextera tua plena est iustitia, omnes Christũ & beatam virginem imitantes, extenderunt digitos in Henricum. Post Euangelium indicibili iubilo Angelus librum deosculatum à Christo præsentauit B. Mariæ, & post eam omnibus per ordinem deosculandum, demum innuit beata virgo Angelo, vt porrigeret librum etiam Henrico ad osculandum, dicens: Prębe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet: & cum prę nimio gaudio raptus, nesci

ret ad plenum intendere, angelus ipsum in neruo tangens, dicit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei propter tuam castitatem & iustitiam, & exinde vsque ad mortem claudicabat, ex quo euentu vocatus est Henricus claudus.

Licet autem hic Henricus & Kundegundis eius vxor in virginitate voluntaria permanserint, tamen (vt ibidem in generatione 35 refert Nauclerus) instigante diabolo grauis interuenit perturbatio. Nam Henricus Kundegundem cum quodam milite suspectam habere cœpit, sed beata virgo se expurgans, ignitis candentes vomeres (vtor verbis Nauclerj) nudis pedibus incessit per 15. passus, dicens, O deus, sicut me non solum ab Henrico, sed etiam ab omnibus viris intactam nouisti, ita me adiuua: ad quæ audita est vox: Nihil dubita O virgo, te liberabit virgo Maria, & sic illæsa pertransijt, vixit vsque ad annum 1039. Post mortem multis claruit miraculis.

Ex vita S. Anselmi Cantuarien. Archiepiscopi ab Edinero Anglo eius conuictore conscripta, Anselmus in extasin raptus, videt mundi pericula, & veri monachatus felicissimam securitatem.

Habetur hæc vita in operibus B. Anselmi, & in Tomis Surij 21. Aprilis.

CAP. XXXIIII.

CVm diuus Anselmus totam suę mentis intentionem in contemptum mundi composuisset, & his solis quæ dei erant totum studium suum infixisset, vt mores suos dictis

dictis & scriptis suis, in nullo discordarent, contigit, vt infirmitate correptus, grauiter affligeretur. Sed ipse in Deo semper existens, languore paulisper sedato, extra se per mentis excessum raptus, videt fluuium vnum rapidum atque præcipitem, in quem confluebat omnium fluxuũ purgaturæ, & quarumcunq; rerum terræ lauaturæ. Videbatur itaque aqua ipsa nimis turbida & immunda, & omni spurcitiarum sorde horrida. Rapiebat igitur in se quicquid attingere poterat, & deuoluebat tã viros quam mulieres, diuites & inopes simul. Quod cum Anselmus vidisset, & tam obscenam reuolutionem illorum miseratus, vndè viuerent, aut vndè sitim suam refocillarent qui sic ferebantur, inquireret, accepissetq; responsum, eos ea, qua trahebantur, aqua viuere delectariq́ue indignantis voce inquit: Quomodo? taline aliquis coeuo potatus, vel pro ipso hominum pudore se ferret? Ad hęc ille, qui comitabatur eum, Nè mireris, ait, torrens mũdus est, quõ vides, quo rapiuntur & inuoluuntur homines mundi, & adiecit: Visne videre, quid sit verus monachatus? Respondit: Volo. Duxit ergo illum quasi in conseptum cuiusdam magni & ampli claustri, & dixit ei: Circumspice. Adspexit, & eccè parietes clausstri illius obducti erant argẽto purissimo: Herba quoque mediæ planitiei virens, erat & ipsa argentea, mollis quidem, & vltra humanam opinionem delectabilis: Hæc more alterius her-

bę, ſub his, qui in ea pauſabant, leniter flectebatur, & ſurgentibus ipſis, & ipſa erigebatur. Itaque locus ille totus erat amœnus, & praecipua iucunditate repletus. Hunc ergo ad inhabitandum elegit ſibi Anſelmus: Tunc ducis eius dixit ei: Eià, vis videre, quid ſit patientia vera? Ad quod cùm ille magno cordis affectu geſtiret, & ſe id quam maximè velle reſponderet, ad ſe ſubitò reuerſus, & viſionem & viſionis demonſtratorem dolens ac gemebundus pariter amiſit. Duas autem quas viderat viſiones, intelligens ſecumque reuoluens, eo magis vnius horrorem fugere, quo alterius amœnitate ſtuduit delectari.

Venerab. Beda lib. 4. ca. 14. hiſtor. Anglicana.

Graſſante peſtilentia, Abbas Eappa cum monachis ſuis ieiunijs & orationibus inſiſtens, moxq; puerulo cuidam decumbenti, apparent Petrus & Paulus Apoſtoli, monaſterii liberationem, & pueri felicem poſt diuinorum myſteriorum participationem exceſſum predicentes.

CAP. XXXV.

EOdem fermè tempore, quo ipſa prouincia nomen Chriſti ſuſceperat, multis ie Britāniæ prouincias mortalitas ſæua corripiebat. Quę cum præfatum quoque monaſterium, cui tunc regendo reuerendiſsimus ac religioſiſsimus Chriſti Sacerdos vocabulo Eappa præfuit, nutu diuinæ diſpenſationis attingeret, multique ſiue de his qui cum Antiſtite

erant

erant, siue de illis qui de eadem prouincia Saxonum nuper ad fidem fuerant vocati, passim de hac vita raperentur, visum est fratribus triduanum ieiunium agere, & diuinam supplicite obsecrare clementiam, vt misericordiam sibi dignaretur impendere, siue periclitantes hoc morbo à præsenti morte liberaret, seu raptos è mundo à perpetua animi damnatione seruaret. Erat tunc temporis in eodem monasterio puerulus quidam de natione Saxonum nuper vocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate, non pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cum autem secunda memorati ieiunij ac supplicationum dies ageretur, contigit fortè istum puerum hora fermè secunda diei, in loco in quo æger iacebat, solum inueniri cui diuina dispensatione subitò beatissimi Apostolorum principes dignati sunt apparere. Erat enim puer multum simplici ac mansueti animi, synceraque deuotione sacramenta fidei quæ susceperat seruans. Salutantes ergo illum verbis pijssimis Apostoli, dicebant: noli timere fili mortem, pro qua solicitus es: nos enim hodierna die te sumus ad cœlum perducturi. Sed primum expectare habes donec Missæ celebrentur, ac viatico Dominici corporis ac sanguinis accepto, sic infirmitate simul & morte absolutus, ad æterna in cœlis gaudia subleueris. Clama ergo presbyterũ ad te Eappan, & dicito illi, quia Dominus exaudiuit preces vestras, & deuotionem ac ieiunium

iunium propitius aſpexit, neque aliquis de hoc monaſterio, ſiue de adiacẽtibus ei poſſeſſiunculis hãc clade vltra moriturus eſt. Sed omnes qui alicubi de veſtris hac ægritudine laborant, reſurrecturi à languore, ad priſtinam ſunt ſoſpitatem recuperandi, præter te ſolũ qui hodierna liberandus es die à morte, & ad viſionem Domini Chriſti, cui fideliter ſeruiſti, perducendus in cœlum. Quod diuina vobis miſericordia, per interceſsionẽ religioſi ac Deo dilecti regis Oſvvaldi, qui quondã gẽti Nordan Humbrorũ, & regni tẽporalis auctoritate, & Chriſtianæ pietatis quæ ad regnũ perenne ducit, deuotione ſublimiter prẽfuit, cõferre dignata eſt. Hac etenim die idem rex ab infidelib. in bello corporaliter extinctus, mox ad ſempiterna animarum gaudia aſſumptus in cœlum, & electorum eſt ſociatus agminibus. Quærant in ſuis codicibus, in quibus defunctorum eſt adnotata depoſitio, & inuenient illum hac (vt diximus) die raptum eſſe de ſeculo. Celebrent ergò Miſſas per cuncta monaſterij oratoria huius, ſiue pro gratiarum actione exauditæ ſuæ deprecationis, ſiue eam in memoriam præfati regis OSVVALDI qui quondam ipſorum genti præerat. Ideoque pro eis, quaſi pro ſuæ gentis aduenis ſupplex orabat ad Dominum, & cunctis conuentibus ad Eccleſiam fratribus communicent omnes ſacrificijs cœleſtibus, & ita ſoluto ieiunio corpus quoque ſuis reficiant alimentis.

Qui

Quæ verba, cũ omnia vocato ad se presbytero puer narrasset, interrogauit eũ solicitus quales essent habitu & specie viri, qui sibi apparuissent. Respondit, præclari omnino habitu & vultu erant, lætissimi atque pulcherrimi, quales nunquam ante videram, neque aliquos hominum tanti decoris & venustatis esse posse credebam, vnus verò attonsus erat vt clericus, alius barbam habebat prolixam. Dicebantque quod vnus eorum Petrus, alius vocaretur Paulus, & ipsi essent ministri Iesu Christi, ad tuitionẽ nostri monasterij missi ab ipso de cœlis. Credidit ergò verbis pueri presbyter, ac statim egressus requisiuit in annali suo, & inuenit eadem ipsa die OSVVALDVM regem fuisse peremptum. Vocatisque fratribus parare prandium, Missas fieri, atque omnes cõmunicare more solito præcepit, simul & infirmanti puero de eodem sacrificio Dominicæ oblationis particulam deferri mãdauit. Quibus ita gestis, non multò post eadem ipsa die puer defunctus est, suaque morte probauit vera fuisse verba, quæ ab Apostolis Christi audierat. Sed & hoc verbis eius testimonium perhibuit, quod nemo præter ipsum tempore illo ex eodem est monasterio raptus de mundo. Ex qua nimirum visione multi, qui hęc audire potuerunt, & ad exorãdam in aduersis diuinam clementiam, & ad salutaria ieiuniorum remedia subeunda, sunt mirabiliter accensi. Et ex eo tempore non solum in eodem monasterio,

sed

ſed & in pleriſque locis alijs cœpit annuatim eiuſdem regis ac militis Chriſti natalitius dies Miſſarum celebratione venerari.

Lambertus Schafnaburgenſis in hiſtoria Germanorū, De viſione quadā mirabili S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis.

CAP. XXXVI.

DImidio ferè anno priuſquam vitam deret Archiepiſcopus Anno, viſus e ſibi domum quandam omni decore tus, & foris reſplendentem intrare. Et ecce ſubſellijs iudicialibus, tanquam ad concil um ſolenniter euocati reſidebant, Heribert Colonienſis Archiepiſcopus, Bardo Mogu tinus Archiepiſcopus, Boppo & Eberhard Treuirenſes Archiepiſcopi, Arnolfus Vir matienſis Epiſcopus, & alij quàm plures Ga liarum Epiſcopi, quorum alios in carne nou rat, alios fama tantum & lectione compe rat, amicti omnes ſtolis pontificalibus, & l bentes veſtem inſtar niuis candidam. Ipſe qu que candidis admodum ac precioſis indu ſibi videbatur, ſed partem candentis veſtim ti, eam ſcilicet, qua pectus tegebatur, ſordi quædam ac fœda caligo obduxerat, ac cæte cultus eius ſplendorē ſua fœditate plurimu obfuſcabat, quam tamen ipſe nimio rubo perfuſus obiecta manu tegere ac celare, ne ſpicientium offenderet obtutum, conabatu Vidit inter eos ſibi quoque ſedem miri de ris paratam. Quam cū occupare gaudio & ex ultatio

ultatione æstuans procuraret, surgens Arnol. fus Vvormacienſis Epiſcopus, modeſta voce eum prohibuit, dicens, reuerendos patres, qui aſsiderent, nolle eum in ſuum admittere conſeſſum, propterea quod veſtem eius turpis hęc macula fœdaret. Cũq; iuſſus loco cedere, flens confectoque nimium animo egrederetur, inſecutus eum idem Epiſcopus, æquo animo, ait, eſto pater, maculam tantum hanc, quæ veſtem tuam infecit, maturius ablui præcipe, quia nõ poſt multos dies beatæ huius manſionis conſortium, & ſanctorum, quos patrum aſpexiſti conſeſſum, voti compos percipies. Manè facto cum familiari cuidam ſuo viſionem retuliſſet, ille ſapienter rem conijciens: macula, inquit hæc veſti tuæ illita nihil aliud eſt pater, vt æſtimo, quàm memoria iniuriæ ciuium tuorum, qui te anno ſuperiore Colonia expulerunt, quibus te diuinæ pietatis reſpectu iam olim oportuerat admiſsi huius veniam dediſſe. Hæc quod bona venia dixerim, pectori tuo tenacius, quam æquum ſit inſidens, & amariſſimo mœrore contra fas mentem tuam decoquens, cæteram ſanctiſsimæ conuerſationis tuæ claritatem moleſta quadam caligine obducit & obſcurat.

Archiepiſcopus conſcientiæ ſuæ teſtimonio coniunctus, ne inficiaretur quod laudiebat, reatum ſuum humiliter agnouit, ſtatimq; deſtinatis circumquaque nuncijs, ciues omnes Coloniæ, quos in vltionem iniuriæ ſuæ

ex com-

excommunicatos vrbe fugauerat, ad se euocauit, eisque proxima festiuitate Paschali, nam in Quadragesima visionem viderat, nó solum communionem Ecclesiasticam, sed etiam bona sua omnia, quæ direpta fuerant, benignissimè restituit. Sic grauis illa tempestas, quę spiritu Diabolico suscitata totam concusserat Coloniam, conquieuit, pater filios, filij patrem recognouerunt. Archiepiscopus amaritudine, populus metu & sollicitudine, ciuitas liberata est solicitudine. Archiepiscopus iam a principio sepulturam sibi prouiderat Coloniæ in Ecclesia beatę Marię, quę dicitur ad gradus. Postmodum offensus temeritate Colonensium, qua in eum inaudita rabie debachati fuerant, non modò animum, sed corpus quoque suum de Colonia in Sigeberg transferendum censuit, ibique sepeliri omni modo deniuit. Cumque appropinquante die vocationis suæ, Coloniæ ægrotaret, iamque in extremo spiritu constitutus, animaduerteret populum Colonienſem grauiter nimis ferre, quod tam desiderabili thesauro defraudandus esset, paululum resumpto spiritu in lecto consedit, acceptaque stola pontificali, vt videlicet verbis inesset plus authoritatis, familiares suos sub testificatione nominis diuini adiurauit, ne alibi eum quam in Sigeberg ponì finerent. Factum est ergo quod iusserat. Defunctus enim post modicum gloria ingenti, magno Cleri & plebis studio, summo matronarum

Colo-

Colonienſium luctu in Sigeberg delatus, atque in medio Eccleſiæ ſepultus eſt, vbi quotidie per eius interuentum fideliter poſtulantibus multa præſtantur diuinæ opitulationis beneficia.

Gregor. Turon. lib. 7. ca. 1. hiſtoria Francorum. De Saluio Epiſcopo defuncto, ad cœlos deducto, corporiq; rurſum reſtituto, deq; eius doctrina & virtutibus.

CAP. XXXVII.

SAluius Epiſcopus, vt ipſe referre erat ſolitus, diu in habitu ſeculari commoratus, cum iudicibus ſæculi mundiales cauſas eſt executus, nunquam tamen ſe in his concupiſcentijs obligans, quibus adoleſcentum animus ſolitus eſt implicari. Iam cum diuini ſpiramenti odor interna viſcerum attigiſſet, intellexitque vir iam tũc diuinitati deditus, melius eſſe vti paupertate cum DEI timore, quàm ſeculi pereuntis lucra ſectari, in quodã monaſterio diu ſub regula à patribus inſtituta verſatus eſt. Iam verò cum in robore maioris tam intellectus quam ætatis euectus eſſet, defuncto Abbate, qui huic monaſterio præerat, alendi gregis ſuſcipit officium. Et qui ſe magis fratribus publicum pro correctiõe reddere debuerat, ſit aſſumpto honore remotior: illicò ſibi ſecretiorem cellulam quærit. Nam in priore, vt ipſe adſerebat, ampliùs quam nouem vicibus nimia exeſus æbſtinentia, pellem corporis demutauit, deinde accepto honore,

cum

cum in hac contentius parsimonię orationi et lectioni vacaret, illud plerunque reuoluebat, melius sibi fieri, si esset inter monachos occultus, quàm nomen acceperit Abbatis in populos. Quid plura? Includitur, valedicens fratribus, sibiq́ue ipsis valedicentibus: in qua inclusione in omni abstinentia magis quàm prius egerat, commoratur: stũdens pro charitatis obsequio, vt cum quisque venisset extraneus, & orationem tribueret, Eulogias gratia plenissima ministraret, quæ multis infirmis plerunq; salutem integram detulerunt. Quodam autẽ tempore, febre nimia exhaustus, anhelus iacebat in lectulo. Et ecce subitò magno lumine cellula clarificata contremuit. At ille extensis ad cœlum manibus, cum gratiarum actione, spiritum exhalauit. Mixto quoque vlulatu monachi, cum ipsius genitrice corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, vestimentis induunt, & feretro superponunt, atque in psallentio fletuq́ue labentem exigunt noctem. Mane autem facto funeris officio præparato, corpus moueri cœpit in feretro. Et ecce malis rubescentibus vir quasi de graui somno suscitatus excutitur, apertisq́ue oculis & manibus elevatis, ait, O Domine misericos, quid fecisti mihi, vt me in hunc tenebrosum mundanæ habitationis locum redire permitteres, cum mihi melior esset in cœlo tua misericordia, quàm istius mundi vita nequissima? Stupentibus autem suis, & interrogantibus, quid fuerit tali

proci-

prodigium, nihil interrogantibus ille respon dit. Surgens autem de feretro, nihil mali sentiens de incommodo quo laborauerat, triduo absque cibi & poculi perstitit alimento. Die autem tertio conuocatis monachis & matre ait. Audite ô dilectissimi, & intelligite, quia nihil est quod cernitis in hoc mundo: Sed sũt iuxta id quod Salomon propheta cecinit: Om nia vanitas: fœlix enim est, qui ea agere potest in sæculo, vt gloriam Dei cernere mereatur in cœlo. Et cùm hæc diceret, dubitare cœpit, vtrum loqueretur amplius, an sileret. Quo tacente implicitus fratrum precibus, vt quid vidisset, exponeret, ait: Cùm me ante hos quatuor dies contremiscente cellula exanimem vidistis, adprehensus à duobus angelis in cœlorum excelsa sublatus sum, ita vt non solùm hoc squalidum sæculum, verumetiam Solem ac Lunam nubes & sydera sub pedibus habere putarem: deinde per portam luce ista clariorem introductus sum in illud habitaculum, in quo omne pauimentum erat quasi aurum argentumque renitens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis, quam ita multitudo promiscui sexus obtexerat, vt longitudo ac latitudo cateruæ prorsus peruideri non possit. Cumque nobis via inter comprimentes ab his qui præcedebant, angelis pararetur, peruenimus ad locum, quem iam de longinquo contẽplabamur: in quo superpendebat nubes omni luce lucidior, in quo non sol, non luna, non a-

strum cerni poterat, sed super his omnibus na-
turali luce splendidius effulgebat. Et vox præ-
cedebat de nube, tanquam vox aquarum mul-
tarum. Ibi etiam me peccatorem salutabant
humiliter viri in veste sacerdotali ac secula-
ri, quos mihi, qui præcedebant, enarrauerunt
esse martyres ac confessores, quos hic summo
excolimus famulatu. Stans igitur in loco,
in quo iussus sum, operuit me odor tu-
miæ suauitatis, ita vt hac suauitate refectus
nullum adhuc cibum potumque desiderem.
Et audiui vocem dicentem: Reuertatur hic in
seculum, quoniam necessarius est ecclesijs no-
stris. Vox enim audiebatur, nam qui loquere-
tur, penitùs cerni non poterat. Et ego prostra-
tus super pauimentum cum fletu dicebam:
Heu, heu domine, cur mihi hæc ostendisti, si
his frustrandus eram? Ecce hodiè eijcis me a
facie tua, vt reuertar ad seculum fragile, in
huc vltra redire non valeam. Ne quæso Domi-
ne auferas misericordiam tuam à me, sed de-
precor vt permittas me hic habitare, ne illuc
decidens peream. Et ait vox quæ loquebatur
mihi, Vade in pace, ego enim sum custos tuus
donec reducam te in hunc locum. Tunc rel-
ctus à comitibus meis descendens cum fletu
per portam, qua ingressus fueram, huc sum in-
gressus. Hæc eo loquente, stupentibus cunctis
qui aderant, cœpit iterum sanctus Dei cum
chrymis dicere: Væ mihi, quia tale mysterium
ausus sum reuelare. Ecce enim odor suaui-

tis, quem de loco ſancto hauſeram, & in quo per hoc triduum ſine vllo cibo potuque ſuſtẽtatus ſum, receſsit à me. Sed & lingua mea grauibus eſt operta vulneribus, & ita tumefacta, vt omne os meum videatur implere. Et ſcio quia non fuit beneplacitũ Domino Deo meo, vt hæc arcana vulgarentur. Sed tu noſti Domine, quia in ſimplicitate cordis hæc feci, non in iactantia mentis. Sed quæſo indulgeas, & non me derelinquas iuxta pollicitationem tuam. Et hæc dicens ſiluit, & accepit cibum potumque. Ego verò hæc ſcribens, vereor ne alicui legenti ſit incredibile, iuxta id quod Saluſtius hiſtoriam ſcribens ait, vbi de virtute atque gloria bonorum memor eſt: Quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit: ſupra ea veluti ficta pro falſis ducit. Nam teſtor Deum omnipotentem, quia ab ipſius ore omnia quæ retuli, audita cognoui. Pòſt multum verò tempus ipſe vir beatus cellula ſua extractus, ad Epiſcopatum electus, inuitus eſt ordinatus: in quo vt opinor, decimum annum cum ageret, inualeſcente apud Albigenſem vrbem inguinario morbo, & maxima iam parte de populo illo defuncta, cum iam pauci de ciuibus remanerent, vir beatus tanquam bonus paſtor, nunquam ab illo loco recedere voluit, ſed ſemper hortabatur eos, qui relicti erant, orationi incumbere, ac vigilijs inſtanter inſiſtere: & bona ſemper tam in operibus, quam in cogitatione verſare, dicens, Hęc agite, vt ſi

S. Saluius hortatur ad inſiſtendũ orationib. vigilijs & bonis operib. et ſanctis cogitationibus.

vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, nō in iudicium, sed in requiem introire positis. Cùm autem vt credo, iam reuelante Domino, tempus suæ vocationis agnosceret, ipse sibi sarcophagum composuit, corpus abluit, vestem induit: & sic intentum semper cœlo beatum spiritum exhalauit. Fuit autem magnæ sanctitatis, minimæque cupiditatis, aurum nō quam habere volens: nam si coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat. Cuius tempore cum Mummulus patritius multos captiuos ab ea vrbe duxisset, prosecutus ille omnes redemit. Tantamque ei Dominus gratiam in populo illo tribuit, vt ipsi etiam, qui captiuos duxerant, & de precio ei concederent, & de reliquo numerarent: & sic patriæ suę captiuos libertati pristinæ restaurauit. Multaq; de hoc viro bona audiui: sed dum ad historiæ cœptum reuerti cupio, plurima prætermitto. Hæc ille Gregor. Turon. Diligenter autem in hac historia notanda sunt verba huius beatissimi Saluij, quibus ait: nihil esse quod cernimus in hoc mundo, sed omnia meram esse vanitatem, felicem verò illum, qui sic agat in seculo, vt gloriam Dei cernere mereatur in cœlo. Non dissimilem historiam refert Vene. Beda de S. Furseo, qui cum acerrimas dæmonum accessiones sustinuisset, tormenta quoque malorum & gaudia beatorum conspexisset, diuino iussu huic vitæ restitutus, ingemiscens deplorabat magnitudinem humanę stultitię, arduum-

Virtutes S. Saluij Episc.

Bed. l. 3. c. 19 hist. Anglic.

Magnitudo stultitiæ humanæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que & difficilem transitum, immensamque felicitatem remunerationis peruenientium ad beatas sedes. Hæc si crebrò considerarent homines, si iuxta Prophetam, saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent, non tam ęco amore caducis momentaneisque huius mundi illecebris inhiarent. Non ineptè olim præposteras hominum cogitationes & studia risit Satyricus, O curas hominum, ô quantum est in rebus inane. Aptissimè verò doctissimus ille ac pientissimus Adamus: O æternitas, inquit, quàm rarò versaris in mẽtibus hominum. Et idem alibi: Nihil ad superbiæ, & cupiditatis vitiorumq; omnium euersionem æquè facit, vt meditatio mortis, & eorum quę mortem sequuntur. Et quemadmodum nemo qui gehennam ob oculos habet, gehennam incidere, ita nemo qui gehennam è mente seponit, gehennam euadere poterit. Insuauis quidem hæc est meditatio, inquit, sed quid tum? Etenim & pharmaca insuauia sunt, non tamen abhorremus, eo quod vtilitatem adferant.

Aeternitas.

Adamus Sasboudus homil. 1. Dom. 1 Quadrages.

D. Gregor. Magnus lib. 4. Dialogorum cap. 14. & homilia 15. in Euangelia. De felici transitu seruuli Paralytici, eius eleemosynis & patientia, & fragrantissimo odore in morte eius.

CAP. XXXVIII.

IN porticu quæ euntibus ad Ecclesiam B. Clementis est peruia, fuit quidam seruu-

lus nomine, quem multi vestrum mecum nouerunt, rebus pauper, meritis diues, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam à primæua ætate vsque ad finem vitæ paralyticus iacebat, quid dicam? quia stare non poterat, qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic adseruiendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, horum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam literas nouerat, sed scripturæ sacræ libros codices emerat, & religiosos quosq; in hospitalitatē susciēs, hos corā se legere sine intermissiōe faciebat. Factumq; est vt quantū ad mensuram propriam attinet, plenè sacram scripturam disceret, cum, sicut dixi, literas penitus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis Deo & laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset, vt tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia redijt. Cumq; iam se morti proximum agnouit, peregrinos virum atque in hospitalitate susceptos admonuit vt surgerent, & cum eo Psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis ipse moriens psalleret, voces psallentium subitè compescuit cum terrore magni clamoris dicens: Tacete, nunquid nō auditis quam resonant laudes in cœlo? Cumque ad easdem laudes, quas intus audierat, aurem cordis in

de-

deret, sancta illa anima carne soluta est. Sed exeunte illa, tanta illic fragrãtia odoris aspersa est, vt omnes illi qui aderant, inæstimabili suauitate replerentur: ita vt per hoc patenter agnoscerent, quod eam laudes quas audierat, in cœlo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc vsq; viuit, & cum magno fletu attestari solet, quia quousq; corpus eius sepulturæ traderent, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Eccè quo fine ex hac vita migrauit, qui in hac vita æquanimiter flagella tolerauit. Iuxta vocem ergò Dominicam, bona terra fructum per patientiam reddidit, quæ exarata disciplinæ vomere, ad remunerationis segetem peruenit.

Ex libro trium spiritualium virorum. Libellus Fratrum sancti Vincentij Metensis. De admirabili visione Vguetini quondam Canonici.

CAP. XXXIX.

VISIO Vguetini prius Canonici, postea monachi: quam ostendit illi Deus per Angelum, & quam nos fratres eius ipso narrante scripsimus, serui Sancti Vincentij Metensis. Cum prædictus frater die sabbati cum aliquibus fratribus nostris potionem ad prouidendam salutem corporis accepisset: cæteris eam salubriter degerentibus, ipse cœpit magna difficultate indigestam reijcere, & statim perceptionem cibi quem ad refocillandũ corpus sumere debuerat, fastidire. Crastina

verò, id est, dominica illucescente die, lenius quidem habuit, & cum cęteris quos ad prouidendas cæteras corporales necessitates sibi sociauerat, corpus refecit, sed in tædio prædicti fastidij perdurauit, nullo tamen modo vitæ corporalis discrimẽ ob hoc se passurũ esse existimauit: quia ad spem præsentis vitæ refectio secundæ & tertiæ feriæ decrescente fastidio in nullo iam diffidente animauerat. Feria verò tertia incipiente crepusculo vespertino, consedentibus sibi ad refectionem fratribus, dixit se ibidem cum eis finem refectionis exspectare non posse. Sed interim illis cœnantibus in aliam cellulam illi cellulæ contiguam, tantum parietis vnius interpositione remotã, stramentum lectuli sui fecit efferri de loco refectionis prædictę, vt ibidem quiescendo pręstolaretur finem refectionis eorum: & suam iterum regressionem ad lectuli sui locum. Mẽbris ergo in lectulo compositis, oculis tantum clausis, & nondum in somnum (vt ipse fatebatur) resolutis: venit malignus spiritus effigigiem prętendens clerici, in tanta deformitate & tetra & tenebrosa facie, vt nec signa oculorum in eo apparerent, ferẽs in manibus diuersa tormentorum genera in tantum gratulabũdus astans capiti eius, quasi crastino eum esset torturus: illo ergo tantis terroribus minante, subito apparuit caterua spirituum malignorum totum cellulæ ipsius spatium intrans, cũ scutis & lanceolis ex omni parte circumfusa.

ædifi-

ædificium quoddam facturi, in modum armariorum Halicorum præfiguratum ad inclusionem eius. In tanto ergo horrore & tam terribili terrore circumuallatus frater prædictus, & in tantum anxius factus, vt iam spem euadẽ di nullatenus haberet: Eccè subitò affuit diuina miseratio, nam statim in eadem cella apparuerunt viri magnifici & vultu honorabiles sub monachico habitu in scamnis sedentes: quorum vnus in medio eorum residens dixit latinè his verbis, quæ hic scripta sunt (vt ipse referebat) non est æquum, vt hi inutiles, talia faciant. nam homo pausat: iubete istos recedere. Post cuius vocem: conuentus malignorum spirituum euanuit & recessit. Immensitate igitur tanti terroris sublata: venit angelus incredibili splendens pulchritudine, & veste purpurea circundatus, stans ad pedes eius, amicabili eum compellans sermone. Ad te (inquit) venio dulcissima anima. Cui idem frater latinè respõdit: Si Dominus meus peccatis meis ignosceret: misericordiam mecũ ageret, sin autẽ, in manu eius sumus: faciat quod sibi videtur, nam Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli, omnisque dignitas cælestis siue terrestris, pro humano genere laborant, & vos modo magis laborare debetis: quia his temporibus fragiliores sumus. Tali sermocinatione angeli & prædicti fratris: finita est prima visio, quam ipsis verbis adinuicẽ collatis, eò referente scribi fecimus, nihil inde aut adimentes, aut de

Diuina miseratio.

Angelus blã dẽ apparet Vguetino.

Modestia & pia Vguetini ad angelum responsio.

nostro adijcientes, nos qui hæc scripto commendauimus. Expergefactus idem frater: resedit, & circumspiciens si quis ei adesset, inuenit duos, Præpositum ipsius monasterij & alterum fratrem, ad solatium eius derelictos, cæteris post cœnam ad repausandum iam dimissis. Ipsis ergo vocatis exposuit eis omnia per ordinem, quæ in tam angusto sibi temporis articulo ostensa fuerant: iuxta quod hic scripta tenentur, in tantùm adhuc prescripte visionis horrore tremebũdus, vt totius corporalis molestiæ graucdinem oblitus, intolerabili æstu timoris vexaretur. In ipsa ergo immensitate timoris anxius, proruit in terram coram ipsis fratribus, distenso toto corpore in crucis modum, & postulauit vt omni virtute qua possent, pro peccatis eius intercederent. Illo ergo sic prostrato, cœperunt prædicti fratres septem psalmos pœnitentiales quàm cæteros tantæ anxietati aptos, qui sibi ad memoriam recurrerent, pro eo decantare. His ergo finitis, surrexit & resedit in lectulo, postulans dialogum Beati Gregorij sibi legi. Præcipua ergo vltimi libri eiusdem dialogi audiente eo: lecta sunt vsq; ad summam nouem aut decem foliorum. Finita ergo lectione hortatus prædictos fratres, vt lassitudinem quam pro eo vigilando contraxerant, quiete corporum temperarent, sibique paululum noctis spatium quod superfuerat ad repausandum inducias concederent. Illis ergo recedentibus, & in

Quid in anxietate agendũ

parte illius cellę corporibus ad quieſcendum collocatis, ipſe etiam poſt tantam laſsitudinem tam animæ quàm corporis in ſomnium reſoluto: venit idē angelus qui ei in priore viſione ad pedes ſtans prępparatus apparuit, candidis amictus veſtimentis ad caput ſtans, ſplēdore incredibili fulgidus, eumque blandis alloquens ſermonibus, laudauit confugium eius: quod ad Deum in auguſtijs poſitus: tam ſtudio Pſalmodię quam lectionis fecerat, hortans eum de cętero ſine defectu, ſimiliter facturum, inter cęteros etiam Pſalmum 118. quia moralis in eo deſcribitur virtus: ſępè repetendum admonuit, ſeque valdè delectari, cum aliquem inſtantia lectionis & iteratione pſalmodię intentum viderit, Deumq; ob hoc placabilem fieri poſſe: ſi vſus iſte veraciter & non fictè teneatur. His igitur dictis, aſſumpſit eum idem angelus, & duxit per viam amœnitatis immenſę prędaram, in qua dum pergerent, oſtendit eis montes vaſtę altitudinis, & incredibilis pulchritudinis: qui quaſi marmorei videbantur, quos circuibat maximus fluuius igneus: in quo innumerabilis multitudo damnatorum pœnaliter incluſa tenebatur, quorum multos ſe agnouiſſe dicebat, & in cęteris locis innumeris tormentis diuerſi generis cruciatus ſe aſpexiſſe: in quibus plurimos tam minoris quam maioris ordinis ſacerdotij ſtantes dorſo ſtipitibus inhærentes, in igne ſtrictè loris ligatos viderat. Ipſas quoque fœminas

Pſal. 118. ſępè legendus.

Viſio terribilis.

De pœna hominum incōtinentium.

nas ab eis ſtupratas: conſimili modo conſtrictas ante eos in eodem igne vſque ad locagenitalium diuerſas, dictumque eſt ei ab Angelo: quod ſine intermiſsione, vno tantũ die intermiſſo, die tertio ſemper in locis genitalib. magis cederẽtur, plures eorum ſuæ agnitioni notos dicebat. Sacerdotum (inquit angelus) maxima pars mundanis lucris inhiando, & platinis curis inſeruiendo, cultu veſtium, & pompa ferculorum ſe extollẽdo, quæſtum putãtes eſſe pietatem, animabus lucrandis nõ inuigilant, delicijs affluentes in ſcorta prorumpunt: & ita euenit, vt nec ſibi, nec alijs interceſſores eſſe poſsint. Seculo enim peſtilentia & fame laboranti, ſua prece ſuccurrere potuiſſent, ſi Deo lucrum tota virtute conferre voluiſſent, & ideo tali remuneratione in fine dãnantur, quia præcedentibus meritis talia patiuntur. Ibi ſe etiam quoddam opus in caſtelli modum, ligno & lapide valdè inordinatè conlecto & fuligine deformi vidiſſe narrabat: fumo ex eo in altum vaporante. Cui interroganti quid eſſet: reſponſum eſt ab angelo, habitationem fuiſſe quorundam monachorum ad ſuam purgationem de diuerſis locis & regionibus in vnum congregatis, qui de eorum numero vnum ſpecialiter nominauit: quem dicit ibidem arca plumbea incluſum præſtolari debere diẽ magni iudicij, propter opus peculiare, quod in Anania & Saphira ad corrum pendam communis vitæ integritatem præceſſerat,

Sacerdotes in quibus plerũque excedãt, eorundemq; pœna.

ferat, de quo fratre damnabiliter incluſo cuidam peregrino in extremitate vitæ per exceſſum rapto, ante decennij tempus oſtenſum fuerat: ſicut tunc fama vulgauerat. Iamque diu obliteratum obliuione fuerat: iſto fratre hæc antè minimè audiente, & ad memoriam eandem cauſam ſimili viſione reuocante. Vnde apparet in vna re bina iteratione repetita, hoc quod malè pullulat crebrius ſuccidi debere, ne ijs qui monachorum minimè cenſentur, opus peculiare ibidem, vertatur in plumbi grauedinem. Ibi etiam oſtenſa eſt ei quædam mõtis altitudo: & dictum eſt ei ab angelo de quodam Abbate ante defuncto, quòd in ſummitate eius eſſet ad purgationem ſuam deputatus, non ad damnationem perpetuam. Ibidemque eum omnem inclementiam aëris, & ventorũ incommoditatem, imbriumque pati. Adiunxitque idem angelus de eo: quod Epiſcopus nuper defunctus ipſi Abbati ſolatio precum ſuarum ad impetrandam veniam ſubuenire debuiſſet, ſicut ei in viſione apparens per quẽdam eius clericum mandauerat, præſcriptus verò Epiſcopus hoc negligenter pertractans: charitatis ardore non condoluit, vt ei ſuccurreret. Et idcircò nec ſibi iam ait ſubuenire poterit. Et vbi eſt inquiens ille? Ecce ait: ex altera parte ipſius montis, ſuæ damnationis pœnas luit. De viſione verò quam paucis prælibauimus: ab ipſo qui hæc ante triennium viderat, audiuimus. Veni, inquit, in quoddam habitacu-

Non eſſe negligendas ſubuentiones defunctorum.

bitaculum ambitu parietum destitutum, in quo idem Abbas tibijs residens cruentatis vocauit me: Vade, inquit, ad Episcopum, & dic ei, quod præsens mansio mihi & alij data contubernali meo, propter hoc sorduit: quia duobus hic comitibus in thermis se lauantibus fœtor indè consurgens, penè eam nobis inhabitabilem reddidit: & idem quomodocunq; collectis vndique sumptibus patentia claudat. Quod si per se sumptus ad concludendum non habueris, legationem dirigat ad monasteria denominata, inde solatijs gratanter administratis, supplebuntur omnia clausuræ huic necessaria. Quod audiens Episcopus: deliramenta, inquit, somniorum non sunt attendenda, sed ipsa eadem angelus in præsenti visione remouit: quod Episcopus solatia precum suarum etiam à mortuis conuentus non submini strauit. Ipsi verò fratri qui hæc de inferis adsuperos reportabat, præscitum ante non fuerat. Illic etiam quendam principem, qui Italiæ & populi Romani sceptra quondam rexerat: vidisse stantem dixerat, & verenda eius cuiusdã animalis morsus laniauit: reliquo corpore immuni ab hac læsione manente: stupore igitur vehementi attonitus: admirabatur quomodo tantus vir, qui in defensione Catholicæ fidei, & regimine sanctæ Ecclesiæ in præsenti sæculo penè inter cæteros singularis apparuit, puniri tanta deformitate pœnæ potuisset. Cui ab angelo ductore suo protinus respõsum est, quod

De pœna stupri.

quod quamuis multa miranda, & laudabilia, & Deo accepta feciſſet, quorum mercede priuandus non eſt: tamen ſtupri illecebris reſolutus, ſperare viſus eſt, quod iſta obſcœnitas mole tantorum bonorum obrui & abſumi potuiſſet. Qui tamen, inquit, in ſorte electorum ad vitam prædeſtinatus eſt. Illic etiam dona prima exquiſita & innumerabilia pompaticè à malignis ſpiritibus ad perferendum viderat in pallijs & vaſis aureis & argenteis, equis & linteaminum ſubtilitate candentibus. Interrogante autem eo cuius hæc eſſent, & quid in præfiguratione ſua prætenderent, Comitum (inquit angelus) diuerſarum prouinciarum iura regentium ſunt hæc: vt huc venientes, ea inueniant, & ſciant: quia minoribus rapinis & auaritia congeſta ſunt. Quorum aliquos nominatim exprimens, dixit, ea nunquam defectura aut delenda priuſquam ipſi venirent, & ea in ſinum ſuum reciperent. Quam terribilem verò ſententiam de conuerſatione Comitum intulerit: quis enarrare ſufficiat? cũ quoſdam eorum non vindices criminum eſſe dixerit, ſed vice Diaboli perſecutores hominum, iuſtos damnando, & reos iuſtificando, furibus & ſceleratis communicando. Munerum, inquit, præuentione creati: pro mercede futurorum nihil agunt: ſed cum mundanas leges pro coërcenda mali audacia adminiſtrant: damna legalia quæ debitoribus infligunt, abſque vlla miſericordia quaſi iure ſibi debita, ſuæ auaritiæ

De Comitibus & Præfectis.

Quod non vult Chriſtus capit fiſcus.

tiæ reponunt: iustitiam verò spe futurorum nunquam agunt: sedcum eam gratis offerre omnibus pro æternitatis mercede debeant, semper eam venalem sicut & animam suam portant. Quosdam enim iam iudicatos nominatim dixerat: sicut Euangelium de incredulis loquitur: Qui autem nō credit, inquiens, iam iudicatus est. Innumerabiles etiam se vidisse retulit tam de plebeio, quàm de ordine monachico diuersorum cœnobiorum & regionū aliquos in gloria, quosdam in pœna depressos. His ergo & cęteris innumerabilibus conscriptis, quæ causa compēdij stilo currente concluſimus: duxit eum ad loco pulcherrima naturali constructione fundata, cum arcibus quasi aureis & argenteis, opere anaglipho discreta. Quæ tanta magnitudine & altitudine etiam & pulchritudine incredibili claruerunt: vt ne mente concipi, nec ore humano proferri tāti immensitas operis, posit. Tunc processit rex regum, & Dominus dominantium in multitudine sanctorum, tanta gloria, & maiestate fulgidus: vt homo corporeis oculis iubar tanti luminis: & dignitatem gloriæ sanctorum, quæ ibidem apparuit, sustinere nequiret. Tunc ipse angelus qui eius ductor & ostensor fuerat, dicit ad eum: Crastina die migrare debebas: sed interim certamus pro misericordia. Tunc præeunte angelo: perrexit vbi confessus sanctorum sacerdotum in gloria & dignitate inæstimabili fulgebat. Tūc dicit

Visio exhilarans.

De gloria Sanctorum sacerdotum.

dicit ei: sunt apud Deum, meritis bonorum operum coronati: quibus vos officia Ecclesiastica impenditis. Rogemus ergo illos, vt tibi misericordiam apud Deum impetrent. His dictis supplices sanctis, orabant eos, intercessores fieri. Sancti verò sacerdotes, sine mora surgentes perrexerunt ad thronum: & prostrati ante thronũ misericordiam postulabant prædicto fratri. Ille verò angelus cum eodem fratre, illis intercedentibus, de longe in parte stetit. Quibus ante thronum suppliciter pro misericordia postulantibus: vox de throno audita est in responsum. Exempla ædificationis alijs facere debuit: sed non fecit. Nihilque amplius in responsis auditum est in illo. Ergo in tam præclaro ordine sacerdotum, sanctos Dionysium, Martinum, Anianum, Hilariumq; se cognouisse asseruit. Tunc iterum cohortante Angelo: simul perrexerũt, vbi beatorum multitudo innumerabilis, inæstimabili gloria fulgebat. Isti sunt, ait, quos glorioſus certaminis triumphus, ad tantam gloriam peruexit, quos vos in Ecclesia honore excolitis, ad honorem laudemque Dei, quos intercessores pro venia peccatorum tuorũ requirere debemus. Quos cùm simili supplicatione humi prostratos cernerent, statim sine vlla dilatione ad thronum diuinæ maiestatis tendentes, prostrati pro indulgentia peccatorum eius popoſcerũt. Quibus à throno vox vt ante emissa est dicens. Si eos quos malè docendo exemplo suæ prauitatis

De gloria Martyrum.

Diuina sententia.

tatis illexerat, & à via veritatis in viam erro-

Scandalũ mali exempli, quàm pernitiosum.

ris deprauando eos deduxerat, correxit, & ad viam veritatis reduxit: remissa sunt. Illis autem interrogantibus, quomodo hæc correctio ab eo fieri posset, vt ad remissionem postulatam peruenire posset: iterum vox de throno est ad eos facta. Conuocet, inquit, omnes quos in

Satisfactio.

exemplo vel doctrina ad illicita agenda illaqueauerat, & prosternet se ante eos, ac profiteatur se malè egisse & docuisse, & postulet veniam, ipsosque roget per Deum omnipotentem & sanctos omnes, vt hęc mala vlterius non agant, nec doceant. Illis interim in parte longè stantibus, sicut in priori sacerdotum intercessione: inter quos sanctos Sebastianum & Valentinum cognouisse se dicebat. Indeq

De gloria Sãctarum virginum.

go angelo producente, tendentes ad locum, in quo innumerabilis sanctarum virginum multitudo morabatur: incomparabili dignitate & splendore coruscis luminis fulgens. Hæ, inquit, sunt sanctæ fœminæ, quibus vos famulatum Ecclesiasticum ad honorẽ nominis Christi impenditis, quas ad intercessionem apud Deum pro longiori vita præmittere debemus. His dictis (vt ante) prostrauerunt se ante eas. Illæ verò statim cũ omni festinatione ad thronum tendebant: prorogationẽ vitæ eius postu-

Pernicies mali exempli Deo inuisa.

laturæ, ipsis interim (vt prius) in parte stantibus. Antequam verò ad preces solo prosternerentur: apparuit maiestas Domini obuiam, & eleuans, dixit eis: Si bona doceat, & exempla bona

bona agat,& eos quibus mala exempla præbuit,corrigat,erit petitio vestra. Post hæc inde recedentes,cœpit ei angelus exponere,in quã tis viciorum sordibus volutatur genus humanũ. Licet enim in diuersas criminum innumerositates ab auctore suo recedant homines,diabolo se mancipando, in nullo tamen magis Deus offenditur, quàm cùm contrà naturam peccatur. Et ideò multa vigilantia certandum est omnibus in locis, ne scelere Sodomitico, Dei habitaculum vertatur in delubra dæmonum:non solùm enim inquit,hic morbus virulenta contagione irrepens, inficit animas inter se concubitu masculorum pollutas, sed etiam in coniugatis multiplici peste concreta inuenitur. Dum in rabiem vexatione libidinis versi,& instinctu dæmonum agitati: naturæ bonum àDeo concessum,in vxoribus proprijs perdunt. Ita vt thoro immaculato in stupri maculam verso,ambo prostituti dæmonibus fiant. Vndè præcipio tibi ex authoritate diuina,vt hæc publicè prædices, etiam quantum discrimen in luxu concubinarum hæreat:non celes,quamdiu in illa obscœnitate polluuntur:regni cœlorum aditu priuantur. Cui ait:Domine hæc in medium proferre non audeo:quia propter vilitatem meæ personæ, ad hoc me aptum non sentio. Cui angelus magna indignatione respondit, quod Deus vult, & per me iubet tibi,tu non audes proferre? Post hæc cœpit eum admonere modo diuerso, de

De scelere Sodomitico.

Mandatur Vguetino hæc omnibus annuntiare.

De luxu concubinarum.

Vguetinus deprecatur hãc annunciationem.

Angeli seuera responsio.

emendatione eius. Ego (inquit angelus) ad custodiam tui deputatus sum, qui quondam Samsoni illi, quem liber Iudicum describit, ab eius ortu à Deo sum ordinatus, & in omni conatu operum mirandorum Deo aspirante cooperator illi extiti, vsque dum carnis illecebris emollitus, in dalida Dei offensam incurrens, & consecrationem suam scorto vendens, à Deo est derelictus, tunc autem recessi ab eo. Tu ergo in pueritia tua mihi placuisti: Nunc verò in mœrore & pœnitudine cordis ad Deum conuersus, ita iterum places. In cœnobijs etenim monachorum admonendũ est: vt viciorum radicibus arefactis, virtutum possint germina pullulare, quia maioris numeri frequentia reperitur eorum, qui mundanis necessitatibus, quàm spiritu Dei acti: ad hæc spiritualia castra se conferant. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, & ideò certandum est totis viribus, ne multitudine carnalium tepescat vita spiritualium, ne abũdante iniquitate, refrigescat charitas multorum. Caueatur auaritia, qua dominante, ad paupertatem spiritus non descenditur, qua cœlorum aditus obseratur. Ciborum & potus ingluuies, vertatur in vix sufficientẽ necessitatem victus. A qua, inquit, valdè ad potandum vtilis est: quia naturalis potus est. Nitor vestium mutetur in necessarium arcendæ nuditatis & frigoris temperamentum. Superbiæ timor, mutandus est in humilitatem non

In cœnobijs quid admonendum.

fictam.

fictam. In quibuſdam enim videtur ceruicis inflexio, ſed non deponitur in eis cordis erectio. In hoc enim maximè ipſa vita Apoſtolici ordinis confunditur: quod virtutes vicijs ſuffocantur. Et dum culpa, quæ ſub ſpecie pietatis intrauit, in vſu retinetur: iam quaſi pro lege rectè viuendi defenditur. Ideoque in occiduis regionibus, Germanię videlicet & Galliæ iſtius ordinis homines, vt ad veram Chriſti humilitatem, & voluntariam paupertatem informentur, monendi ſunt: ne à ianua vitæ, Deo per me hæc terribiliter pronunciante, repellantur. Quanta etiam in congregationibus fœminarum culpa excreuerit, & damnũ Deo factum in lucrum diaboli profecerit ordinatione confuſa, non tacuit. Cùm enim (inquit angelus) mortuæ fœminæ viuis præferuntur, (quia vidua in delicijs viuens mortua eſt) mortis operibus communicando: ex ipſis viuis ſubiectis mortuę fiunt. Et dum ſecularibus † donantur, inexplebiliter opes terrenas ſitientes: in terrenas & perituras voluptates ordine confuſo vertuntur opes, quæ ad conſeruandam caſtimoniam cœleſtis vitæ à fidelibus cõgeſtę ſunt. Et vbi inquit illius vitæ Apoſtolicę formula incorrupta conſeruatur? In tranſmarinis ait regionibus, adhuc Apoſtolici rigoris conſtantia viget: Quia paupertate ſpiritus prçuenti, ſine vllius terreni impedimenti obſtaculo cœlorum regna capeſſunt. His dictis, iterum atque iterum de ſcelere Sodomitico

In congregationib quid emendandũ.

† *aliàs domi nantur.*

De enormitate sceleris Sodomitici, quam angelus quinquies redarguit.

verbum intulit. Cętera enim vitia vitanda semel tantummodo notauit: Hunc verè pestiferum animæ morbum contra naturam, commento diaboli suggestum, quinquies & etiam amplius repetiuit. Interrogante autem eo: cur pestilentia grassante, tanta populi numerositas interiret? Immensitate ait criminum mundo peccante, peccatorum punitio est. Et signum à Domino est denunciatum: pręsagio suo demonstrans, mundi terminum citò venturũ. Admonuit etiam inter cætera: quod celebritas operis Dei, tædij aut negligentiæ subreptione in ecclesijs ageretur. De Geroldo verò quodam comite dixit idem Angelus: quod in requie esset gloriæ martyrum adæquatus, zelo inquiens Dei, in defensione sanctę Ecclesię, infidelium turbis congressus, temporalis vitæ dispẽdia est passus, ideò æternæ vitę particeps est factus. His igitur & alijs penè innumeris ab eodem angelo ostensis & auditis, quæ ab hoc scripto compendij caussa exclusimus: idẽ frater iterum expergefactus, alitibus iam vicina diei concrepantibus, conuocatis ijsdem fratribus, qui in eius excubijs pernoctauerãt, visionis magnitudine permotus, & intolerabilis timoris anxietate iactatus, per ordinem exposuit secreta visionis suæ, cupiens statim, vt veniente patre monasterij: eo præsente exciperentur sermones eius: Qui cum dicerent, quod fratres meditatione nocturna occupati, claustra silẽtij irrũpere non auderẽt: Vos (ait) inte-

Causa pestilentiæ.

Mundi terminus citò venturus.

Quæ merces morientibus pro fide.

interea liquenti ceræ hæc imprimite, vt aurora luceſcēte, paratiora reddātur. Timeo enim ne lingua torpente, viſa & audita nequeant propalari: quia cum tanto mihi obligationis damno producenda iniuncta ſunt, vt reatus ſilentij huius, ſine venia fieri timeā, ſi meo ſilē-tio ita depereant, vt per me publicata non pateant. Namq; illa vltima ſanctarum virginum interceſsio, quæ pro longiturna vita ad Deū facta fuerat: in ancipiti me poſitum dereliquit, vtrum nam pro longitudine æternæ, aut iſtius tēporalis vitæ prolata fuerit. Si ergo eadem interceſsione quam prefatus ſum, iſtius temporalis vitę inducię protelatę nō fuerint, omni ſcrupuloſitate poſtpoſita, iuxta ſponſionē angeli ductoris mei, craſtina die sū migraturus. His igitur ſermonib⁹ cohortati, omnia per ordinem ab eo excepta, ceræ impreſſa sūt. Intereà matutinalibus finitis hymnis, viſitādi gratia aduenit pater monaſterij cum quibuſdam fratribus, qui cum iacenti aſsiſteret, ſecretum petijt. Egreſsis ergo cæteris, Abbas ſecum retentis fratribus, ibidem intus remanſit. Prolatis ergò in mediū, quæ nocturno silentio trepida velocitate tabulis impreſſa fuerāt, verbo & ſcripto recapitulauit vniuerſa. Et de lectulo conſurgens, humi proſtratus: pro commiſsis veniam poſtulans, & vt interceſſores pro eo ad Deum fierent, orauit. Quem cum cernerent nec pallore deformem, nec macie tabeſcentem, nec dolore membrorum

quæritantem, nec tactu venæ, aut vllius letalis signi lęsione præuentum: verbis consolatoriis ad spem præsentis vitæ tota fiducia animabant. Quibus eadem responsa (quæ supra) retulit: in nullo se dubium, crastina die migraturum. Totam igitur illam diem & noctem subsequentem, & spatium totius diei succedentis vsque ad vesperam in hoc consumebat, metum vocationis suæ exponendo, breuibus nunc singulis quibusque ad diuersos destinatis est commendando, pro absolutione peccatorum suorum intercessores quęrendo. Ad extremum crepusculo vespertino subsequentis diei in noctem iam inclinato: fratribus conuocatis, vitæ p̄sentis metas in se decursas esse pronunciauit. Et ideò psalmodiæ eos insistere, precibus omnimodis postulauit. Antiphonas omnes, & psalmorum initia quasi præcentor ordiens: pro se fecit decantari. His igitur finitis, paululum respirauit: fratribus ad sua strata redeuntibus, huc illucque deambulando æstuans. Imminēte velocitate transitus sui, decidit in lectulum, sumptoque viatico, vltimam huius instabilis vitæ clausit horam. Hæc sunt quæ nos confratres eius & venturis & lecturis testamur: veraque esse cognoscimus.

Locus aliquā tò obscurior.

Histo-

Historia recens de admiranda cuiusdam defuncti apparitione, excepta ex literis Ven. D. Ioannis N. ex qua elucescit auitæ & Catholicæ religionis veritas, & quantopere defunctis prosint suffragia viuorum.

CAP. XL.

REsponsum abs te, soror, ad postremas meas literas auidè expectans, prætermittere non potui, quin te stupendi cuiusdam miraculi, quod hîc Siluæducis his diebus contigit in ædibus Dominæ Vlierdensis, quãprimùm certiorem facerem, præsertim cùm id negotij mihi alijs demãdatum sit. Historia nec ficta est, nec somnium, sed reuera contigit iam præterlapso die 23. Nouembris, quo nimirum frater noster maritus tuus eadem forma & vestibus, quibus cùm postremo Syluæducis esset, indutus fuit, nigro videlicet pallio, holosericis caligis, aperto capite, iunctis manibus apparuit diuersis & locis, & temporibus ancillæ familiæ, cuius supra mentionem fecimus. Tandem pallium remouens, horrendam flammam ignis, & oculos quasi flammam & lumen emittentes, ostendit. Quod ancilla vidẽs præ timore in defectum animi incidit. Filiæ & earum amita, quæ præsentes erant, cùm ex famula patrem suum esse intelligerent, vnicè ab eo contenderunt, vt timore isthoc deposito, eum à Deóne, an aliundè veniret, & an humana ope iuuari queat, rogaret. Illa autem præ timore non potuit. Consulunt super hac re D.

Heltium, & Eccleſiæ Paſtores. Vnus rogandum eſſe quid peteret, arbitrabatur, alij in cõtraria erant opinione, quod ſomnia & nugæ putarentur. Meâ ſententiâ, rogandum erat, quid veniſſet, auxiliumque promittendum, ſi legitimis modis præſtari poſſet. Nobis de his rebus deliberãtibus, eccè rurſus in forma qua primò, ſcilicet non horrenda apparuit, dicẽs: Quid non iuuas me? quare times? Nihil tibi fiet. Illa reſpondit: Non habeo ob ſummam trepidationem copiam auxilij. Hæc feria ſecunda prima luce contigerunt. Apparuit deinde ad nonam & decimam nihil dicens, verũ grauiter ſuſpiria ducens, ac demum hora eiuſdẽ diei ſecunda, dixit: Quid non iuuas me? Illa dixit: Parata ſum te iuuare omnibus modis quibus per Catholicam Eccleſiam licet. Reſpondit ille: hoc eſt quod hactenus expectaui. Et deducta è cubiculo in atrium, rogauit, vt ſacra quæ pro defunctis fieri conſueuerunt, tria celebrari curaret. Atque vt ſe Orſchotum cõferens, iſtic ad altare S. Crucis ſemiſeſtertium offerret, quod ipſe cũ infirmus aliquando promiſiſſet ſe oblaturum, neglexerat. Cõſolatus deinde eam petiuit, vt omnem timorem abiiceret, quoniam ipſe comitaretur. Petens præterea, vt filiabus & fratri diceret, vt pro ſe orare non deſiſterent. Feria tertia, ancilla Orſchotum abijt ad implendum eius deſiderium. Ille verò, vti promiſerat, nunquam eam reliquit, imò & prę iuit eam in domum vſq; ad cubicu-

lum,

lum, atq; inde in templum ad altare S. Crucis. Ibi vterq; flexis poplitibus orauit. Illa nescíes vbi oblationem suam relinqueret, ducta est ab eo ad gazophylacium siue receptaculũ oblationum, cui eandem imposuit. Feria sexta illa Syluam ducis rediit, nullum cum eo miscens sermonem, quanquam sæpè manibus iunctis se ostendebat. Die sabbati manè eam è somno excitauit, præcepitque vt induta vestibus, in ęde D. Ioannis ante Ven. Sacramentum aliquid offerret. Ipse enim hoc aliquando, cũ Syluę ducis paeis inter ciues componendę causa esset, vouerat. Quo peracto, rediit circiter medium quartæ eiusdem diei, & excitauit eã dicens: Festina, tempus meum hîc breue est. Cumq; illa se induendo occuparetur, rursus dixit: Festina, non dudum hîc ero. Moxq; præcessit in atrium, in quo summa fuit claritas, & petiuit, vt ipsa pro Missis celebratis exolueret in pura eleemosyna. Adhæc mandauit fratri dici, vt in fide Catholica perseueraret constans, qualem eum esse non dubitabat quidem, monere se tamen id inprimis aiebat, quòd vita mortalium varijs sit rerum vicissitudinib⁹ & fluctuationibus exposita, sicut ipse per experientiam didicisset, dum aliquando de Catholicę religionis veritate dubitaret, quod ipsi grauissimę pœnę causa & principium fuerit. Idem & filiabus suis dici petiuit, vtq; amitę suæ vestigijs iugiter insisterent: monens insuper, vt sine intermissione pro defunctis fidelibus

Defunctus monet fratrẽ vt perseueret in fide Catholica.

Pro defũctis assiduè orandum.

libus orarẽt. Si enim ſentiremus, in quibus eſſent pœnis, quantumq; eiſdem preces viuentium fidelium proſint, nec horã, imò nec momentum quidem ſine eorum memoria viueremus. Subiunxit quoq; pœnarum ſuarum tempus fuiſſe quinq; annorum, ſed quatuor annorum, totidemq; dierum pœnas ſe per amicorũ preces euaſiſſe, iamq; in perpetuum eſſe ſeruatum: gratias agens ſororibus quibuſdam Bor-

Suffragia viuorum quantum proſint defunctis.

tellenſibus pro ſuis precibus. Monebat etiam Dominam Vlierdenſem, vt teſtamentum ſui incolumis exiſtens faceret, ne in articulo mortis eo condendo occuparetur, ſed ſoli Deo tũc vacare poſſet: Petebat inſuper à fratre, vxori vt nuntiaret, vt cum filijs ſuis omnem excoleret concordiam, ne & illi aliquando idem cõtingat quod ſibi. Rogatus de ſtatu quorundam defunctorum, reſpondit ſe nihil aperire poſſe, quia à Deo ſibi non eſſet conceſſum, hoc tamen addens, vt pro talibus ſine intermiſſione orarent. Demùm actis tam ancillæ quàm omnibus qui pro ſe orauerãt gratijs, ſuam viciſſim operam illis promittens, cum magno ſplendore iunctis manibus in cœlum perpetuò beatum (vt equidem non ambigo) ferebatur.

Veritas huius hiſtoriæ.

Habes breuiter quæ hîc hiſce diebus, cum multis alijs circumſtantijs, quas referre longum eſſet, contigerunt, quæ non fabulæ aniles, aut ſomnia ſunt, ſed reuera ſic ſe res habet, quod iureiurando, & teſtimonio totius familiæ, res expoſcat, confirmabitur. Atque hęc ideo tib-

tibi scripsi, vt vna nobiscum gaudeas: mihi enim prodigio simillimum, quod nos de fratris nostri salute certos reddit, & in auita nostra & Catholica religione nos confirmat, quodq; non alia sit sectanda religio, nisi illa sola, quam à S. Romana & Apostolica Ecclesia, iam inde ab Apostolorum temporibus ad nos veluti per manus traditam accepimus, quam CHRistus sacri oris sui oraculo plantauit, Apostoli tradiderunt, Martyres sanguinis sui testimonio consignarunt, vniuersa vno ore docet atque obseruat per totum terrarum orbem Ecclesia Catholica. Spero vos aliosq; amicos nostros huius historiæ relatione plurimum in fide stabiliendos, cunctosq; horum temporum nouos & pernicioſos errores facilè repudiaturos, qui tam multos, prô dolor, in æternæ damnationis voraginem præcipitant, Vale. Cursim Syluæducis 11. Decemb. Anno 1581. *Scopus huius historiæ.*

Historia recens & memorabilis, de quodam Arnoldo Huberto, qui post triduanam extasin, admiranda se vidisse testatus, venientes ad se erudiebat ad pietatem.

CAP. XLI.

CVm circa annum dominicæ incarnationis 1559. in pago Buremalseno Comitatus Burani, qui est feudum Ducatûs Geldriæ, pestis grassaretur, Arnoldus Hubertus, nauta, homo coniugatus, ob vitæ integritatem & iustitiæ opinionem omnibus gratissimus, nocte quadam diuinitùs compellatus, mox vxorem

xorem excitat, surge, inquit, ego vocor, illa quid caussæ esset, interrogante, ipsoque instanter respondente, se vocari, velleq; suscipere Sacramenta Ecclesiastica, surgunt ambo, Ecclesiam adeũt. Quæ cùm noctu ex more clausa esset, coram Crucifixo ante valuas Ecclesiæ erecto prostratus, diutissimè orauit idem Arnoldus. Interim excitatus Parochus aduenit, cui confitetur, admittiturq; ad participationem diuinorum mysteriorum. Quibus perceptis domum reuersus, incidit in extasin, aut velut quoddam animæ deliquium, ita vt vix eo tempore discerni posset, viuerétne an esset mortuus. Tandem post triduum ad se reuersus, cœpit totus admirabundus clamitare, vbi, inquit fui, quæ & qualia vidi. Atque ab eo tempore lãguidus, per semestre aut circiter lecto decubuit. Interim visus est astantibus frequenter aliquid angelicæ aut diuinæ visionis videre, semperque præsentibus velut indignans ac clamabat, nihilne videtis? Et quasi erigens sese è cubili, videbatur apparentes angelos prensando velle complecti, nec ferebat, vt quisquã verbum inane aut iocosum proferret, aut rideret. Núncne inquit, tempus nugandi? Personas iuxta sæculum nobiliores, aut status eminentioris ægrè admittebat, itidem nec moniales plerasque vitæ paululum licentiosioris. Plebeios verò & simpliciores libenter admittebat, erudiens illos ad pietatem & timorem Dei, & creberrimè repetens has voces, quid vi-

dis

dis quæ & qualia cognoui? vbi ego fui? sed & crebrò in eadem extases abripiebatur. Illud quoque mirum, quòd toto illo semestri, quo languens decubuit, vngues nunquam succreuerint. Exacto deinde semestri lenissima morte velut placidè obdormiens, in Domino defunctus est. Historiam esse, non fabulam, expo suit nobis quidam vir integerrimus ac doctissimus I.V. Licentiatus, domestica consuetudine mihi notissimus, qui eidē Arnoldo proxima fuit affinitate cōiunctus, sæpissimeq; & valentem & posteà languentē vidit & audiuit.

CANDIDO LECTORI T. Bredenbachius salutem.

STatueramus his octo libris adiungere nonum, continentem Miscellanea variarum rerum, quæ cum singulari fructu & voluptate legi & referri in humanis congressibus possunt: sed quia prolixior erat, quàm vt prioribus commode posset annecti, alteri Tomo eundem cum aliis pleriſq; reseruabimus, orantes, vt ijs quæ in hunc Tomum optima fide, magnoq; labore & studio à nobis collecta sunt benigne nobiscum fruaris, donec Deo Opt. Max. gratiam vberiorem largiente, reliqua tuis vsibus & commodis seruatura perficiamus. Rogamus præterea benevolum lectorem, vt si quæ et atis nostræ mira & memorabilia certa fide cognouerit quæ ad diuinæ gloriæ augmentum, et Christianæ religio-

ligionis ac pietatis profectum, in publicum pri-
ferri mereantur, illorum proferendorum occasi-
onem idoneam captare non grauetur, vberem
fidei & industriæ suæ recepturus mercedem ab
illo, cuius opera reuelare, & confiteri honorifi-
cum est, cuius nomen apud omnes sanctificari,
quotidiana precatione flagitamus, Vale.

Tomi Primi Sacrarum Collationum finis.

DEO GLORIA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPITVM LIBRORVM COLLATIONVM SACRARVM TOMI PRIMI INDEX.

CAP. 1. *De prædio ab infestatione malignorũ spirituum liberato per oblationem sacrificij corporis Christi.* fol. 1.

2. *De Vvindekindo Saxoniæ duce, qui sub sacrificio Missæ vidit speciem elegantis pueruli in Eucharistia: quo miraculo commotus, Christianam religionem amplectitur, Mindensis Episcopatus prima iaciens fundamenta.* 2.

3. *De quodam cuius vincula soluebantur in captiuitate, quotiens ab eius coniuge oblatæ fuissent hostiæ pro animæ eius absolutione.* 5

4. *Exemplum memorabile per omnia simile superiori.* 6

5. *De quodam cuius vincula soluebantur tempore, quo pro illo offerebatur Sacrificium Missæ.* 8

6. *De Baracanauta per salutarem hostiam SS. Eucharistiæ à naufragio liberato.* 9

7. *De Cassio Narniensi Episcopo, quotidianas Deo hostias offerente.* 11

8. *De quibusdam indignè Eucharistiam sumentib. & pœnis miraculosè illis inflictis.* 15

9. *De clerico quodam qui nolens agnoscere veritatem corporis Christi in S. Eucharistia,*

vindicta tandem diuina, iuxta imprecationem S. Malachiæ correptus, agnouit errorem, Ecclesiæq; reconciliatus Catholicæ, moritur. 15

10. De Eucharistia ob matronæ cuiusdam incredulitatem, in carnem mutata, recursúsque per orationes sancti Gregorij in panem conuersa. 20

11. De quodam infirmo, qui audito sacrificio Missæ per D. Anselmum peracto, à diuturno languore sanatus est. 21

12. De quodam, qui prohibente Episcopo ausus fuit S. Eucharistiam percipere, ac de diuina eius vltione. 23

13. Quomodo S. Guduualus assiduè sacrificium Missæ obtulerit, & sacrificanti Angeli apparuerint. 26

14. De puero Iudæo, qui cum reliquias Eucharistiæ percepisset, mirificè in igneo & candenti furno saluus conseruatus est. 27

15. De sancta Eucharistia à Donatistarum Episcopis canibus proiecta, & quomodo canes diuina vltione in rabiem acti, eosdem dominos suos laniauerunt, & de Ampulla Chrismatis per fenestra proiecta, quæ ne frangeretur, Angelica manu suscepta est. 29

16. De sacro corporali (cui in tremendis impiorum manibus imponitur corpus Dominicum) flammis obiecto, in quod ignis vim suam exercere non potuit. 30

17. De miraculosa monasterij Tuitiensis ab eodem incendio protectione. 31

18. Quomodo corpus Christi vnà cum Pixide lignea, in qua asseruabatur, incendio circumquaque sæuiente, intactum permanserit. 32

19. De Serapione, qui nõ potuit mori, nisi percepta Eucharistia. 34

20. Quomodo Satyrus D. Ambrosii frater Eucharistiam collo appensam habens, in naufragio incolumis seruatur. 36

21. De veritate corporis Christi in Eucharistia. ibid.

De Eucharistia in puerulum mutata, itemque in carnem sanguine cruentatam, propter quendam incredulum. 37

22. Quomodo tempore sacrificij Missæ locus altari vicinus Angelorum choris plenus sit, atque huiusmodi angelorum multitudinem à quodam conspectam esse. 39

23. De ijs qui ex hac vita emigraturi, pura conscientia Eucharistiam participant, ab Angelis deducuntur, propter reuerentiam tanti Sacramenti. 40

24. De muliere, q̃ in sumẽda Eucharistia virum fallere volens, panem vulgarem loco Eucharistiæ ex composito sumens, eundem in lapidem conuersum persensit. 41

25. Quomodo Euthymium sacrificantem, lux immensa complectitur, cum astante sibi

Domitiano, & quomodo Euthymius angelos sit cum sacrificio ministrantes viderit. 42

26. *Quomodo Agapetus Pontifex Romanus mutum & claudum peractis Missarum solennijs, à terra erigit, eidemq; post porrectũ corpus Dominicum, vsum linguæ restituit.* 43

27. *Quod Plegilus presbyter inter Missarum solemnia videt Christum in forma pueri in Eucharistia.* 44

28. *Quomodo mulier dæmoniaca liberatur per D. Bernardum, qui sacram patenam, cui corpus Dominicum imposuerat, obsessæ capiti superimponens per terribilem creatoris præsentiam dæmonem migrare compellit.* 47

29. *De S. Eucharistia, quæ à terra suapte virtute sublimata, per aera ferebatur in altare, ibidemq; in specie venustissimi pueri apparuit, ac deinde in faciem Christi spineam habentis coronam, & cruentatam transformata est.* 49

30. *De quodam sartore, qui nolens reuerentiam exhibere S. Eucharistiæ, ait aranearn reuerentia digniorem, moxq; de alto culmine tecti, ingens & horrida visu aranea ad os blasphemi directo filo peruenit.* 51

31. *Quomodo sacrilegus quidam Paduæ Form, Ciborium cum S. Eucharistia Iudæo cuidam vendidit, qui cum pugione eam pungeret, tandem sanguinis guttæ ex ea emanarunt, pluraq; alia stupenda circa eandem S. Eucharistiam contigerunt.* 51

32. *Quomodo S. Maria de Oegnies in sacramento*

cramentis Baptismi, S. Eucharistiæ et extremæ vnctionis multa admiranda viderit. 55

33. De Aquitaniæ duce, qui schismatis author, à D. Bernardo rogatus & monitus, nec acquiescens, tandem à D. Bernardo peracta sacrificij consecratione, in præsentia S. Eucharistiæ acrioribus verbis & comminationibus compellatus, epilepsia diuinitus corripitur, & mox acquiescens sibi restituitur. 56

34. Quomodo Ecclesia ex terræmotu corruens, omnes opprimit, excepto sacerdote celebrante, & duobus ministrantibus. 61

35. De Osualdo Mulser, qui in sacra opinione nolens communi laicorum hostia contentus esse, sed maiorum, qua sacerdotes celebrantes vtuntur, requirens, miraculosè repressus est. ibidem.

36 De hostia tertio ab altari diuinitus proiecta eò quod cimice esset contaminata, ideoq; tremendis mysterijs inepta. 63

37. De S. Eucharistia, quæ cum à Diacono ad Ecclesiam portaretur, elapsa est ex sacra turricula & per aera ferebatur vsq; ad altare, nec portari, nec tangi sustinuit ab eo propter vitæ eius continentiam. 64

38. De vltione diuina in sacerdotem diuina mysteria temerè tractantem. 65

39. De quibusdam laicis Missæ sacrificiũ in ciuitate Goudana per ludibrium celebrantibus, eorumq; diuina vltione. 66

40. De Michaele Imperat. diuina mysteria

per ludibrium repræsentante, eiusq; funesto interitu. 67

41. *Quod in priuatis domibus sacra mysteria non fiant sine licentia antistitis.* 69

42. *De eo qui in domo vel suburbano prædio, Ecclesiasticum ministerium celebrauerit sine Clericis, dominium amittit, & Ecclesiæ applicatur.* 70

43. *De insigni miraculo, quod pueris Apamiensibus contigit, qui rure verba consecrationis ioco protulerunt.* 71

44. *De quibusdam portiunculis sacræ Eucharistiæ quæ omnes miraculosè culmos & spicas germinauerunt, quo miraculo multi adducti sunt Catholicæ Ecclesiæ.* 74

Libri Secundi capita.

CAP. 1. *Historia memorabilis de Martyrio Andreæ de Chio, qui in summis doloribus constitutus, implorata Dei Genitricis ope, mirifice confortatus est, & pristinæ integritati restitutus* 77.

2. *De Ioanne Damasceno insigni cultore sacratissimæ virginis, cui cum propter iniquam proditionis suspicionem dextera esset abscissa, eandem D. Virgo implorata, eidem restituit.* 89

3. *Notabilis Historia: Quomodo Theophylus Oeconomus abnegata fide se dæmoni obstrinxerit.*

xerit, & per B. virginis inuocationem ac pœnitentiam Syngraphamà dæmone recuperauit 92

4. De Maria Ægyptiaca, quæ per beatam Mariam adiuta, & ad meliorem vitam conuersa, pœnitentiæ speculum impudicis omnibus præbuit. 95

5. De muliere Laudunensi per beatam Mariam in medijs flammis illæsa conseruata. 97

6. De Hildephonso, cui apparens Deipara, vestem, qua in rediuiua uteretur, donauit. 98

7. De Ruperto Abbate Tuitiensi, qui à B. Maria precibus impetrauit docile ingenium, et diuinorum intelligentiam. 99

8. De duobus hominibus Anconæ per Deiparam mirabiliter & integrè restitutis. ibid.

9. De Nestorij hæretici & Mariomastigis pœna, ac dira vltione. 100

10. De Abbate Cyriaco, qui à virgine Deipara reprehensus est, quod Nestorij libros, licet ignoranter, domi suæ seruaret 101

11. De Constantino Copronimo Cæsare ob illatam Mariæ iniuriam horrendè castigato. 103

12. De vindicata diuinitus quorundam in virginem matrem blasphemia. ibidem.

13. De Gaiano Mimo, qui ob suas in B. Mariam blasphemias semel atque iterum monitus est, ac tandem grauiter punitus. 105

14. De præfecto Tyberij Cæsaris à B. Maria correpto, quod blasphemo faueret, & de pœna Anatolij in Christum & Mariam blasphemi. 106

15. De Musa puella quæ post apparitionem B. Virginis nouum hominem induit, & paulo post sanctè moriens, videt Deiparam virginibus speciosis stipatam, cui se vocanti, mox è corpore emigrans illa coniungitur. 108

16. De impio Iudæo suum filium in fornacem ardentem conijciente, ob odium fidei Christianæ, quem B. Virgo in medijs flammis illæsum conseruauit. 109.

17. Quomodo Deipara virgo Ioanni Patritio Romano & Liberio Pontifici apparuerit, et miraculo per niuem ostenso, locum nouo templo struendo demonstrauit. 111

18. De Imperatoribus Constantinopolitanis, Andronico iuniore et seniore, quomodo senior Andronicus clamore hostium perculsus, coram imagine Deiparæ virginis peruolutus, mox præsentem virginis opem persenserit. 112

19. De imagine B. virginis per Lucam Euangelistam depicta, eademq; iussu Gregorij Magni Romæ in supplicatione circumgestata, miraculosaq; liberatione subsecuta. 113

20. De quodam Cyprio, qui imaginē Deiparæ violās, meritas luit suæ impietatis pœnas. 114

De

21. De Ioanne Anachoreta, qui se virgini Deiparæ apud imaginem eius commendans, post reditum candelam semper ardentem inuenit. 115

22. De imagine virginis Deiparæ, quam ne monachus veneraretur, dæmon dissuadere studet, promittens deinceps ab eo impugnando desistuturum. 116

23. Quomodo dæmon per duos profugos Iudæos hortatur Leonem Isaurum Imp. vt imagines Christi, ac B. Mariæ vbique ex templis eliminet. 118

24. De Constantinopolitanis, qui à Saracenis obsessi, Deiparæ imaginem in publicam processionem adducentes, S. virginis patrocinio liberantur. 119

25. De Basilio Magno, qui populo in templo virginis precante, vidit S. Mercurium à B. Maria missum ad Iulianum Cæsarem occidendum. 121

26. De quadam matrona Lutherana, quæ sacro assumptæ virginis matris die volens balneum sibi parari; miraculosa ædium suarum conflagratione diuinitus punita est, lignis ad balneum congestis penitus inconbustis. 123

27. De puella quadam nobili cum aliis quibusdam à dæmone obsessis apud imaginem B. virginis Ippi suuitchij liberatis. 124

28. A puerperis D. virginem rectè inuocari, & quomodo puerpera quædam Beatæ virginis veneration em non sustinens, diuinitus pu-

nitasit. 126

29. De quadam puerpera D. virginem per blasphemiam scrofam appellante, quæ mox diuinam persentiens vltionem, nigellas vno infelici partu edidit scrofulas. 127

30. Exemplum memorabile de quodam molitore, qui postea quam toto triennio per Paralysin omnium membrorum suorum officio destitueretur, tandem à beata Dei Genitrice visitatus, & paulò post curatus est. 129

31. Iudæus quidam irruens in sanctum Gabatum, quo corpus exanime sacratissimæ virginis deportabatur, diuinitus abscissione manuum punitur, idemq; post actam pœnitentiam sanatur. 131

32. De Ioanne Zimisca Imperat. cui D. virgo victoriam contra Rossos per S. Martyrem Theodorum obtinuit, & de gratitudine Zimiscæ erga sanctum Theodorum, & B. virginem. 133

33. De mirabili visione fratris cuiusdam Carthusiani, quem à dæmonibus grauiter angustiatum, virgo mater ab eorum impetu vindicauit, & quædam eum documenta obseruare monuit. 134

Libri

CAPITVM.

Libri tertij Capita.

CAP. 1. *De imagine Christi seruatoris, quem mulier hæmorrhoissa à Christo Domino curata erexit, eiusq; miraculis, item de imaginibus Apostolorum Petri & Pauli.* 167

2. *Quomodo Constantinus Imper. apparentibus sibi noctu Petro & Paulo Apostolis, à corporis & animæ lepra liberatus, Christiq; fide professus sit.* 168

3. *De imagine S. Pauli Apostoli, quam frequenter intuebatur Chrysostomus, & de S. Paulo Apostolo in specie eiusdem imaginis cum D. Chrysostomo colloquente.* 173

4 *De Constantino Magno, qui cum militiæ vexillum signo sanctæ Crucis insignisset, nemo vnquã huius signi minister, vel ex vulnere mortuus, vel captiuitatis cladem perpessus est.* 175

5. *De passione imaginis Domini nostri Iesu Christi in Beritho vrbe Syriæ crucifixæ.* 177

6. *De imagine CHRISTI telo traiecto.* 190

7. *De imagine D. Stephani Protomartyris diuinitus allata, & quid per illam picturam Deus insinuare voluerit hominibus.* 192

8. *De cœmiterio S. Priscillæ Virginis Romæ anno 1578. in Iulio inuento. De antiquissimis de eodem picturis, & altari, & bis mille sepulturis.* 193

9. *De Leone Armenio Imperatore, quibus impostoris inductus sit, vt oppugnaret venerandas*

venerandas imagines. 196

10. De ligno Crucis quod Rex Osvualdus cõtra Barbaros pugnaturus, erexerat, inter innumera sanitatum miracula quidam adolescens fit brachij languore curatus. 198

11. Quomodo lignea crucis Christi imago sagitta sauciata sanguinem emisit. 201

12. De quodam Aleatore, qui pecunijs amissis desperabundus imaginem crucis saxo scrit, quæ sanguinem emisit: Aleator ipse diuina vltione horrendè punitus. 202

13. De quodam Constantino imaginem Dei genitricis violante eiusq; diuina vltione. 203

14. De funesto illorum interitu, qui imaginem S. Simeonis mirifici deturbare conati sunt 204.

15. De quodam Saraceno, qui cum sagittam eiaculatus esset in imaginem S. Theodori, sanguis ex ea profluxit, ipse verò cum alijs Saracenis infeliciter periit. 206

16. De quodam, qui cum taxillarum lusurẽ perdidisset, imagines B. Virginis & S. Alberti inuasit, ex quibus sanguis profluxit, author sceleris fulmine ictus. 207

17. De Imaginibus Christi Crucifixi, & D. virginis, aliorumq; sanctorum prope Moguntiam, anno 1383. à quodam vulneratis, ex quibus sanguis vbertim profluxit, et de funesto istius Iconomachi interitu. 208

18. De muliere ab ineunte ætate claudâ, quæ cum in Ecclesia Embricensi coram imagine Dei-

Deiparæ virginis prouoluta oraret, membrorũ integritatem consecuta est. 212

19. *De quodam, qui Augustæ Vindelicorum imaginem D. virginis matris violans, in furias actus interiit.* 213

20. *Ex violata D. Virginis genitricis imagine lac & sanguis profluxit, Iconomachus fluxũ sistere non valens, seipsum submergit.* 214

21. *De Iconomacho quodam D. Virginis imaginem deturbante, & à Deiparæ virginis puero Iesu seuere punito.* 215

22. *De imagine Virginis Deiparæ, quæ nulla Iconomachorum vi aut rabie deturbari potuit.* 216

23. *De tribus Deiparæ virginis imaginibus, ab incendio circumquaque grassante diuinitùs conseruatis.* 217

24. *De puella, quæ voto ante imaginem Deiparae facto, à diuturna infirmitate conualuit: ipsa verò imago iam ante exnimia vetustate caduca.* 218

25. *Romæ in templo D. Antonij conspicitur imago hominis ardentis depicta.* 219

26. *Quomodo apud Embricam quidam imaginem D. Antonij inuadens, & pedibus conculcãs, horribili totius corporis incendio, et morte diuinitus sit punitus.* 220

27. *Quomodo in ciuitate Hassellensi Gosiis templi imagines circa noctem confringere volentibus, omnium lucernarum lumina bis terue miraculosè esse extincta.* 221

De

28. De Gotis statuam D. Antonij inuadentibus, & diuina eorundem vindicta. 222

29. De tribus militibus Hugonotis, qui statuam D. Antonij inuadentes, horrenda morte perierunt. 223

Libri Quarti Capita.

CAP. I. Miraculum sanè memorabile diuinitus declaratũ in homine quodam flammis ferè exusto, & tum in vita admirabiliter conseruato. 226

2. Quomodo B. Magdalena Eliam Monachum Dominicanum in seruitio B. Magdalenæ tepescentem, ad perseuerantiam animauit, suæq; vitæ seriem eidem Eliæ commemorauit. 233

3. De Innocentia fœmina diuinitus à Cancro curata. 240

4. De cœco quodam ad corpora sanctorum martyrum Protasij & Geruasij illuminato. 242

5. De Innocentio ex aduocato suis, aliorumque precibus apud Carthaginem miraculose curato. 242

6. De Adolescente dæmoniaco ad memoriam SS. Martyrum Geruasij & Prothasij portato, & ibidem cum multis aliis sanato. 246

7. De virgine per lachrymas presbyteri à dæmone liberata: Item de Adolescente à dæmone liberato per vnicam Episcopi orationem: atque item

item de Florentio Hipponensi à XX. martyribus miraculosè vestito. 248

8. *De muliere cœca, quæ postquam flores ad reliquias sancti Stephani obtulit, & eosdem oculis admouit, visum recepit. Item de Lucillo Episcopo, qui cum reliquias eiusdem Martyris portasset, à fistula miraculosè curatus est.* 249

9. *De Euchario Presbytero, qui per memoriam sancti Stephani à calculo liberatus, & postea mortuus, ope eiusdem martyris, cum de memoria eius reportata, superq; iacentis corpus missa esset ipsius Presbyteri tunica suscitatus est.* 250

10. *De Martiali gentili, qui infirmus cum Baptismum & fidem Christianam repudiaret, per generi sui orationes apud memoriam sancti Stephani deuotè fusas, Baptismi gratiam magno cum desiderio percepit.* ibidem.

11. *De tribus mortuis per inuocationem sancti Stephani Prothomartyris resuscitatis.* 251

12. *De variis sancti Stephani miraculis: Item de Patronia clariss. fœmina per eundem martyrem curata, deq; superstitiosa annuli cuiusdam gestatione, & miraculo circa annulum patrato.* 252

13. *De decem fratribus, qui maledicto matris horribili quatiebantur tremore membrorum, quorum*

quorum duo ad memoriam S. Stephani venientes, oratione ibidem fusa, liberati sunt. 255

14. De populo Rhemensi, qui sæuiente lue inguinaria, assumptam de S. Remigij sepulchro pallam cum crucibus & cereis per omnes vrbis vicos religiosè circumferentes, immunes ab ea peste permanserunt. 261

15. De Fortunato Episcopo Turonensi, & Felice Episcopo Tarnisano, qui oculorum dolore apud altarium B. Martini liberati sunt. 262

16. De virtutibus viri Dei Hospitij pœnainuadentium illum, ac miraculosa eorundem per S Hospitium curatione. 264

17. De Theodelinda regina, quæ Basilicam construxit in honorem S. Ioannis Baptistæ, ac de voto Longobardorum S Ioanni facto, quodque omnes S. Baptistæ patrocinium inuocantes, illæsi suorumq; aduersariorum victores extiterunt. 266

18. De confessione sacramentali ipsi S. Ioanni facta & miraculo ad sepulchrum S. Ioannis ad preces confessæ mulieris patrato, ipsoq; peccato propter S. Ioannem deleto. 268

19. De Narcisso Episcopo Hierosolymorum, qui aquam vertit in oleum, & dum criminis falsò insimulatur, vindicta diuina vltione in testes periuros, per ea ipsa quæ sibi in periurijs imprecati erant maledicta moritur. 270

20. De cessatione pestis per honorem D. Sebastiano impensum. 272

2. De paruulo, qui Cathecumenus mortuus est. 273

De

22. De sanctis, quorũ corpora sacra Coloniæ requiescunt, quomodo noctu visisint circumire mœnia ciuitatis, eamq; contra vim hostium obsidentium munire & protegere. 274

23. Quomodo Iudas Macchabæus contra Nicanoris amplissimum exercitum cum paucis dimicaturus, vidit Oniam Pontificem orare pro populo Iudæorum, & deinde Ieremiam gladium sibi porrigentem, quo deiecturus esset aduersarios. 275

24. Cosroe Sergiopolim obsidente, innumerabiles propugnatores supra vrbem apparent, quo cognito Chosroes obsidionem soluit. 278

25. De D. Petro Apostolo, qui mœniorum Romanorum partem tuendam suscipiens, ab hostium impetu liberam conseruauit. 280

26. De Chunis in Gallias prorumpentibus, & quomodo S. Seruatius Tungrorum Episcopus precatus sit Deum, & SS. Apostolos, ne gentem illam Barbaram Gallias vastare permitteret. 281

27. Quomodo Beatus Stephanus Protomartyr visus est apud SS. Apostolos Petrũ et Paulũ intercedere pro vrbe Metensi, in qua reliquiæ S. Stephani requiescunt. 283

28. Quomodo Aurelia ciuitas ab Attilæ & Hunnorum obsidione liberata sit per Anianum sanctissimum eiusdem ciuitatis Episcopum, omnes obsessos ad orationem hortantem. 284

29. De quodam Arnolfo, qui bellum contra Romanos gerens, B. Sabini martyris præsidio

miraculosè adiutus est. 285

30. De Adimaro Podiensi Episcopo, qui expugnata iam à Christianis vrbe Hierosolymitana, cũ diu ante defunctus esset, visus est in sancta ciuitate, priusquam muros ascendens, reliquos ad ingressum vrbis animauit 287

31. De Christianis in Antiochia obsessis, & per apparitionem B. Andreæ, & lanceam seruatoris Christi, præmisso q; ieiunio, precibus q; & sacrificijs mirabiliter rore cœlesti confortatis, & de hostibus triumphum referentibus. 288

32. Quomodo ipse Gregorius Turonensis adhuc puer, liberatus sit à febre per S. Illidium. 291

33. De veneratione catenarum, & gladij Principis Apostolorum Petri. 292

34. De miraculis ad sepulchum S. Euphemiæ, & oleo in vrna eius mirifico & ἀλειψαμάχῳ, odoreq; ad monumentum eius suauissimo 303

35. De S. Euergislo Episcopo Coloniensi, qui accedens ad memoriam S. Gereonis, & sociorum eius, dolore capitis liberatus est. 305

36. Exemplum memorabile de eodem Euergislo Episcopo Colon. 306

37. De S. Vrsula & sodalibus eius, quam benignè suffragentur illis in morte, qui viuentes ipsas pio honore & cultu prosequuntur. 307

Qui-

38. Quomodo D. Lindanus voto D. Apolloniæ facto à dentium dolore, & frater eius voto D. Machato facto, à claudicationis periculo liberatus sit. 309

39. Quomodo idem D. Lindanus adhuc puer à parentib. suis fraternitati S. Huperti asscriptus, à rabido cane ipsum puerum prætercurrente, miraculosè intactus permanserit. 310

40. De admirabili pœna violantis festum S. Mariani. 312

41. Quomodo D. Clemens iam in D. Petri Apostoli discipulatum admissus, matrem Mattedium fratres Faustinum & Faustum, ac denique patrem Faustinianum, admirabili casu à se inuicem multis annis diuulsos, atque in peregrina loca dispersos, tandem summo suo suorumque gaudio eos agnouerit, & complexus sit. 314

Libri Quinti Capita.

CAP. I. De priuilegio & immunitate sacerdotum apud Ægyptios, temporibus Iosephi & Pharaonis. 347

2. De Alexandro Magno, qui pontificem Iudæorum pontificalibus vestimentis indutum, reuerenter accedit. 351

3. Quomodo Barbari Gothi Romam inuadentes, eamque depræ dantes, sacris Ecclesiis, omnibusque Christianis ad eas confugientibus reuerenter pepercerint, & sacra Ecclesiæ vasa intacta & inuiolata, solemni de-

defensione publicè ad Ecclesiam cum hymnis deportari curarint. 352

4. Quomodo illi Gentilium sacerdotum priuilegia violantes, diuinitus puniuntur. 356

5. De horrendo interitu Choræ & sociorum eius, Moysi & Aaroni, sacerdotibus à Deo ordinatis, rebellantibus. ibid.

6. De sacerdotum consecratione, & sacerdotibus honorandis. 359

7. De filijs Samuelis, declinantibus post auaritiam, accipientibus munera, & peruertentibus iudicium, &c. 360

8. Quomodo Saul & Doeg sacerdotes Nobe interficientes (alijs ministris id scelus detrectantibus) seipsos postea interemerunt. 363

9. Ieroboam amoto antiquo & vero Dei cultu, constituit sacerdotes de extremis populi, reprehenditur à viro Dei, &c. 364

10. De funesto interitu impiæ reginæ Iesabel, quæ occidit prophetas Domini & Eliæ mortem erat interminata. 366

11. De rege Ioas, qui thesauros templi temerè surripiens, à seruis suis interficitur. Item de Osia Rege, qui volens adolere incensum, monitusq; à sacerdotibus, non esse hoc sui muneris, & contemnens, lepra percutitur. 368

12. De pœna Nabuchodonosoris regis, qui abstulit vasa domus Dei, & funesto casu Balthasaris regis, qui sacris vasis cum vxoribus & concubinis suis temulentus abutebatur. 369

13. Quomodo Rex Antiochus ob prophanatum

tum et spoliatum templum Hierosolymitanum, variis malis ac doloribus afflictus, miserrima morte interiit. 371

14. Quomodo Alcimus præcipiens destrui muros domus sancti interioris, admirabili plagarepentè diuinitus percutitur. 378

15. Quomodo Helidorus missus ad rapiendos templi thesauros, sacerdotibus Deum inuocantibus, diuinitùs flagellatur, rursusq; Oniæ summi sacerdotis precibus liberatur. 379

16. Quomodo Andronicus Oniam Pontificē dolo occidens posteà purpura exutus, totamque per ciuitatem circunductus, in eodem loco, in quo Oniam interfecerat, occiditur. 383

17. Lysimachus multis in templo commissis sacrilegijs, ante ærarium interficitur. Calisthenes, cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur. 384

18. De funesto interitu Menelai sacrilegi. 385

19. De Nicanore, qui iurabat se templum domini Libero patri dedicaturum, & Deum sabbati authorem spernebat, eiusq; interitu. 386

20. Valens Imperat. exilij libello contra Basilium scripto, subscribere volens, nullam exarare potuit literam, calamo diuinitus confracto, et manu tremore concussa. 388

21. Quomodo cubicularius Valentis Imper. ob malè tractatum Aphraatem, Orthodoxos in vera religione confirmantem, mente captus feruentibus balnei aquis suffocatur. 389

22. Exempla aliquot reuerentiæ & dignita-

tis sacerdotalis. ibid.

23. De libertate Episcopi Oeniandi erga Imperatorem Anast. 393

24. Quomodo Theophilus Imp. veniam & salutem piorum sacerdotum precibus à Deo impetrat. 394

25. Quomodo Bernardus Episcopus Halberstadiensis Othoni Magno Imper. volenti Episcopatum transferre, resistit, coniectus ab Imperatore in vincula, magna animi constantia Imperatorem excommunicat, qui pastoris sententiã reueritus, eum carceribus laxat. 394

26. De translatione corporis D. Iohannis Chrysostomi, & quibusdam admirandis operibus, quæ in ea translatione contigerunt, & quomodo Imper. Theodosius se gesserit erga defunctum Chrysostomum. 396

27. Quomodo Theodosius Imperator ob cadẽ Thessalonicæ excitatam ab Ambrosio excommunicatus, paret, discitq; Imperatoris & sacerdotis differentiam ab Ambrosio. 400

28. Quomodo Innocentij pontificis Max. epistol. ad Arcadium Imp. qua eundem ob Ioannem Chrysost. in exilium electum, grauissimè obiurgat, & anathemate percellit, eademq; pœna in alios eiusdem immanitatis consortes, animaduertit. 405

29. Qua authoritate vsus sit Leo Episcopus Agatens. in Gomacharium comitem agrum, Ecclesiæ eius inuadentem, & de diuina in Gomacharium vltione. 408

30. De Ignatio Patriarcha Constantinopolitano, qui cum Bardam Cæsarem filij sui coniugem fœdissimo incestu polluentem vehementer argueret, à solio deiectus, crudelissimeq; tractatus, tandem honorifice in thronum suum restituitur, &c. 411

31. De virtute Ecclesiasticæ excommunicationis, & quomodo Gregorius Magnus mortuum absoluit. 414

32. Quidam Eccles. ab Episcopo excommunicatus, cum interea pro Christo martyriũ subiret, corona & præmio martyrij antequam ab ipso Episcopo absolueretur, frui non potuit. 415

33. De virtutibus Seueri sacerdotis, cuius precibus & lachrymis defunctus quidam ad inferos à dæmonibus deductus, vitæ restitutus est, & pœnitentiæ tempus & gratiam adeptus, tandem feliciter ad Dominum migrat. 416

34. Quomodo Iustina Imperatrix Arriana Ecclesiarum statum perturbans, & exilia sacerdotibus interminans, Ambrosii precibus, ieiuniis & vigilijs ita retunditur, vt quæ illa sacerdotibus exilia præparauerat, prima cum filio sortiretur. 418

35. De immanissima crudelitate, qua tempore Iuliani Imperatoris quidam in sacerdotes sæuierunt, deq; illorum diuina vltione. 420

36. Quomodo Anastasius Imperator in Ecclesiam Catholicam, eiusq; Antist. crudelis, diuinitus punitur. 421

37. De onere sacerdotij, & D. Leone Pontifice, ac summa circunspectione adhibenda in manuum impositione. 422

38. De admirabili virtute aquæ ab Episcopo benedictæ, & per Diaconum aspersæ. 423

39. De virtute maledictionis sacerdotalis in quosdam chorizantes sub diuino officio vigiliæ Natiuitatis Dominicæ. 425

40. De horrore Anathematis Ecclesiastici, ac de Almifico Episcopo Moguntino, patrem suũ Othonem Imper. coniugio canonibus vetitõ copulatum excommunicantem, et de lamentabili Othonis, excommunicationem contemnentis interitu. 426

41. De S. Niceto Episcopo Treuerensi, quanta authoritate sacerdotij sui dignitate vsus sit apud regem, collaterales regis ob ipsorum facinora à communione segregatos à Missarum solemnijs remouerit, ac dæmoniacum signo crucis sanauerit, 428

42. De Epiphanio Cypri Episcopo, quomodo mendicus mortuum se simulans, vere mortuus sit, exemplo suo docens, illos qui Dei sacerdotibus, ac per hos DEO illudunt seipsos fallere. 430

43. De Euarico rege Gothorum, qui cum in sacerdotes, clericos & Ecclesias Dei sæuiret, diuina vltione percussus est. 432

44. De gestis Longobardi regis Chuneberti offensi mandato, equus indomitus Episcopo tributus, mansuescit. 432

De

45. De Alahi duce Tridentinorum Ecclesiasticorum omnium hoste, eiusq; funesto interitu. 433

46. De quodam Ecclesiasticorum & Ecclesiarum oppressore, qui visibiliter à diabolo raptus, & per aera subuectus est stupentibus qui aderant vniuersis. 437

47. De apparitione cuiusdam militis, qui Ecclesiam ornamentis & vestimentis sacerdotalibus in bello, vt fit, spoliauerat, eiusq; pœnis, earũdemq; remedijs. 440

48. De Choriberto rege, qui res Ecclesiast. inuasit, eiusq; diuina vltione. 448

49. De pœna violantium Ecclesiam, & reliquias S. Alexandrini martyris. 449

50. De Childerico, qui Episcopo Franconi villam Ecclesiast. iniquo iudicio extorsit, eiusq; diuina vltione ac delicti sui agnitione. 450

51. De Iuliano auunculo Iuliani Aug. qui cum præciosa vasa abstulisset, Ecclesias clausisset, & clericos omnes effugasset, admirabilẽ Dei vindictam expertus est. 452

52. De Iuliano præfecto, qui impudenter contra sacrum altare minxit. & de Felice & Elpidio, sacrilegis, eorúmque horrendo interitu. 453

53. De Proclo Arriano ex Pallis altarium, camisias sibi & femoralia faciente, turpissima morte diuinitus consumitur. 455

54. Quomodo casula D. Bennonis dæmon fugatur & de pœna Marchionis Misnensis Ecclesiasticam libertatem violantis. 455

55. De fure, qui paupercularũ sanctimonialiũ aluearia furatº, ĩ felici morte subitò interijt. 457

56. De quibusdam seruis, qui cum armati ad Ecclesiam confugerent, ibiq́ diuinas cæremonias impedirent, clericum quoque trucidarent, tãdem seipsos interemerunt. 458

57. De exitu Leonis Imperatoris, rem Deo sacratam vsurpantis. 459

58. Quomodo Paganus quidam sepulchrum S. Helij Episcopi spoliare instituens, ab ipso sancto tam diu extensis lacertis constringitur, donec à populo deprehenderetur, qui tandem emẽdatus incolumis dimittitur. 459

59. Quomodo vasa sacra & vestes sacræ non possunt pignorari vel alienari, præterquam in redemptionem captiuorum, alias ab Episcopo vel Oeconomo Ecclesiæ vendicantur, omni exceptione remota. 461

60. Alter casus, quo vasa sacra Ecclesiæ vendi possunt, contrarium facientes, pœnis legitimis subiacent. 462

61. Quomodo res religiosas effectas illegitimè contrectantes, tenẽtur crimine læsæ religiõis. ibi.

62. De pœnis violantium sepulchra, aut corpora vel reliquias. 462

63. Quomodo irruens in Ecclesiam & ministros capitali sententiæ subiacet. 463

64. De pœnis eorum, qui Episcopos, clericos, aut ministros Eccles. iniurijs afficiunt, & diuina ministeria conturbant, aut celebrari prohibent, & de modo celebrandi litanias, & pœnis eas concutientium. 464

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

65. Quare violans priuilegia Ecclesiæ, punitur in quinque liberis auri. 465

66. De varijs pœnis violantium priuilegia & libertatem Ecclesiasticam. 466

67. Priuilegia Ecclesiarum confirmantur inducta in contrarium tolluntur, & eleemosynæ consultæ dari iubentur. 468

68. Imperator Constantinus Magnus leges pro honore et immunitate sacerdotum sanciuit, annonam illis suppeditauit ignominiam illorũ suo paludamento se obtecturum aiebat. 469

69. Quomodo oporteat Episcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci: Item de sacerdotij dignitate & vtilitate in Rep. & quales debeant in Episcopos cooptari. 470

70. De coelibatu & castitate sacerdotum & clericorum, & poena cõtrahentiũ nuptias. 473

71. De sacerdotum & Episcoporum officio et quare Ecclesia ad sacerdotium & Episcopatum non nisi continentes admittat. 474

72. Quare habitus Deo dicatarum virginũ non debet ludibrio exagitari. sub poena corporalis supplicij & exilij. 477

73. Grauissimus D. Chrysost. locus contra illos qui temere pastores & Sacerdotes Dei contemnunt. Hucusq; sunt exempla 220. ibi.

Libri Sexti Capita.

CAP. I. De Tyberij II. Imp. liberalitate in pauperes, & quomodo Deus hãc eius liberalitatem etiã in hac vita mirabiliter recõpensauerit. 485

De

2. De Euagrio Philosopho, qui cum defunctus esset, miraculosè testatus est, se pro auro in pauperes erogato, centuplum à Christo recepisse. 488

3. De S. Paulino Nolanæ ciuitatis Episcopo, eiusq; in captiuos & pauperes admirabili liberalitate, qui cum se pro aliis in seruitutem dedisset, cum multis aliis libertati restitutus est. 490

4. De Theophanio comite misericordiæ actibus dedito, eiusq; felici & sancto transitu. 494

5. De quodam patrefamilias, qui cum tota domo sua hospitalitatem exercens, tandem meruit ipsum Christum Dominum hospitio suscipere. 496

6. De quodam Elemone eleemosynario, quomodo Troilum Episcopum auarum ad liberalitatem & misericordiam induxerit, deq; præmijs illorum qui in pauperes sunt liberales. 497

7. Memorabilis historia de Petro Publicano, qui prius immisericors & durus erga pauperes, admirabilem, induit misericordiam & liberalitatem. 500

8. De liberalitate Ioannis Eleemosynarij in pauperes, eius morte, & quomodo Imperator eius ligneo lecto vsus sit. 507

9. De clerico Bigamo, qui Ioanni Patriarchæ in penuria constituto, ingentem copiam frumentorum & auri obtulit, vt Diaconus ordinaretur, & à Ioanne repulsus est. 508

10. Exemplum de eo, quod qui simplum dat pro-

propter Deum, centuplum recipit in hoc sæculo 511

11. De Ioanne Eleemosynario, quanta humanitate vsus sit erga quandam pauperculam, atque item erga inopem quendam adolescentem. 513

12. De Testamento S. Ioannis Eleemosynarij. 514

13. De hospitalitate S. Gregorij quodq; liberalitate sua in pauperes meruerit à Deo peruehi ad summum sacerdotium. 515

14. De Caroli Flandriæ comitis & martyris admiranda in pauperes liberalitate, martyrio & miraculis eiusdem. 420

15. De vxore Imperatoris Theodosii Placilla, eiusq; virtutibus, & magna in pauperes pietate. 522

16. De horrenda quadam dæmonis voce in die sacra Pẽtecostes, & liberalitate Henrici III Imp. in pauperes. 524

17. De S. Helenæ Imperatricis in religiosas virg. pietate & humili ministerio. 525

18. De Leonis IX. Pontif. Max. in pauperes pietate, & miraculo circa leprosũ patrato. 526

19. De Osvualdo Rege, cum in pauperes & peregrinos esset liberalissimus, dextera eius ab Episcopo Aidano benedicitur, quæ & postmodum defuncto iam Osvualdo mansit, incorrupta. ibidem.

20. De muliere Christiana, quæ eleemosynis virum

virum gentilem Christo lucrifecit, & pecunias in pauperes erogatas sextuplicatas, admirabili diuinæ prouidentiæ modo recepit. 527

21. Quare propter cessationem consuetæ eleemosynæ vniuersum monasterij triticum corruptum, & in mare proiectum est. 531

22. De Zenone Imper. viro Eleemosynario. 533

23. De quodam viro Constantinopolitano nobilissimo, cui pater moriens, Dominum Iesum Christum reliquit curatorem, facultatibus suis penè omnibus, filio consentiente, in pauperes erogatis. 533

24. De Ecdicij senatoris liberalitate in pauperes, et diuina in eum, omnemq; eius posteritatem remuneratione. 535

25. De Magorum dæmonimagia, hominem in pauperes liberalem non posse à magicis sortibus offendi. 536

26. Quomodo Martinus cum pauperi chlamidis suæ partem dedisset, nocte sequenti Christum ea vestitum conspicit. 539

27. De insigni liberalitate virginis huius Lyduuinæ in pauperes. de crumena Iesu, quæ nunquam exhauriebatur, ac de gloria ac dignitate eleemosynarum apud Deum. 541

28. Quare pietas (cuius magna pars est beneficentia in pauperes) promissionem habeat vitæ præsentis & futuræ. 546

CAPITVM.

Libri Septimi Capita.

CAP. I. De Cirola Arrianorum Episcopo, qui aegerrimè ferens Catholicos Episcopos virtutibus & miraculis clarere. 555

2. De quodam Episcopo hæreticorum, qui adornata fraude hominem illuminare volens, excæcauit. 560

3. Quomodo Iohannes Caluinus quendam Bruleum Ostunensem, promissis vitæ subsidijs induxerit, vt mortuum se simularet, qui tandem cum ex composito per Caluinum resuscitandus esset, diuina vltione percussus, verè mortuus apparuit. 561

4. De quodam concionatore Euangelico in Polonia, qui stipendio quendam Mattheum nomine induxit, vt se mortuũ simularet, quem concionator volẽs per fictum miraculum excitare, mortuum inuenit. 564

5. Quomodo Lutherus mortuum excitare conatur, sed frustrà. 566

6. De miraculis Dauidis Georgij, & Anabaptistarum Monasterien. quodq; homines idiotæ apud Anabaptistas literas calleãt, resipiscentes, denuò vt ãtea sint idiotæ et literarũ ignari. 567

7. Quomodo Macarius in Ægypto, ad hæresin Eunomij refutandam, defunctũ à morte excitat Eunomiano, quodam hæretico, qui idem se facturum iactauerat. fugam arripiente. 568

8. Quomodo Valentis Imp. Arriani filiũ infirmũ Basilius curauerit, Arrianis verò postea eundem curare volentibus idem mortuus sit. 571

De

9. De Episcopo quodam Arriano, qui cum Ecclesiam peteret quam suo errori dedicaret, ne gatamq; illam sibi irrumpere vellet, cœcitate percussus est. 573

10. De iudicio fidei Christianæ à Catholicis simul & hæreticis ad arbitrium martyris Euphemiæ defunctæ relato: quæ per illustre miraculũ hæretica prauitate reiecta, orthodoxorum sentẽtiam approbat. 574

11. De quodam Henrico Lutherano Tornaci combusto, qui sequenti nocte socijs in carcere totus ardens apparuit. 576

12. De horrendo obitu cuiusdam Hermanni Lutherani monachi apostatæ. ibid.

13. Quomodo Petrus Bruleus concionator Sacramentarius Tornaci per murum fune dimissus, inopinatam Dei persentit vltionem. 577

14. De varijs morborum generibus, & horrẽda morte Ioan. Caluini hæresiarchæ. 578

15. De inconstantia Caluini in sua doctrina, mirisq; in ea varianda dolis ac technis. 582

16. Quomodo quidam Lutheranus cum taurum furatus esset, liberatus metu faciendæ exomologesis, tandem alterum furatus, suspensus sit. 584

17. De Aldeberto hæretico, de nequitia eius, & quomodo circa confessionem sacramentalem se gesserit. 585

18. Quomodo hæretici nostri temporis carentes capite ad Patriarcham Constantinopolitanum sua dogmata miserint, ab illoq; in communionem

nionem recipi postulauit, & quomodo istorum doctrina ab illo sit repudiata. 587

19. Quomodo Caluiniani solicitauerint supremum Bassam Turcicum, pro auxilio, & quomodo ipsimet professi sint suam religionem Mahumetanæ proximam, Bassa vero Turcicus istud leue hominum genus detestatus sit, suoq; patrocinio indignos iudicauerit. 593

20. Quomodo Arriani obtenta ab Imp. Valente Ecclesia Catholicorum, interuentu Basilij Magni diuinitùs ab Ecclesia repulsi sint, forib. Ecclesiæ per preces Catholicorum miraculosè patentib. ijsdemq; ad preces Arrianorũ clausis. 598

21. De quodam hæretico presbytero, qui in conuiuio consignatione ciborum præuertere volens Catholicum presbyterum, illiq; illudere vltione diuina percussus interijt. 602

22. De Catholica religione per miraculum confirmata contra presbyterum Arrianum. 604

23. De hæresi Monothelitarum, quæ cum in sexta Synodo Constãtinopolitana damnata esset, aranearum telæ in medio populi miraculosè ceciderunt, & cur multi in hæreses incidant. 606

24. De Anastasio Arriano quodam Episcopo, contra ritum Ecclesiæ quendam baptizante, aqua baptismi diuinitùs euanescit. Idem in Iudæo fraudulento accidit. 611

25. Quomodo exorta apud Constãtinopolim temporib. Theodosij quæstione, de resurrectione mortuorum, Deus mirificè veritatem insinuauit.

xit, resuscitatis è somno septem dormientibus, qui 372. annos dormierunt. 612

26. Admiranda visio Theophanis de pœnis ac damnatione illorum qui se segregãt à Catholica et Apost. Ecclesia ad quascunq; hæreses. 616

27. Simile exemplum de pœnis ac damnatione hæreticorum nostri temporis. 618

28. Exemplum de hæreticis quibusdam nostræ ætatis, qui quæcunq; in mentem veniebant etiam flagitia carnalia, Spiritus sancti opera esse iactabant. 621

29. De Olimpio Arriano qui cum Catholicis insultarent SS. Trinitatem confitentibus, admirabili pœna diuinitùs percussus interiit. 623

30. De Arrianis hæreticis qui magnas et portentosas calumnias confinxerint in Athanasium. 626

31. De Athanasio quomodo adhuc puer existens, cum alijs coetanis suis iiimtatus sit Episcopum, & mysteria Ecclesiastica, speciq; et expectationis suæ hoc pacto specimen dederit. 631

32. De Michaele Stifelio concionatore Euangelico, qui suis rusticis vaticinabatur diem iudicij fore anno 1533. 3. Octob. rusticis interim obsonantibus tanquam cras morituris, vt in proverbio est. 633

33. Quomodo Ioannes Campanus hæreticus, in ducatu Cliuensi rusticis persuaserit, ne seminarent aut colerent agros, imò potius eosdem vēderent, & molliter sese tractarent, eo quod instaret dies iudicij. 637

34. De quodam pseudomoyse, qui Iudæos in

Cretæ induxit, vt neglectis facultatibus et possessionibus suis, se sectarentur, se.n. illos per mare in promissionis terram ducturum. 638

35. Quomodo dæmon in specie equitis, quendam Petrum Fischerũ inuitauerit ad militandũ Principi Auriaco, dicens se præfectum duarum cohortium Goeſicarum principi militantiũ. 640

36. De dæmone qui exorcizandus ex quadã matrona, astantium nomina edebat, vitiaq; exprobrabat, exceptis illis, quæ per confessionem sacerdoti factam erant expiata, et quomodo idem dæmõ visus sit ĩteresse cõcioni Caluinisticæ. 645

37. Dæmoniacos & Lunaticos apud Gheelã Brabantiæ & Amstelredami anno 1566. agentes eo tempore, quo Gœsii templa vastarunt, fuisse à dæmonijs liberatos, nimirum spiritib. illis malignis, circa turbas per Goesios iam excitatos occupatis & conspirantibus. 647

38. Quomodo Caluinistæ in Anglia, & Goesij in Belgio, in confractione imaginum, omnibus eiectis, solis diaboli & latronum imaginibus pepercerunt. Ne videlicet par in parem ⁊ imperium exercere, & satanas satanam eijcere videretur. 650

39. Dæmoniacos et lunaticos, qui diuino beneficio multis retro annis apud Gheelam Brabantiæ, vbi corpus S. Dymnæ requiescit, tandem liberari consueuerunt, eo die quo Martinus Lutherus defunctus est suis hospitibus ad horas aliquot exoneratos fuisse. 652

40. Mart. Luth. volẽs dæmonẽ exorcizare, ab ipso dæmõe in summas angustias redigitur. 654

41. Quomodo Maximilianus I. Imp viderit dæmonem corporali forma Martini Lutheri humeris insidentem in comitijs Augustanis prædicens se mortuo illum multas turbas in toto imperio excitaturum. 655

42. De puella dæmoniaca, quæ Augustæ Vindelicorum Lutheranæ doctrinæ præconibus ad exorcizandum oblata, illisq; nihil proficientibus, tandem à Catholico Parocho liberata est. 657

43. De altera puella dæmoniaca in ducatu Iuliacensi, quam sacrificus quidam Lutheranus cum liberare vellet, miris dirisq; modis à dæmone exceptus est: puella vero à Franciscano Catholico, tribus dæmonijs eiectis, curata est. 662

44. Quod vxor præsidis Antiocheni dysenteria simul & hæresi laborans, cum ad hæreticos cõfugeret, pro remedio illis nihil conferre valentibus, tandem Ioannis Chrysost. consilio, aspersione aquæ benedictæ curatur, & à morbo, & ab hæresi. 665

45. De quodam Lutherano, qui se deuouendo, inficians, vera esse quæ dicebantur à monacho Catholico, subitanea morte percussus est. 667

46. De Anabaptista quodam, qui supplicio affectus matri suæ apparuit, indicans se perpetuò damnatum. 668

47. De concionatore Caluinista, qui ad populum concionaturus præsente muliere catholica, quæ

quæ eo die sacram Eucharistiam perceperat, diuinitus obmutuit. 669

48. Quomodo pueri quidam contemptis et omissis cæremonijs sacri baptismi baptizati, in morbum incidunt quibus cæremonijs postmodũ adhibitis conualescunt. 670

49. De infirmo quodam, qui multis hæreticis ipsum alloquẽtibus, solius pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit. 671

50. De puero qui à patre Caluiniano, ad præconem Caluinistam vt baptizaretur delatus, repentè mortuus apparuit, relatusq; ad puerperã Catholicam miraculosè reuixit. ibid.

51. De puero à matre catholica ignaro patre Caluinista baptizato, qui cum ad Caluinianũ baptisma adduceretur, præco baptizaturus diuinitus obmutuit. 673

52. De capitaneo quodam haeretico, qui monacho catholico mortem interminatus ad horã duodecimam, ipse ante illam ipsam horam admirabili casu confessus est. 673

53. De quodam hæretico in sacrum Ecclesiæ Kerpensis baptisterium oletum faciente, diuinitus excœcato & mox capto ac suspenso. 675

54. De muliere Nouesiana hæretica quæ plurimis annis templi ingressu abstinens, eò quod lacunaria & columnæ ex calce & lapidibus (vt irridens Ecclesiã dictitabat) confectæ essent, tãdem Deo vindice columna corruente, opprressa est. 676

55. De funesto interitu exercitus Goesici in

septimana sancta carnibus vescentis, & genio indulgentis. 678

56. De senatore Genuensi, qui cum supremi altaris lapidem ad patibuli locum transtulisset, vt damnati in illo plecterentur, primus in eodem decollatus est. 680

57. De matrona Genuensi, quæ Deiparam virginem & sacerdotes irridens, prolemq; suam à sacerdote baptizari nolens, mortuam sobolem postridie enixa est. 681

58. De duobus viatoribus, quorum alter alterum crucem se signantem contra vim potestatis, irridens, fulmine interijt. ibid.

59. De hæretico SS. Eucharistiam violante ex qua cum copiosus sanguis proflueret, hæreticus ad Cathol. fidem conuersus est. 682

60. Memorabilis historia de quodam hæretico in SS. Eucharistiam blasphemo, eiusq; horrendo interitu. 685

61. De quodam Antuerpiensi in Ven. Patres societatis Iesu recenter vrbe eiectos contumelioso, eiusq; diuina vltione. 688

62. De quibusdam factiosis, qui cum sacris Litanijs et sacerdotibus insultassent, deq; eorum exilio festum diem agerent, diuinam persenserunt vltionem. ibi.

63. De quodam hæretico in sacri ieiunij religionem, & tremendum sacrificium contumelioso, eiusq; funesto interitu. 689

64. De quodam præcone Euangelico in Ecclesiæ Cathol. cæremonias et eleuationē SS. Eucharistiæ contumelioso, eiusq; vltione diuina. 690

Libri Octaui Capita.

CAP. I. *Quomodo D. Gregorius Magnus nos exhortatur, vt tempestiuè à peccatis resipiscamus.* 691

2. *Idem de horribili morte Chrysaorij, exhortans vt tempestiuè ad meliorem vitæ statum nos componamus.* 693

3. *De visione cuiusdam, qui commissorum pœnitentiam differens, moriturus, vidit dæmones codicem adferentes, in quo omnia sua peccata conscripta inuenit.* 695

4. *De quodam qui ad castigatiorem vitam conuerti differens, licet sæpius admonitus, vidit deputatum sibi apud inferos pœnarum locum.* 698

5. *De mirabili visione cuiusdam Curmæ Tullensis,* 700

6. *De homine quodam, qui extrusus è carcere, rursusq; in eum intrusus, infernæ loca adiuisse enarrauit.* 703

7. *De obitu Christinæ Mirabilis, quid post obitum viderit, & quomodo vitæ restituta, admirabilem pœnitentiam pro animabus defunctorum egerit.* 709

8. *De Dritelmo in prouincia Nordan Hũbrorum, qui à mortuis resurgens, multa & tremenda et desideranda, quæ viderat narrauit.* 726

9. *De quodam fabro defuncto, ac vitæ restituto.* 737

10. *De alio quodam ibidem defuncto, & resuscitato.* 737

11. De Ebroino tyranno post mortem à daemonibus ad ollam Volcaniam delato. 740

12. De Theodorico rege Arriano post mortem ad insulam Liparim in ollam Vulcaniam delato. 741

13. De Vualtero de Mere, qui vidit Archiepiscopum N. deferri ad montem Heclam cuius visionis occasione, ipse post modum religiosissimā duxit vitam. 742

14. De Ætnae montis & Heclæ terribilibus incendijs. 743

15. De Dedone Archiepiscopo Magdeburgensi, qui patrocinante D. Virgine Maria obtinens scientiæ donum & Archiepiscopatum, monitisq; D. Virginis resistens, & in Archiepiscopatu flagitiose viuens seuerè punitur. 745

16. De admirabili visione Imper. Mauricij, qui ob excessus suos rogauit Deum, vt hic potius quam in futuro reciperet, deq; eius supplicijs. 756

17. De Stephano quodam per errorem è corpore educto, ac postea in illud reuerso, deq; illius atque alterius cuiusdam militis admirabili visione. 750

18. De quodam Gennadio, dubitante aliquā do, an aliqua esset vita post mortem, qui admirabili in somnis visione hoc errore liberatus est. 763

19. De miraculo, quo fides resurrectionis probata est contra quendam de ea dubitante, & cōtra hæreticos circa annum Domini 1111. grassantes, ac dicentes: quomodo corpus Dominicum post

post resurrectionem verum fuerit, quod clausis ad discipulos ianuis introiuit. 765

20. *Quomodo defunctus anxio filio apparet in somnis, et de chirographo certiorem reddit.* 767

21. *Quomodo Eulogio Rhetori de loco Ciceronis obscuro sollicito, in somnis apparet, exponens illi quod non intelligebat.* 768

22. *Ludouicus Granatensis concione 1. de S. Dominico, F. Romanus Theologus Dominicanus apparet D. Thomæ Aquinati, ad quæstiones quasdam illius respondet, atq; vt in sua vocatione perseueret hortatur.* 768

23. *Quod D. Fridericus N. defunctus Romæ sub crepusculum matutinum apparet D. Eisengreinio in somnis, & locum Salomonis admirabili doctrina exponit.* 769

24. *De Sisulpho, cui D. Martinus apparens exponit, cur infirmitates, & hostium grassationes populum affligant.* 772

25. *Quomodo S. Agnes admirabili decore parentibus ad tumulum eius pernoctantibus apparuerit: & Constantia regina in visione admonita, sanitatem pristinam miraculose recuperauerit.* 773

26. *De admirabili quadam visione S. Gertrudis, & exacta omnium malorum bonorumq; operum retributione.* 776

27. *Quàm exacte patent cogitationes & actiones humanæ coram Deo & omnibus sanctis, & quomodo stigmata peccatorum etiam per pœnitentiam deletorum, apparebunt non ad ignomi-*

niam, sed ad laudem, & gloriam diuinæ misericordiæ. 771

28. Quomodo diuinæ pietatis animæ nec dum plenè purgatæ ipsamet ob reuerentiam diuinæ maiestatis se subducunt amplexibus sponsi, donec perfectè mundentur. 711

29. Quod sine tribulatione & molestiarum Dei obtineri non potest. 712

30. Quod adhuc viuentes sunt felicissimi. 713

31. De admirabili & iucunda visione Benigonis Episcopi in Basilica SS. Apostolorum Petri & Pauli Romæ. 714

32. De S. præsulæ Bonito, qui orationis causa in Ecclesia pernoctans à D. virgine ad sacra operandum inuitatur, & ab eadem admirabili veste donatur. 717

33. De iucunda & amabili visione Henrici Imperatoris, quam habuit Romæ in Eccles. S. Mariæ maioris. 719

34. Quomodo Anselmus in extasin raptus vidit mundi pericula, & veri monachatus felicissimam securitatem. 720

35. Grassante pestilentia Abbas Eappa cum monachis suis ieiunijs & orationibus instans, moxq; puerulo cuidam decumbenti apparet Petrus & Paulus Apostoli, monasterij liberationem, & pueri felicem post diuinorũ mysteriorũ participationem excessum prædicentes. 722

36. De visione quadam mirabili S. Annonis Archiepiscopi Colonienſis. 726

37. De Saluio Episcopo defuncto, ad cælos deducto,

deducto, corporiq; rursum restituto, deq; eius doctrina & virtutibus. 799

38. *De felici transitu seruuli paralytici, eius eleemosynis & patientia, & fragrantissimo odore in morte eius.* 805

39. *De admirabili visione Vguetini quondā Canonici.* 807

40. *Historia recens de admiranda cuiusdam defuncti apparitione, excepta ex literis Ven. D. Ioannis N. ex qua eluceſcit auitæ & Catholicæ religionis veritas, & quantoperè defunctis prosint suffragia viuorum.* 825

41. *De quodam Arnoldo Huberto, qui post triduanā extasin admiranda se vidisse testatus, venientes ad se erudiebat ad pietatem.* 829

Errata in vniuers. 303.

Propter Exemplaris obscuritatem irrepserunt quædam errata, quorum nonnulla obiter animaduersa subiecimus.

Pag. 20. lin. 11. rursusq; pag. 24 lin. 12. eam, leg. eorum. 32 lin. 27 denarrare. 33. lin. 2. ligneis. 48. lin. 3. quondam. 53. lin. 5. ciborium. 67. lin 8. à fine, amplius, lege Apostolus. 88. lin. 25. illum quidem. 130. lin. 9 grauiori. 191. lin. 1. ac domos. 201. lin. 26. quē, lege qui. 202. lin. 15 Budę. 217. lin. 10. vindicat. 261 lin. penult. vicos. 273. lin. 15. nono. 292. lin. 16. & 17. lege Calendis Augusti. 345 lin. 29. munimēto. 407 lin. 23. Dalila. 468. lin. 16. consuetæ. 539. Zodaka. 635. lin. 9. susciperet. 658. lin. 22. sumus, leg. fumus. 674. lin. 10. libertatem. 678. lin. 7. consecu. 684. lin. 2. locum reseruasse, ibidem. lin. 4. Rucę. 783. lin. 2. conuenientissimum.

CAN.

CANDIDO LECTORI
T. Bredenbachius S.

CVm libri harum Collationum Septimi caput 45. scriberemus, in quo mētio fit Reuerendi & eximij D. Petri Homphęi Decani Palatioli prope Treuiros, contigit nos errare in persona eiusdē D. Decani, hac ex causa, quod non facilè existimabamus, tres fuisse eiusdem familiæ cognomines, idq; vno prope modum tempore. Itaq; historia illa de D. Petro Homphęo intelligenda est de altero patruele celeberrimi istius viri D. Petri Homphæi quondam Decani Embricensis, qui eiusdē nominis & cognationis fuit cū Reuerend. D. Decano Palatioli, adhuc superstite, sicuti id ex epistola eius hac de causa ad nos perscripta patet, quam, quia non illepidam comprehendit historiā, in gratiā lectoris visū est subiūgere.

S.P. Eximie & doctissime Dñe. Iucundum fuit quod responderis meis literis, grataq; acciderint quæ significaui. Quæ parens tuus ὁ μακαρίτης refert de disputatione, quæ inter Petrum Homphęum & monachū in naui quadam fuerit, non ego is fui, sed quondam collega & familiaris parētis tui huius nominis, ex nostra familia patrui mei felicis memoriæ cōsobrinus, & præceptor quartæ classis Embricę (si rectè memini) quæ ex patruo & parentibus meis audiui, circiter annū 1533. quādo patruus meus Scholæ Embricensis Gymnasiarcha fuit, qui

qui & tuum parentem (ni fallor) istuc ad docẽ dum Colonia euocauit. Is Petrus Homphæus obijt Pastor ante annos plus minus 49. in pago quodam ad ripam Rheni sito, non procul à superiore Laenstein disito, cuius nomẽclatura mihi excidit: nam puer tunc fui annorum circiter nouem aut octo. Euectus postea cum non dum excessissem annum 12. per parentes in sinum patrui mei Embricã, qui me suo sumptu aluit in studijs septennium, vsq; in annum 43. Sed de isto Petro Homphæo, cuius parens tuus meminit, fuit præclari ingenij, in vtraque lingua non vulgariter versatus, præmatura morte ereptus fuit, quod audiui Patruum meum non sine dolore & gemitibus aliquoties testari, postea quoque ex suis fratribus & cognatis in patria lamentationes audiui, ob amissum fratrem & cognatum, apud quos fuit suspitio quod venenum sumpsisset. Nam fortiter se opposuit doctrinæ Lutheri, quæ tunc recẽs grassabatur, & indies latius sparsa fuit. Cæterùm aliam narrabo historiam, quam ego ipse oculis meis spectaui, & auribus coram percepi, & cuius pars ipse fui. Contigit annis plus minus abhinc retrò 20. quãdo in Ecclesia patrię meę Cochem Pastoris officium sustinerem, ꝙ Colonia reuersus nauigio, patriam repetens, incidi casu in homines nouæ religionis, planè inuitus, quia hoc hominum genus quanta potui prouidentia semper deuitare, & defugere consueui, propter rixas, quas coactus fui in

eadem

eadem naui experiri. Nam clamosis altercationibus diuersarum sectarum dogmata perstrepebant. In Ecclesiasticos verò formidabilibus contumelijs, & veluti onustis conuitiorũ plaustris debachabantur. Intercinebant cantiunculas ex libellis, quos circunferunt in hunc vsum. Ego ne me agnoscerent, rogatu nactus libellum, obseruatis & cognitis notulis, & reliquis, quæ modum & artem cantus indicant, cepi simul modulari, quod non displicuit assidentibus, rati me suæ farinæ alibi esse concionatorem. Interea nauis infra pagum Vvesslinck aliquid remoratur, quod spectarent rogum, ad littus Rheni, vbi eo die subiuit Anabaptista supplicium ignis, qui nondum adhuc fumãtibus lignis redactus fuit in cineres. Ad hoc spectaculum præter cæteros vnus ingemiscens: En (inquit) Dij boni, quanta tyrannis Pontificum Papisticorum est in tales innocentes martyres, ad quę ne responderem, non potui me continere. Et quia libellum manu tenebam, ex quo cantillabamus, legeram in præfatione authoris, qui libellum ex diuersis congesserat, verba propè hæc. Gutherziger Leser/ ꝛc. Nachdem zu dieser zeit das lautter Wort Gottes/ durch viele verfürische Lehrer verfälschet wirt/ bin vernrsachet die wäre Christgläubigen zu warnen für allsolchen falschen Pfarzherrn/ als sein die Papisten/ Caluinisten/ ꝛc. vñ insonderheit die Seelenmörder/ die Widertäuffer/ ꝛc. Hinc mihi sũ-

pti

psi fundamentum meæ assertionis. Nam testimonia vera scripturæ sacræ, authoritas & interpretatio, doctiss. & sanctiss. virorũ, non potuissent habere tantum fidei & ponderis, quãtũ istius libelli consarcinator: hoc iacto funmẽto cõpellans hęreticũ, modestè & ciuiliter dixi: iste Anabaptista in isto loco cõbust⁹, mortiferę suæ sectæ iustas, ex officio magistratus pœnas dedit: ad q̃ ille mihi propè in faciẽ insiliens (è regione. n. mihi sedebat) tu mentiris obgannit, ad q̃ ego nõ mẽtior inquã. Probabo assertionem tibi (vt puto) fide digno teste, & statim libello ꝓducto, digito demõstraui: in pręfatione verba q̃ suprapo sui. Isthæc admirabundus legẽs, negabat syncerũ esse cõcionatorẽ, alij verò qui assidebant quatuor aut quinq; sui sodalitij, & fortè cõciues, abrepto libello, causa vtrinq; audita præfationẽ relegẽdo, iterũ atq; iterum affirmabãt longè doctiss. & primę authoritatis esse in ciuitate Argentoratẽsi, cui reliq; buccinatores verbi oẽs facilè herbã porrigant, hinc incalescentibus animis longa contentione, & disputatione inter ipsos, ego liberatus ab hoste, mihi silentiũ indixi, & sic illęsus & lętus euasi, nõ absq; risu apud me, & alios, quos habui meę profectionis socios. Habes historiã & rem mea memoria gestã, quam non illepidã puto, quę inter cõuiuales sermones referatur. Datum Confluentiæ ipsis Calend. Augusti, &c. Anno, &c. 83.

Tuæ R. & E. studiosus

Petrus Homphæus Decanus

Palatioli

Soc.tis JEW Paderb.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN